Zwey Umstände machen dieses Buch merkwürdig.
Der Auctor desselben hat 15 Jahr darüber zuge-
bracht, u. diese Arbeit dabey vorgenommen,
weil ehemals ein gewisser Professor von Wittenberg in
die Meißnische Schule kommen, u. als darinnen des Fabri-
cii geistliche Historien erkläret worden, die Frage gethan:
wer doch dieser Fabricius gewesen?
Es wird dieses Buch im 47sten St. der Deutschen Actor. Eru-
ditor. Lipz. 1717, S. 825–836, recensirt.

357.

Fabricius. Centuria. Fabr. II. p. 40.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6 MC 2 51

Digitized by Google

109568
tafel ½

Digitized by Google

Digitized by Google



GEORGIUS FABRICIUS,
Chemnicenſis.

VITA
CLARISSIMI VIRI
GEORGII FABRICII
CHEMNICENSIS
E MONUMENTIS IPSIUS LITERARIIS EPISTOLISQVE MANUSCRIPTIS,

NEC NON ALIORUM, QVI EJUSDEM CUM FABRICIO ÆTATIS FUERUNT DOCTORUM VIRORUM LIBRIS

ERUTA

ET

COMMENTATIONE PECULIARI DESCRIPTA

STUDIO

M. JO. DAVIDIS SCHREBERI

PROVINCIALIS SCHOLÆ QVÆ MISENÆ EST CONR.

LIPSIÆ,

APUD JOH. FRIDER. GLEDITSCHII B. FIL.

MDCC XVII.

-- 6.

VIRIS

Summe Reverendis

Ampliſſimis Excellentiſſimisque

DNO.

GEORG. HEINRICO

GÖTZIO

S. Theologiæ Doctori

et

Sacrorum apud Lubecenſes

Antiſtiti venerabili

DNO.

IOANNI ALBERTO

FABRICIO

S. Theologiæ Doctori

Philoſophiæ Moralis & Eloquentiæ

in Gymnaſio Hamburgenſi

Profeſſori longe celeberrimo

LIPSIENSIBUS.

quos
ingentibus meritis
in Eccleſiam & Gymnaſium
late conſpicuos
juxtaque
literariam rem mirifice amplificantes
duo illi Cimbriæ ocelli

HAMBURGUM
et
LUBECA

ſua ornamenta fovent oſtentantque
vere eximia
S. D.
atque
Vitam hancce Fabricianam
ſacram eſſe cupit
dicatamque.

M. Jo. David Schreberus.

Præfatio ad Lectorem.

DIgnum laude eſt officium, quod Viro Clariſſimo G. Fabricio Chemnicenſi Petrus Albinus cum Matthæo Dreſſero libenter perſolvit, quando meritorum ipſius conſulturi memoriæ, ille in Chronico Miſenenſi inter alios Miſniæ doctos Viros hunc quoque produxit, cujus prædicaret virtutes, & ingenii monumentorum definiret numerum; hic ſingulari Oratione ipſius laudes pie celebravit, quam ex Archiana Ciceronis quodammodo effictam, & in hoc noſtro Afraneo, in quo Rectoris tum fungebatur munere, recitatam, in iterata Rhetoricæ ejus repræſentatione legimus, & a Melchiore Adamo cum Philoſophorum Vitas colligeret, ſuo huic operi maximam partem fuiſſe novimus inſertam. Prohibuerunt ea ratione quidem Viri Celeberrimi, ne omnis moreretur Fabricius, aut meritorum ipſius in Rempublicam gloria poſteritatis oblivione prorſus extingueretur. At enimvero quemadmodum hac ſua induſtria nec Summi Viri, Joh. Alberti Fabricii,

)(3 nec

nec Adolphi Clarmundi prohibuerunt conatus, quominus tum *in Fabriciorum Centuria*, tum *in Vitis Clariſſimorum in re litteraria Virorum*, ejus renovarent memoriam: ita nec ego a conſilio Vitam Rectoris Optimi accuratius paulo & diligentius deſcribendi eadem me paſſus ſum abſterreri. Ceperam hoc ante tria luſtrá integra, cum Profeſſor quidam Academiæ celebris hac tranſiens ſcholam noſtram ingreſſus eſſet, & explicari tum forte Fabricii hiſtorias ſacras minoris Ordinis Alumnis audiens, ex me ipſius in ſchola hac obambulantis quæreret comite, quisnam iſte fuerit Fabricius, palamque de monumentis ejus literariis nil ſibi fateretur conſtare. Cogitabam ea occaſione, ſine dubio & traditos in diſciplinam nobis in eadem verſari ignoratione, ac indignum tamen eſſe obliterari iſtius Viri nomen, qui propter beneficia in hoc noſtrum Lyceum, & immo rem literariam omnem, cum admiratione ſuſpici jugiter, & propter ſanctiſſimas virtutes conſtanter diligi deberet, atque conſtituebam proinde imaginem vitæ ejus & conſvetudinis noſtris declarare diſcipulis, utque recens Georgii memoria apud nos vigeret, meritorum ipſius conficere prædicatione. Ex iſta Oratione in ſolenni

tum

tum examine, ſub quod interpretationes Horatii vocandæ erant, recitata, natum eſt, quicquid hujus Commentationis in lucem nunc demum exit publicam. Enimvero Summe Reverendus Sacrorum apud Lubecenſes Antiſtes, Theologusque magnopere ſedulus, Götzius incitabat me quoque de vita iſthac componenda cogitantem, quippe qui in *Diſſertatione de cultu Annæ* Fabricii vitam, itinera & ſcripta peculiarem mereri enarrationem pronunciaverat, & ſtimulos quoque admovebat Celeberrimus Tenzelius, hortatorque mihi erat, ut perſiſterem in laudando propoſito, & quod intenderam animo exequerer gnaviter perficeremque. Sum exſecutus ergo, quod orſus fueram, & interrupta aliquoties contexui tandem, atque monumenta literaria Clariſſimi Viri, quotquot potuerunt reperiri, diligenter evolvi, cumprimis vero manuſcriptas epiſtolas, quarum hinc inde numerum non plane exiguum corraſi, accurato percenſui ſtudio, decerpens inde ac ſuo quævis reponens loco, quæ indolem Noſtri vimque animi & conſiliorum rectitudinem ac intimiorem adeo habitum in conſpectum producerent & repræſentarent; immo & integras interdum epiſtolas adjunxi, memor iſtius

Demetrii Phalerei in libello de Elocutione legendi: Ἕκαστον εἰκόνα τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς τὴν ἐπιστολὴν γράφειν. Mihi jucunda profecto fuit hujus libri confectio, juvitque penitus perſpicere & cognoſcere planius agendi rationes ipſius omnes, & mirificam in munere diligentiam curasque juxta atque ſapientiam ſingularem. Fateor mirabundum me in virtutum ejus contemplatione, quarum tam exactus fuit concentus, hæſiſſe ſæpius, & offendentem hic illic pietatis veræ & infucatæ comitatisque & ſtudii aliorum ſemet impendendi commodis, tum abſtinentiæ quoque ac moderationis, ac ſuper omnia intentæ nunquam non induſtriæ ac contentionis tam manifeſtas notas, optaſſe vehementer, ut plures conſpicerentur in ſcholis Chriſtianis Magiſtri, qui ſemet ipſos ad hoc recti moris & innocentiæ exemplum gnaviter vellent componere. Quod Ciceronem ad Ampium Epiſt. ad famil. VI. 13. ſcripſiſſe lego: *Cum ſtudium Tuum conſumas in virorum fortium factis memoriæ prodendis, conſiderare debes, nihil Tibi eſſe committendum, quamobrem eorum, quos laudas, Te non ſimillimum præbeas;* illud & mihi, rerum a Fabricio geſtarum narra-

narratori, dictum putavi, connitendumque ſum arbitratus, ut, cum tantorum meritorum magnitudinem conſequi noſtræ non ſit tenuitatis, ſaltem ingenuitate, fide ſimplici, candore animi, ad hanc normam memet direxiſſe, & ad præſcriptionem tam luculentam officiorum dicar perpendiſſe momenta. Neque ingratam aut minus utilem Commentationis hujus fore lectionem exiſtimo, quæ, præterquam quod ad memoriam Viri doctiſſimi, iisque, qui in Germania literas inſtaurarunt, addendi omnino, nos revocat, & dilucidius ejus vivendi rationem exponit, quam ab Albino & Dreſſero fuerat factum, quantumvis infra dignitatis ejus ſplendorem eſſe illam non negetur, epiſtolas utique plurimas ἀνεκδότους aut particulas epiſtolarum Georgii continet, qui acerrimus caſtioris ſermonis propugnator merito dicitur, & per non exiguum Seculi XVI. ſpatium decurrit, ætatis iſtius doctos Viros non in uno loco commemorans, quæque conſilia ipſorum, quæ laborum fuerint perfunctiones. Finirem præſentem nunc Præfationem, niſi duo adhuc eidem reſtarent adjicienda. Primum prædicanda eſt eorum humanitas, qui faverunt meæ voluntati ad vitam illam componendam memet accingentis, & adjuto-

jutores mihi extiterunt liberales, atque e ſupellectile ſua literaria libros communicarunt, ad negotium iſtud commodos, rogati plerique; quidam etiam ſponte, quin & manuſcriptas epiſtolas, quas vel inter *κειμήλια* ſua ſervabant, vel e Bibliothecis publicis mecum poterant communicare, non inviderunt, quibus gratias hic ago, quas poſſum maximas, iisdemque memoria beneficii ſempiterna me profiteor obſtrictum. Sunt illi præter Rectorem hujus noſtræ Provincialis Scholæ & Collegas meos honoratiſſimos ſequentes, quorum, doctrina & meritis de Eccleſia & literaria re ſpectatiſſimorum, nomina, grata celebratione nunquam non circumferenda, eo ordine, quo initiales iſtorum literæ ſemet excipiunt, hic appono. D. Erneſtus Salomo Cyprianus Sereniſſimo Saxoniæ Duci, qui Gothæ ſedet, a conſiliis ſacris, & in Protoſynedrio Aſſeſſor. M. Jo. Gideon Gellius, Scholæ Dreſdenſis ConR. M. Paulus Chriſtianus Hilſcherus Paſtor Palæo-Dreſdenſis. M. Chriſtianus Junckerus Gymnaſii Altenburgenſis Director, nunc beatus. D. Chriſtianus Lehmannus Paſtor & Superintendens apud Freibergenſes. M. Samuel Knauthius Philologus in Saxonum ad Al-

bim

bim Academia. M. Jo. Georgius Martius, Mitvveidenſium Paſtor. D. Jo. Burckardus Menckenius, Conſiliarius & Hiſtoriographus apud nos Regius, nec non in Academia Lipſienſi Hiſtoriarum P. P. M. Samuel Mollerus, & M. Daniel Mullerus, ille Freibergenſis Gymnaſii, hic ChemnicenſisScholæ Rector, Chriſtianus Schlegelius, in aula Gothana Antiquarius. M. Henricus Auguſtus Schumacherus Gymnaſii Grimmenſis ConR. Wilhelmus ErneſtusTenzelius Conſiliarius apud nos Regius & Hiſtoriographus, itidem beatus. Georgius Andreas Vinholdus Scholæ Cygneæ Rector, & M. Chriſtianus Fridericus Wiliſchius Altenburgenſis Gymnaſii Director. Deinde laudibus efferenda eſt benevolentia, qua me Viri Summe Reverendi atque Excellentiſſimi Dn. G. H. Götzius & Dn. Jo. Albertus Fabricius jam longo a tempore proſequuntur. Illius, Scholas privatim Lipſiæ aperientis, Philologicis Lectionibus interfui ante annos fere triginta & donis literariis Lubeca huc miſſis identidem ſum exhilaratus; hunc Lipſiæ ſimiliter amicum habui prorſus egregium, ſumque gaviſus magnopere, quando iſtius noſtræ familiaritatis ſervari memoriam e Bibliographia ipſius Antiquaria didici.

dici. Utriusque diligentia, merendique de re literaria indefeſſum ſtudium, maximam omnibus movet admirationem, utque perſvaſus ſum non damnatum iri hanc fiduciam meam, qua ſubnixus iſtam iis Commentationem inſcripſi: Ita neque Tu inficiaberis, Benevole Lector, veneranda ſummorum Virorum nomina non inepte in hujus Fabricianæ Vitæ frontiſpicio conjungi, quorum *Memoria* & *Elogia* in noſtris manibus ſunt, & in colligendis aſſervandisque bene meritorum Vitis labor enituit conjugatus. Quod ergo Clariſſimus Vir Jacobus Burckardus (de fatis Lat. L. in Germania c. VII. p. 550.) non pridem ita monuit *Fabricii etiam nomen, quod magis magisque obſcurum fiat Germanis, ab oblivione vindicandum diligenter;* id a me præſtitum Tu comiter ſuſcipe, Amice Lector, & ſpem eam ſodes mihi oſtende, non fore ingratum Tibi, ſi Præfationum Fabricianarum, quas collegi, ſemicenturiam poſthac etiam typis proferam deſcribendam. Miſenæ V. Calend. Jun. anno CHR. MDCCXVI.

Con-

Conſpectus rerum in Vita G. Fabricii pertractatarum.

I. *Georgius Fabricius Chemnicii die Georgii anno milleſimo quingenteſimo decimo ſexto natus*

II. *Parentibus Georgio Goldſchmid & matre Margareth Piſonis.*

III. *Fratres habuit Blaſium, Jacobum, Andream,*

IV. *Et Scholas frequentavit in patria Hertelii atq; Sculteti, ac Annabergæ deinde nec non Freibergæ Rivii.*

V. *In Academia Lipſienſi ſedulus Borneri ſectator*

VI. *Comesque VVertheri Italiam petentis,*

VII. *ubi Patavii plurimum tempus conſumſit, ſed Romam tamen etiam & Neapolin aliasq; ſpectavit urbes.*

VIII. *Pius ubique, deditus doctiſſimis Viris, & ſolers antiquorum monumentorum indagator,*

IX. *Qui redux in patriam, cum Beuchlingi ſubſtitiſſet aliquamdiu, dicti VVertheri fratres Argentoratum deduxit,*

X. *Et ex hac Academia Miſenam ad Rectoris munus vocatus,*

XI. *Uxorem ſibi junxit Magdalenam Fauſtam, aliquot deinde utriusque ſexus liberorum matrem.*

XII. *Vir, quod virtutes ejus & vitæ conſuetudinem attinet, vere pius,*

XIII. *Qui ſtyli etiam ethniciſmum fuit averſatus,*

XIV. *laborioſus & temperans;*

XV. *otium non niſi in honeſtis terens recreationibus;*

XVI. *aliis inſerviens paratiſſimo animo;*

XVII. *prudentia ad Scholam regendam inſtructus ſingulari;*

XVIII. *modeſtus etiam & concordiæ ſervandæ ſtudioſus,*

XIX. *qui adverſa varia pie ac patienter tulit.*

XX. *Librosque dedit doctos plurimos*

XXI. tum a ſe confectos *Commentarium in Geneſin, Summam Evangeliorum, & Hiſtorias ſacras,*

XXII. *rerum in Germania magna memorabilium & Miſnicarum libros, Origines Saxonicas & deſcriptionem Freibergæ;*

XXIII. *Partitiones Grammaticas, Syntaxin Partium Orationis Græcæ, rudimenta Dialectica, de Inventione & Diſpoſitione, de conſcribendis epiſtolis & de re Poetica.*

XXIV. *Elegantias ex epiſtolis Ciceronis, Elegantias ex*

Plau-

Plauto & Terentio, Elegantias ex Ovidio, Tibullo, Propertio, Antiquam Scholam Chriſtianam, Hiſtoriarum Sacrarum libros ex Poetis Chriſtianis.

XXV. *Romam & libros Antiquitatum.*

XXVI. *Poemata, Itinera, de Germanorum Poetis Hiſtoricisque,*

XXVII. tum aliorum ſtudio elaboratos, & a ſe vel emendatos vel explicatos vel ſaltim curatos, *Commentarios puta Servii & Donati in Virgilium, Acronis & Porphyrionis in Horatium, utrumque tunc Poetam ſeorſim, & Ovidii aliquid.*

XXVIII. *Terentium, Plautum, Senecam Tragicum, & Publii Syri Mimos.*

XXIX. *Poetas Chriſtianos, & ſeparatim Prudentii quædam.*

XXX. *Grammaticos veteres & Flavium Soſipatrem.*

XXXI. *Paulini Nolani Epiſtolas, Sulpitii Severi Hiſtoriam, & Iſidorum Hiſpalenſem.*

XXXII. *Drechsleri Chronicon & Chronici Siffridi Epitomen.*

XXXIII. *G. Agricolæ & Jo. Rivii quædam.*

XXXIV. *Editurus plura ſi diutius vixiſſet,*

XXXV. *quin & in Schola hac optime tum florente*

XXXVI. *Adoleſcentes inſtituit plurimos, quorum magna deinde doctrinæ laus fuit.*

XXXVII. *Sicque amicos ſibi conciliavit Celeberrimos Viros,*

XXXVIII. *et Patronos nactus eſt indulgentes,*

XXXIX. *immo & Summorum Principum in gratia extitit,*

XL. *atque multorum Elogiis paſſim honeſtatus.*

XLI. *Anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo primo vitam ſuam placide finivit, & valedixit ita Scholæ,*

XLII. *quæ divina tutelæ commendatur.*

VITA

VITA
GEORGII FABRICII.

I.

GEorgius Fabricius, in cujus vita meritisque memoria prodendis jam noſtrum inſumitur ſtudium, in lucem hanc editus ſuſceptusque eſt A. C. MDXVI. 9. Calendar. Maji a), *qui dies, cum in Faſtis Georgii nomine ſignaretur, pueri nominationem Parentes inde petierunt, non ſine omine futuri muneris, & procurationis ejus, quam ſtrenuè graviterque erat obiturus* b).

a) Ita annum nativitatis produnt Petrus Albinus Chronic. Miſenenſ. tit. XXV. f. 362. Melch. Adamus in vitis Philoſophor. f. 117. edit. noviſſ. Bucholzerus in Indice Chronologico p. 521. qui horam quoque annotat cum Ebero mox adducendo, & intra quintam & ſextam natum ſcribit, ipſe Fabri-

 cius

cius Rerum memorabil. Saxonic. L. II. p. m.314. ubi hemiſtichion ſubjungit, quod annum illum continet: nVsqVaM tVta fIDes, ex quo integrum deinde diſtichon, quod Albinus d. ſupra l. citat, natum eſt:

nVsqVaM tVta fIDes, quo tempore ſymbolon anni
Nobile, Te Fabrici, Chemnitium genuit.

Expreſſit annum quoque Eteoſtichorum ſcriptor Joſephus à Pinu, cujus verſus Vitebergæ a. 1561. exierunt, hunc in modum:

C. 4.

PegaſeIs orerIs FabrICI grate CaMoenIs
Phoebea aſpera Hyas LVCe VbI teCta Latet;

quin & Hempelius ſui Præceptoris & natalem & ætatis, in his terris exactæ, annum iſto diſticho complexus eſt:

nVsqVaM tVta FIDes, natalem continet annum
Fabricii, LVſtrI vox necis una notat vid:

Georgii Weiſſii, manipulus ſymbolorum p. 49.
Quod diem attinet, malè Bucholzerus, Melch. Adamus & ſecutus hos Clarmundus in Vitis Clariſſimorum Virorum P. III. p. 157. vigeſimum quartum Aprilis nominant; Nam in illum Georgii memoria non congruit; bene tamen in antecedentem vigeſimum tertium, cui Paulus etiam Eberus in Calendario p. m. 150. Noſtri adſcribit nativitatem & Paulum Cherlerum habet conſentientem in ea re, in Jambico Carmine de Georgio Fabricio, quod hujus Poëtarum Eccleſiaſticorum collectioni ſubjungitur, eodem cum G. Sabino die, h. e. XXIII. Aprilis lucem hanc aſpexiſſe Fabricium teſtantem:

Idem

Idem dies Georgium
Vatem Sabinum candidum
Mundo tulit &c.

b) Ceterum cum noſter haud ſecus atque aſſiduus aliquis agricola in colendo fundo ſuo, in acuendis fingendisque tot ingeniis ſedulam operam adhibuerit, & fruges inde tulerit longe uberrimas, non fallaci utique præſagitione Georgii nomen ipſi impoſitum fuiſſe arbitramur, & trahimus huc, quæ inter alia Paulus Dolſcius quoque ſcripſit legenda in Epicediis à Jacobo Fratre collectis & Lipſiæ a. 1571. editis b. 2.

ὃς θαλερὰς μουσῶν γεωργήσας κατὰ νεοὺς
δηδά, Γεωργοῦ ἐοὶ οὔνομ' ἐοικὸς ἔχεν

Notamus etiam e Jo. Alberti Fabricii, celeberrimi Polyhiſtoris, Centuria Fabriciorum p. 32. propter ὁμωνυμίαν, & confundendi alterum cum altero exinde occaſionem, duos adhuc alios Georgios Fabricios Slesvicenſem unum, cujus oratio de ſuſpicione Hamburgi lucem vidit 1614.; alterum illum, cujus diſſertatio inauguralis de Collegiis Opificum prela ſubiit Jenæ a. 1655.

II. Patriam noſter Chemnicium, nobilem ad fluvium cognominem Miſniæ urbem, & egregiorum virorum fœcundam matrem a); *Parentes vero habuit honeſtos omninò atque probitatis ſtudio ad omnem memoriam commenda-*

tos, Georgium Goldſchmidt, qui & ipſe, quaſi nominis gentilitii monitu, in nobilisſimis metallis elaboravit, atque faber fuit aurarius; b) *matrem vero Margaretham, de cujus ſtirpe non reperio, quæ posſint ſubjici, niſi quod in tumulorum libro Adam Siberus epitaphium mortuæ conficiens Piſonis filiam nominat, bene tamen, quod vidua facta in liberis ſuis educandis ſolertem curam adhibuerit atque Parentis optimæ impleverit menſuram, plurimis teſtimoniis conſtabit.* c)

a.) Conr. Porta, qui ſingulari Oratione de vita & morte Andr. Fabricii, quem fratrem nactus erat Georgius, expoſuit & eandem Michaeli Neandro inſcripſit; cujus etiam libello ſuo, Theologiæ Lutheri titulo edito, ſubjicitur, G. a. Chemnicium inter cetera quoque prædicat, tanquam optimorum ingeniorum atque doctiſſimorum Virorum, & quidem in iisdem familiis & ex iisdem Parentibus natorum, feraciſſimam; in quam rem Næviam & Arnoldinam ſtirpem adducit; ſed eandem tamen Noſtri natalibus maxime illuſtratam & præcipuum decus ſuum ex hoc cive adeptam eſſe, graviſſimorum ſcriptorum ſententia comprobatur. Dabo quorundam teſtimonia. Ita ſcilicet Adamus Siberus in Epicediis ſupra adductis b. 3.

Nul-

Nullius ingenio tantum ſe jactet alumni "
Nobile Lotharii nomine Chemnicium "
Georg Berſmannus E. 1.
Mœnia fortunata nimis nimiumque beata, "
Tam clarum terris quæ peperere decus "
Eximii quæ viderunt cunabula vatis "
Matris & exceptum ſuſtinuere ſinu, "
Dicite mons tuque o! urbs addita gloria monti "
Sic veſter nunquam deminuatur honos! "
Ecquis ad hunc infans reptavit dignior amnem? "
Doctior ecquis in hac vagiit alter humo? "
Ecquo jactavit tantum ſe cive beatam "
Ingeniis tellus inclita fœta viris? "
Andr. Ellinger C 4.
Quam (Chemnicium) laus eximia & celebriorem "
Virtus reddidit atque tot bonorum "
Civium ingenia eruditioque "
Quos inter velut Heſperus renidet "
Ingens fama ſuæ decusque gentis "
Muſarum decus atque gratiarum "
Noſter FABRICIUS "
Sic & in Nuptialium carminum collectione Chriſtoph. Schellenbergius, p. 15.
- - - *quo cive ſuperbit* "
Fundatum a magno Cæſare Chemnicium "
Urbs doctis populoſa viris; quid cetera namque "
Ingeniis referam nomina clara ſuis. "
Fabricii vates faciunt vatesque Siberi "
Clarus ut iſtius ſit magis urbis honor. "
nec non Jac. Straſburgius p. 34.
Urbs quoque Chemnicium quæ Caſto ſubdita monti "
Et fluvii nomen prætereuntis habet, "

„ *Fabricio nunc cive ſuo tumefacta ſuperbit.*
conf. Quenſted de Patriis illuſtrium Virorum p. 217.

b.) Patris Aurifabri Albinus f. 362. & Conrad. Porta in Oratione ſupra d. G. 8. meminerunt, quem a Pietate & liberalitate erga ſtudioſos ſcholaſticos commendat Albinus; ipſe vero Georgius in Epiſtola mox alleganda beneficum admodum erga pium aliquem Paſtorem fuiſſe ſcribit, & in ſua fratrumque educatione induſtrium maxime cum matre, & optimi exempli virum teſtatur, ita in hymnorum dedicatione ad fratres Poematum p. m. 141. ſcribens: "Parentum noſtrorum, a quibus al-„ti & eruditi ſumus, meminiſtis. Scitis, qualis in „ipſorum vita moderatio, qualis in educatione cu-„ra diligentiaque fuerit: nullam litem, querelam „nullam domi audiviſtis; perſpexiſtis in iis odium „levitatis, mendacii & omnis turpitudinis.„ Is peſte mortuus eſt ao. 1534. quod non ſolum ex Portæ Oratione colligo, qui Andream fratrem a. 1530. natum patre orbatum ætatis anno quarto tradit; ſed ipſe etiam Georgius Philippo ſcribens Melanchthoni, & de ſui patris obitu mentionem injiciens, ut de anno mortis ejus certi ſimus, facit. Adjungam integra ejus verba ex Epiſtola illa Georgii, quam MSCtam beneficio Celeberr. Schlege-„lii cum plurimis aliis debeo. Ita ergo Fabricius: „Obſervande Præceptor; Literarum dulciſſima le-„ctio, quas a Te deſideratas accepi, refricuit mihi „πιθεινὸν ἔρωτα, qui eodem menſe, quo Tu, po-„ſtea Georgium ante annos jam 20 (ſcripſit hæc Fa-„bricius Prid. Calend. Nov. a. 1554.) amiſi peſte, cum

cum is quatriduo ante duarum filiarum una hora" oculos clauſiſſet. Victus patris affectu poſt cura-" tum funus in eundem morbum incidit; me men-" ſe Auguſto dimiſerat, fratres pueri domi erant o-" mnes. Fuerat eodem anno in periculo propter" ſacerdotem pium, in quos Georgius Princeps tum" inquirebat, quem rure venientem ſolebat hoſpi " tio excipere; is literis eum conſolabatur, & ejus" animo peregrinationem Romanam, de qua ſæpe" glorians loquebatur, tum primum excuſſit. Le-" gobat ei filia ſuperſtes ad lectum, quæ primum" deſiderio ſororum, tum morbo patris, plane exa-" nimis ut a patre diſcederet, cogi non potuit. Re-" liquit mihi mandata plena amoris ac pietatis, &" ipſe ſentiebam abſens, domi quid fieret in diutur-" na ægritudine conſtitutus &c. &c. „ confer quæ in Triſtium Libro T. II. Poëmat. p. m. 357. memoriæ patris ærumnoſi ſcripſit:

Lumina clauſiſti natabus ſanƈte duabus &c. &c.

c.) Margaretham matrem idem ille Porta nominat d. l. & quod Andreas Georgii frater, non ſecus atque Timotheus ab avia ſua Loide & matre Eunice, atque a Monica ſanctiſſima matrona Auguſtinus, a teneris ungviculis ad pietatis exercitia ac ſacras literas aſſvefactus atque in ſcholam patriam mature miſſus fuerit teſtatur. Ipſe vero Georgius in Dedicatione hymnorum ad Fratres, quæ Miſenæ a. 1552. ſcripta fuit, Poëmatum p. m. 141. ejus in educandis ſe & fratribus induſtriam celebrat. Adſcribam ipſa illa verba, quæ pietatis nimirum filialis luculentum ſuppeditant documentum. "Relicta mater eſt, ipſa marito orbata, nos parente,"

„ſummo utrique inter homines ſolatio deſtituti; „matris fortunæ exiguæ, liberi multi, tempora difficillima. In tali mœrore & anguſtia etiam viri „animus frangi aut certe debilitari potuiſſet. Itaque primus dolor, ut ſolet fieri, peracerbus ei erat, „in quo animum amiſſi mariti ſtudioſisſimum facile declarabat; ſed magnitudinem luctus mitigavit conſtans in Deum fiducia. Magnum in „muliere utrumque erat & præſentis ægritudinis „moderatio, & ex concepta ſpe de promiſſionibus „divinis animus non abjectus. Nos autem educationis onere ſibi impoſito diligentius & ſæpius, „ad religionis cultum, ad amorem mutuum ad cetera vitæ modeſtæ officia cohortata eſt: precibus inſuper additis, ne noſtro aliquo vitio aut ſolitudinem illi gravem aut viduitatem non tolerandam efficeremus, in iis præterea ſtudiis perſeveraremus, quibus & nos ipſos conſolari in omni „fortuna & aliis prodeſſe, ſi Deus vellet, aliquando poſſemus. Amabili igitur & religioſa auctoritate, a non invitis, id quod voluit, impetravit; „& ſuis ipſa precibus, quibus ardentiſſime dedicta „erat, tantum effecit, ut, in re admodum exigua „neque ſumtus domeſtici ad honeſtatem, neque „amicorum liberalitas ad ſtudia perſequenda nobis deeſſent: aliis enim alia ratione, ſingulis tamen „non incommoda, proſpectum fuit. Hac ejus pietate, poſt obitum patris annos fere quindecim „adjuti, tandem poſt miſerrima belli civilis tempora, ipſam amiſimus ſummo dolore maximo deſiderio, memoria nunquam intermoritura.„ Imo & in Libris Triſtium *Poëmatum T. II. p. p. 357.* eidem parentat:

Si

Si laus eſt matri natos educere rectè
Hæc laudes ſummas inclita mater habet

& in Epiſtola ad avunculum Germanica, quam e ſupellectile Cl. Schlegelii itidem habeo MSCtam, redux ex Italia cumprimis lætatur, quod omnes fratres ſuos doctrinæ ſtudiis a matre invenerat deſtinatos; de qua Nicol. Selneccerus in Præfat Axiomatum Catecheticorum, quod ante agonem vocatis ad ſe filiis dixerit: "Eſtote ſtudioſi timoris & invocationis filii Dei & ſervite Eccleſiis & ſcholis, nec ſe-" ctamini magna in hoc mundo. *Werdet nicht" groſſe Leute in der Welt.*", Quæ Groſchuffius inſtruit Correctionibus ſuis Vitarum Clarmundi vid. *Vergnügung müſſiger Stunden* P. II. p. 83. Cum vero Margaretha, quod jam dictum fuit, 1534 maritum ſuum amiſerit, & quindecim fere annos vixerit vidua, circa a. 1549 diem ſuum obierit oportet. Verſus illi Adami Siberi, quorum inſcriptio Piſonis filiam fuiſſe Margaretham docet & in quibus Hoſpes & Polyhymnia colloquentes inducuntur, hi ſunt:

H. Huic tumulo Deus ecquis adeſt? P. Polyhymnia H. Vates
Anne hic? P. Non: mater vatis humata jacet.
H. Dic vero cujus? P. Dircæis, carmina rebus
De ſacris pangit qui Venuſina modis
H. Fabricium dicis? quis moribus illa? P. Pudicis
A Vita? P. qua pauper, ſed ſine labe fuit.
H. Qua pietate virum coluit? P Poſt fata maneret
Illius ut viduo per tria luſtra thoro.
H. At non eduxit ſobolem bene? P. cur juvat ergo
Fabricios probitas officiique decus?

H. Quam placide vitam mutavit morte? P. redemptos
Quam qui ſe credunt ſangvine Chriſte tuo
H. Sunt ſatis hæc: cineri ſit pax, requiesque ſub urna
Ambroſio æternum buſta liquore fluant.

Ceterum & avi hic proavique quos Georgius noſter habuit, potero meminiſſe. Matthæi ſcilicet atque Donati, quos verſus quidam memorant a Georgio Andrea Fabricio ſcripti & horis ſuccifivis Poëticis Goslariæ a. 1618 editis adjecti. Legi eosdem ego vero in Schediaſmate Clariſſimi Göttingenſis Gymnaſii Profeſſoris, Joachimi Meieri, in Novis literar. Hamburgenſib. a. DCCV. p. 335 inveniendo, quod ne Bavarum quis credat Georgium iſtum Andream, qui e celeberrima Chemnicenſium Fabriciorum familia ortus fuerat, duxit evulgandum.

III. Nimirum, præter hunc ſuum filium, alios marito eadem pepererat Margaretha, quos ut ſingulari omnes Georgius amore complectebatur: ita præclaris diſciplinis vidit etiam formatos ornatosque egregiarum artium doctrinis a), *BLASIUM videlicet, qui Græcis literis perpolitus aliquandiu docuit in Gymnaſio Argentoratenſi, & ibidem typographiam etiam inſtituit ac poſtmodum Busveileræ juventutis rexit ſtudia* b); *IACOBUM deinde, qui Ebelebio-*

lebiorum nobilium adoleſcentum ſpei admotus fuit, & ad fratris exemplum peregre etiam cum fructu vixit atque Scholæ tandem Halenſi præeſſe juſſus eſt, c,) *atque ANDREAM poſtremo, qui in Northuſana ſchola docuit & Paſtor ſubinde ad ædem-Petrinam iſtius urbis adductus propter Synergiſticas controverſias in exilium miſſus quidem, ſed non multo poſt Islebiam vocatus in templo D.Nicolai divinum verbum expoſuit.* d)

a.) Ex marito Georgio Fabricio mater Noſtri Margaretha ſex omnino filiorum & trium filiarum facta eſt puerpera. Duo filii, præter jam nominatos, Rochi & Michaelis nominibus diſtingvebantur, in quorum mortem Epigrammata Georgii extant in libro Triſtium Poëmat. P. II. p. 358. 359. Unius ſororis Annæ, poſt partum nonum mortuæ, memoriam recolit d. l. p. 380. & eſt ea ſine dubio, quam ſcripta ad Melanchthonem 6. Idus Decembr. 1555. Epiſtola, quæ mihi MSCta obvenit, memorat obiiſſe. "Afficior domeſtico dolore propter chariſſimæ ſororis obitum, octo bel-" liſſimorum puerorum matrem, verba ſunt, qui-" bus illa Epiſtola inchoatur.„ Ea Jo. Treptæ Boruſſo elocata erat, quem hominem moroſum & durum nominat in Epiſtola MSCta ad Avunculum ſupra citata: Ex eo conjugio inter alios prodiit Ge-

Georgius Trepta, in quo fovendo Jo. Nævii, Saxoniæ Electoris Archiatri ſingularis effloruit liberalitas, ab ipſo Georgio in Epiſtola Dedicatoria, Antiquæ Scholæ Chriſtianæ Puerili præmiſſa, his commendata verbis: "Annuos reditus in patria egenis conſtituiſti, unde victum faciliorem habeant & ſtipendia tribus adoleſcentibus perpetua decreviſti, ut bonas artes & ſtudia ſapientiæ exerceant in Academia, cujusmodi beneficium cum ſuis itidem popularibus in Anglia tribuerit Thomas Linacer, vir tui ordinis maximus, præter ſummæ doctrinæ famam beneficientiæ quoque gloriam ad gentes alias transmiſit. Tua autem benignitas etiamſi ſpectet ad Tuæ proſapiæ adoleſcentes dignos; tamen ejus partem primam ſponte ad meos detuliſti, dum meæ ſororis filium Georgium quaſi adoptaſti in alumnum liberalitatis Tuæ." Huic Georgio Treptæ Elegantias ſuas Poëticas ex Ovidio Tibullo Propertio carmine dedicavit Fabricius, in quo ad pietatis ſtudium graviter ipſum, diſciplinæ Siberianæ tum Grimmæ Alumnum, exhortatur, atque in ipſo ætatis flore, cum, Duce Sturmio, progreſſus in literaria doctrina feciſſet egregios, & jam alios ducturus eſſet, extincto Epicedion ſcripſit, quod itidem in Triſtium legitur libro p. 390. Ipſum vero ad Avunculi exemplum ſcribendo carmini non vanam dediſſe operam teſtantur verſus ſcholæ iſti Chriſtianæ Puerili, quam dixi, præmiſſi; teſtantur Elegia atque Ode etiam in Nuptias Georgii confectæ, quæ in Nuptialium Carminum collectione leguntur p. 78 & 105. Præter Annam iſtam, quæ Treptæ nupſerat, ſoro-

res

res aliæ memorantur Georgii Gertrudis videlicet, quæ peſte obiit tenera & Margarethæ; vid. Triſtium librum p. 358. Quod jam Fratres attinet, omnes ingenia ſortiti erant cultiora & ſtudiorum eminebant dotibus. Ita Neander nimirum in Theologiæ Lutheri Dedicatione: "quibus, inquit, longo puto tempore nulla ætas ex una domo, uno patre matreque natos, protulit animas candidiores clariores & omni doctrinarum genere ornatiores Viros: Similia idem Neander in Epiſtola habet Græca ad Andream ſcripta Fabricium, & Coluthi de Helenæ raptu præmiſſa carmini, Oper. aurei p. m. 25. Adſcribam ipſa verba, utpote quæ ad Fabriciorum laudem amplificandam pertinent:

καὶ ὡς λίαν ἐμοὶ τούτου συγχαίρω, ὅτι ἐκείνους φίλους ἐπόιησα, τοὺς φιλοτίμως πρὸς ἐμὲ διακειμένους, ὧν ἐκ μιᾶς πατριᾶς καὶ οἴκου, καὶ ἐξ ἑνὸς πατρὸς καὶ μητρὸς γεννηθέυτων, ἡ πᾶσα μισνίας χώρα ἐξ οὗπερ αὐτὴ μισνιά ὥσπερ ἐμαυτὸν πειθόμενος οἶμαι τυγχάνουσα ὑπῆρξε, οὐ μὴ πώποτε ἔφησε ἐπιστημονεστέρους καὶ μεγαλοπρεπεστέρους καὶ ἐπιεικεστέρως ἔχοντας πρὸς τὰς τέχνας, ἃς ταῖς χάρισι συγκα, ταμιγνῦντες οὐ πάυονταί, μητὲ ἄνευμουσῶν τὴν ἡδέως δύνανται. περὶ μὲν σοῦ οὐ δεῖ διά μακροτέρων λεχθῆναι. περὶ δὲ τῶν ἀδελφῶν σου τῶν ἄλλων ἀνδρῶν πάντων περὶ βλέπτων, καὶ ἐν παιδεία, ἐν ἐυσεβεία, ἐν ἀρετῇ τέ καὶ ἐπιστήμῃ μέγ᾽ ὄνομα καὶ κλέος ἐσχηκότων καὶ μακρὰν ἀπόντων, μόνον ἐν τῷ νυνὶ μνέιαν ποιήσω.

Eosdem

Eosdem Chriſtophorus Schellenbergius jungit in Epithalamio Georgio ſcripto p. 15 Collectionis modo dictæ, ita canens:

O! ſat in hoc felix Fabriciana domus
Quod ſummo ingenio, magna virtute decoros
Germanos fratres quatuor una tulit,
Aonidum quibus unus amor, quibus omnibus artes
Docta Minerva ſuas, carmen Apollo dedit.

Ipſe vero etiam Georgius cujuslibet characteriſticam quaſi ſuppeditat notam, cum ad Avunculum in Epiſtola Germanica, quum MSCtam tenere me monui, & cui Latina nonnulla inſperſa ſunt, ſcribit: "Blaſius ipſa natura bonus eſt, rectus eſt, ſimplex eſt, & ſi collatio facienda eſt, Andream fratrem Tuum refert. Jacobus ingenio vincit, ſtudioſus alacer, callidus & amabili modeſtia. Andreas auſteros & ſubtiles impetus habet, Muſica delectatur. Carmina ſcribunt omnes, Jacobus meliora, Andreas plura; Omnes iſtos Georgius ſingulari complexus eſt amore, quod Blaſius, miſſo Busveilera ad funus ejus Epicedio, his faſſus eſt verbis:

Plus quam frater eras; idem tu doctor & altor
Matrem dulcem æquans & pietate Patrem

vid. Epitaphia G. Fabricio ſcripta, quæ per Jacobum Fabricium collecta Lipſiæ 1571 exierunt. b. 3. Speciatim Georgii & Jacobi, qui ipſa etiam moriendi ſorte conjuncti fuerunt (nam Georgius a. 1571. in Julio mortuus eſt, Jacobus in Martio a. 1572.) φιλαδελφίαν Nath. Chytræus celebravit in carmine; quod Originibus Saxonicis præmiſſum ſcribit Coburgenſis Gymnaſii Director Celeberrimus D. Godo-

Godofredus Ludovici in Hiſtoria Rector: & Gymnaſiorum P. II. p. 60. Verba carminis in editione tamen a me uſurpata non reperiundi, quæ huc faciunt, ea ſunt:

Vixere unanimi concordes pectore Fratres
JACOBUS & GEORGIUS
Hic equidem ſenior: nam natu maximus illi
Fuerat Magiſter & parens.
Hinc JACOBE tui poſt triſtia fata Georgi
Salvus diu eſſe non potes

b) *Blaſius* in ludo Electorali bonas artes didicit, fuitque unus ex Alumnis iſtis, qui a. 1547. a Jo, Friderico Electore Wittenbergam abducti ſunt obſides, cum bello omnia hic ferverent Schmalcaldico Adferam ipſius Georgii verba ex Annalibus Miſenenſibus d. a. p. m. 97. die XVI. pueri nobiles" e ludo illuſtri tres & viginti, Goldaccaro Thuringo ſvadente, tanquam obſides navi hinc mittuntur Vitebergam. Nomina eorum qui Vitebergam miſſi, Caſpar, Hugoldus, Laurentius, Schonbergii fratres, Apollo & Ditericus Ruliccii, Nicolaus & Alexander Miltizii, Theodoricus, Petrus, Echardus Ganſii, quibus erat adjunctus Blaſius frater meus, qui Vitebergæ ab Hiſpano eſt in caput vulneratus, Georgius Carolovicius, Johannes Berbisdorſius, Honorius Grunbergius, Jo. Warta, Nicolaus Erdmandorſius, Chriſtophorus Hartuſchius, Alexander Pflugius, Chriſtophorus Leutſchius, Joh. Staupicius, Georgius Spora, Theophilus Commerſtadius Vir factus ingenti cum laude & fructu aliquando docuit in celeberrimo tum Argentinenſi Gymnaſio, & cum noſtri temporis"

Ci-

„Cicerone, Jo. Sturmio, ſicut & frater Georgius, „conjunctiſſime vixit. Poſtea juventutis ſtudia „ſub illuſtri & generoſo Hanenſi Comite Busvileræ „rexit, ita Conradus ſcribit Porta in Oratione de Vita & Morte Andreæ Fabricii lit. G. 8. Græcæ linguæ fuiſſe ſcientiſſimum & Græcas ſcripſiſſe Epiſtolas extemporaneas Petrus Albinus teſtatur in Chronico Miſenenſi f. 363. Sed nec rudem etiam pangendi carminis extitiſſe præter verba e Georgii Epiſtola modo adducta, verſus docent, quibus nuptiis fratris modo applauſit, legendis in Carminum nuptialium collectione p. 100. modo trium fratrum deploravit obitum ſuperſtes ipſe, qui præfixi leguntur Georgii Fratris ſummæ Evangeliorum. Ipſius nuptias cum Odilia Cratonis Mylii vidua ſingulari ode celebravit frater Georgius Poëmat P. I. p. 414. ſicut & Adamus Siberus Epigrammate, quod legi poteſt Poëmat. ipſius P. I. p. 551. Eſromus Rudigerus, qui in Portenſi ſchola primum docuit, & deinde ad ludi Cygnæi gubernationem conductus eſt, Joach. Camerarii ſoceri ſui Arithmologiam Ethicam ad Blaſium hunc miſit, ut ſuis typis exprimeret, & ſcripta a. 1549. Epiſtola ad perficiendum libellum ipſum eſt exhortatus. Ex hac, Lipſienſi Arithmologiæ editioni anni 1571. adjecta, Typographiam Blaſium conſtituiſſe Argentorati diſco, atque verba inde, quæ huc maxime faciunt, repeto. "Vidi nuper, ſcribit Rudigerus, „elaboratam in officina tua συλλογὴν quandam „diverſi generis monumentorum antiquitatis, „confectam, ut alia, amantibus eruditionis & do-„ctrinæ ſtudio atque diligentia Georgii fratris tui.

Id

Id ſcriptum, ſi primum ex hac exit, ut exiſtimo"
(neque enim præterea vidi aliud) etiam omen mi-"
hi placet; Antiquitates tuum prelum primum im-"
buere, & Te judico præclare fuiſſe auſpicatam."
Sed tu is es, ut videaris aliquando tuam officinam"
propriis elaborationibus inſtructurus eſſe & fra-"
trem habes Georgium, qui id cum ſumma laude"
& literarum ornamento atque ſalutari propagati-"
one facere poſſit.,, C. Pergo ad *Jacobum* nunc *Fabricium*, de quo Conradus Porta dicta ſupra Oratione: "Jacobus doctrinæ laude non inferior priori, in Germania, Gallia & Anglia nobiles juvenes"
Ebelebios & plures alios magno cum fructu inſti-"
tuit, & tandem in Salinis Saxonicis uſque ad mor-"
tem ſtudiis juventutis plurimum profuit.,, Dedit Argentorati bonis operam literis, eſtque teſtimonium, quo ex urbe illa diſcedentem Jo. Sturmius a. 1554. ornavit, Adami Theodori Siberi Inſtitutioni Rhetoricæ & Epiſtolicæ inſertum p. m. 74. quod ut de ſimplicitate Teſtimoniorum, quæ eo tempore ſcribebantur, conſtet, inde transſcriptum hic appono: "Jacobus Fabricius, Georgii"
Fabricii frater, & cum fratribus nobiſcum fuit, &"
poſt Georgii diſceſſum nobiſcum multos annos"
vixit, ſumma cum modeſtia, diligentia; carus"
multis, nemini moleſtus, ſumma cum ſpe ſingula-"
ris virtutis & excellentis doctrinæ. Et quoniam"
hujus vitæ me teſtem eſſe vult; do ei teſtimonium"
diligentiæ ſingularis, doctrinæ tantæ, quantam"
ejus ætas & hæc inſtitutio requirit: probitatis"
præterea omnisque virtutis. Datum Argentor. 22."
Febr. MDLIV.,, Hic non Italiam modo, ut Ge-

orgius frater, ſed Galliam etiam, Angliam atque Belgium inviſit vid. Albinus in Chronico Miſenenſi f. 363. 364. & ipſius Jacobi Præfatio ad Albertum Eblebium, Nicol. filium præmiſſa Heroικῶν libello, quem e fratris Georgii Bibliotheca collectum Ipſe a. 1565. emiſit, in qua iſtorum itinerum ſuorum injecit mentionem. Nimirum cum Alberto Eblebio, Joannis filio, Miſenæ, & Argentorati deinde, aliquot vixerat annos, fueratque ejus tandem, in regiones illas proficiſcentis, comes, quod in eadem prædicat præfatione. Quod frater Georgius ſingularem ejus geſſerit curam, ex Epiſtola ipſius MSCta ad Wolfg. Meurerum Conſulem Lipſienſem colligo, in qua, IV. Calend. Decembr. A. MDXLVIII. ſcripta, Jacobum fratrem ſingulis menſibus aliquid exercitationum ſuarum Argentorato ad ſe mittere refert, fierique ſuo iſtud juſſu, ne reddatur negligentior. Idem Georgius in Epiſtola ex Beichlingo Thuringorum 6. Calend. Octobr. a. 1548. miſſa ſermonis Latini majorem curam huic commendat: "Deſidero, ſcribit, in „verbis tuis proprietatem, cujus ratio habenda maxime eſt; eam tibi paries imitatione & diligen„tia. Ad imitandum tibi proponitur Cicero, o„ptimum ſane exemplum, quem ſi attentè audies a „Præceptoribus, & ſequeris eam rationem, quam „tibi domi expoſui, brevi magnos progreſſus cum „laude & voluptate tua facies. In ſcribendo judi„cio opus eſt; nec enim omnia, quæ primo ſe of„ferunt, ſumenda ſunt, ſed optima. Ea tamen „quæ ſint, ſi judicare per ætatem non potes, utere „nullo, cujus autorem idoneum atque elegantem

non

non habeas, atque etiam, qui tibi ad imitandum" maxime eſt propoſitus, Ciceronem. Ita fiet, ut-" et Latinè ſcribas & prudenter. Judicium autem" ætate & multo uſu parabitur. Prolixius in Epi-" ſtola ad ipſum hunc ſcripta, quæ Elegantiis è Ciceronis Epiſtolis collectis ſubjungitur, modum ipſi monſtrat, quo poſſit ad elegantem ſcribendi rationem pervenire, at vero & ægre ſemet teſtatur ferre, quod, Ciceronis Epiſtolas & de Officiis libros ſemet audire ſcribens, Ciceronem tamen non imitetur, ſic ut nullum Tullianæ elegantiæ veſtigium in verboſa etiam ejus Epiſtola compareat. Docta, &, ſupra quam dici poteſt, concinna eſt noſtri de ſtili cultura diſſertatio, quam ut legant relegantque caſtæ Latinitatis cupidi adoleſcentes opto vehementer moneoque, integramque ideo e libello iſto, non obvio ubivis transſcribo: "Audis, Jacobe, ut ſcribis, Ciceronis Epiſtolas: audis ejusdem de" Officiis libros, quod, niſi ſcripſiſſes ad me, equi-" dem ex tuis literis id minime judicarem. Nam" ſi audis, cur non imitaris? cur nullum Tullianæ" elegantiæ in tam verboſa Epiſtola veſtigium? Ac-" cuſari te fortaſſe doles, laudare certe non poſſum." Non flagito, ut multa ad me ſcribas, ſed ut dili-" genter & accuratè, moneo: id enim aut Ciceronis" lectione aut profecto nullius conſequére. Sed" ut pervenias eo, quo volumus, deeſſe tibi nolo," quin paucis nunc repetam ea, quæ ſæpius tibi co-" ram expoſui, qua ratione & via ille curſus, quem" inſtituiſti, utiliter ſit, & rumore (quod dicitur) ſe-" cundo perficiendus. Dixi tibi ſi meminiſti, opus" ante omnia eſſe diligenti auſcultatione, ut ani-"

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

„mum ſententiamque auctoris, quem intelligere „vis, penitus cognoſcas: Cognoſces autem mino„ri negotio, ſi ante quam ad Magiſtrum accedas, „ea, quæ diſcenda ſunt, domi legens, periculum „feceris virium tuarum in inveſtiganda & percipi„enda ſententia. Quod ſi ea re efficies aliquid, „quemadmodum plurimum effici poteſt, placere „tibi incipiet labor & ſtudium amor incitabit: ſin „aliquid intelligentiam tuam fugerit ', id majore „poſtea attentione inter animadvertendum appre„hendes & mandabis memoriæ. Pernicioſa inpri„mis eſt vana ſcientiæ perſvaſio, quæ ſæpe fallit „ambitioſos & imprudentes adoleſcentes, qui dum „alios audiunt, ſibi videntur ſapere & multa præ„clara tenere, quæ tamen, cum neceſſarius illorum „uſus eſt, plerumque turpiter ignorant. Auſcul„tationem igitur publicam adjuvant cum domeſti„cùm ſtudium, tùm animus in ludo præſens & at„tentus: iisque & Doctoris ſublevatur opera & de „diſcentis progreſſibus fit judicium: Verum ut in „menſa non integra ova ingurgitas, aut ambabus „malis fruſta carnium devoras; alterum enim „heluonum; alterum immanium belluarum eſt: „ſed cibum ipſum prius cultro minuis, dentibus de„inde frangis, ut demitti in ſtomachum ſine noxa „& moleſtia poſſit: eodem modo in ſtudiis lectio „audita quaſi fruſtillatim conſcindenda eſt, ut ſin„gulis membris, ſeu partibus diſſolutis quæ lateant „in mente auctoris ſcrutando eruantur, & inventa „convertantur in utilitatem noſtram. Proxime „igitur & ſecundum auſcultationem ſequitur cre„bra repetitio: in qua duo conſideranda ſunt: res

&

& verba. Rem late patentem aut diſtractam ad" brevia & certa quædam revocabis, quod docent" præceptiones Dialecticæ, quarum jam bonam" partem, ut tuæ ſignificant literæ, cognoviſti. In-" venta igitur propoſitione ſeu ſtatu mox inquire il-" lud, quod ad probandum adhibetur, & in ſyllogi-" ſmi formam include, eumque vel memoriæ cauſa" ad marginem libri adſcribe vel obſervationis gra-" tia ſeparatim in locos tuos annota: qua diligen-" tia in præſens contentus ero. In verbis, quæ pro-" pria quæ mutuata, ſeu (ut nonnulli Grammatici" vocant) uſurpata ſint vide: & in his non negli-" genter obſerva, (in quo magni homines peccant)" quomodo translationem Cicero ſemel inchoatam" continuet, non ſæpe eam intermittens, nunquam" aut rariſſime ad diverſam tranſiliens. In verbo-" rum compoſitione velim etiam majus ſtudium ut" colloces. Non enim ſatis tibi ſit orationem eſſe" Grammaticam, niſi propria ſit & elegans. Gram-" maticorum, ut ſcis, connexio orationem facit cer-" tam, & id eorum præcepta profitentur: obſerva-" tio vero accurate & pure loquentium reddit etiam" ſpecioſam & eruditam. Si præcepta ſpectes, con-" gruus ſermo eſt, *damnum pati* ſin auctoritatem do-" ctorum, uſitatius *affici damno* vel *damnum facere*" dixeris neque reprehendi poteſt: *dico me non feciſ-*" *ſe,* melius tamen eſſe illud, *me feciſſe nego;* tu ipſe" intelligis Ne multa, in ejusmodi verborum con-" junctionibus, quæ φϱάσεις Græcis nominantur, non modo prudentem, verum etiam quod res po-" ſtulat curioſum te eſſe cupio, donec auctorum le-" ctione & conſuetudine ſcribendi judicium com-"

„pares. Conſideratis hoc modo ſententiis & ver-
„bis tam ſimplicibus, quam conjunctis, inter ſe i'a
„examinatis adhibenda ſæpius in ſtudiis cognitio-
„nis eſt intenta meditatio: quæ duabus præcipue
„rebus perficitur; Memoria ut animo comprehen-
„dantur & retineantur res bonæ atque utiles, Cu-
„ra, ne faciendi ſimilia & ad noſtrum commodum
„convertendi aut conatus ceſſet aut debilitetur in-
„duſtria. Hæc commentatio magnam in privatis
„ſtudiis commoditatem affert & ingenium didu-
„cit in varias utilesque cogitationes, & homini li-
„terarum atque ſcientiæ cupido per ſe jucunda eſt
„atque etiam facillima: nunquam enim quieſcit
„aut conſiſtit mens humana. Poſtea igitur quam
„cibus copioſus & lautus, de quo cœperamus dice-
„re, in ſtomachum avide demiſſus eſt ibique cor-
„ruptus putreſcat & aliquo naturæ vitio nequeat
„concoqui, tum copia illa non alit vires, ſed oppri-
„mit, neque ſuſtentat ſed euertit valetudinem; id-
„eo agitatio quædam ſanitati non adverſa adhi-
„benda eſt. Eadem in literis videtur eſſe ratio.
„Ut enim multa audias, plura legas, niſi commen-
„tatio tanquam placidus leniſque motus accedat
„cauſam præbet illi, de qua dicebamus, corruptio-
„ni agitatione animi & mentis vigore per ſocor-
„diam & inertiam impedito. Hæc ratio privatim
„ſecum commentandi apud nos aut negligitur aut
„ignoratur: apud veteres uſitata admodum fuit,
„ut de Demoſthene Græci prodiderunt, de Galba,
„Antonio, Hortenſio & de ſe ipſe ſcribit Cicero.
„Neceſſe autem eſt, ut hæc otioſa cogitatio & com-
„mentatio ſolitaria rebus adjuvetur majoribus, un-

de

de frequens ſtudiorum cum aliis communicatio" merito prædicatur & veris laudibus extollitur, qua" uti tu inter tot ſocios & æquales, & debes & potes." Hæc autem ſive diſputando fiat inter plures, ſeu" inter paucos interrogando, primum ingenuam" requirit modeſtiam, ne contentioſus aut pugnax" ſis & (ut ſocrates tuus admonet) *μὴ πρὸς πάντα* *φιλόνεικος*: deinde poſtulat moratam pruden-" tiam ne de rebus levibus aut minus neceſſariis col-" latio fiat; ſed de iis potiſſimum agatur, de quibus" Princeps ille Academiæ cenſebat, quæ eſſent di-" gnæ cognitione & ad finem honeſtæ vitæ aliquem" pertinerent. Tales autem judico res eſſe eas, quæ" nunc a Doctoribus tuis vel ad lingvas & literas" perdiſcendas vel ad pietatem & humanitatem tibi" proponuntur. Hæc communicatio dupliciter te" delectabit: Quid enim gratius dulciusve accidit," quam literata conſvetudo & familiaris ſermo de" ſtudiis cum eo, qui iisdem capitur? quid minus" laborioſum & magis expetendum quam cum in-" commodo, ut Comicus ait, alterius ſua comparare" commoda? Reliquum eſt, in quo omnia prope-" modum poſita ſunt, accurata ſcriptio & ſtilus dili-" gens, qui niſi ſuperiora conſequatur & illa ipſa" non ſane proderunt, & ingenium langueſcet, &, ſi" qua facultas egregia eſt, ea minuetur otio & exa-" reſcet intermiſſione. Quamobrem maximus &" utiliſſimus labor conſumitur in exercitatione aſſi-" dua. Quid enim tibi eventurum putas, hac æta-" te & ſtudiorum initio, cum de clariſſimis oratori-" bus M. Piſone & Q. Hortenſio apud Ciceronem" legatur tantum eos amiſiſſe ex dicendi gloria"

„quantum detraxerint ex ſtudio? Quodſi tam di-
„vinis ingeniis & hominibus tam exercitatis conti-
„git, minime hæc pars negligenda imo ex omnibus
„maxime & colenda & frequentanda eſt. Verum
„exercitatio ſine artificioſa imitatione glorioſa non
„erit; artis enim partem magnam contineri imi-
„tatione Fabius recte ſtatuit; & imitationem face-
„re homines excellentes tradidit prudentiſſimus
„Hermogenes. Diſtinguenda hæc autem eſt tem-
„porum & perſonarum ratione, ſiquidem alia arti-
„ficum alia imperitorum imitatio. Artifices ide-
„am fere habent quam mente & ingenio intuen-
„tur, de quibus ſermo jam non eſt: imperiti ex-
„emplum ſequuntur, quod oculis cernunt; ea ad
„te pertinet hoc tempore maxime. Artifex non
„contentus aliorum operibus & inventis nova ope-
„ra excudit & artem amplificat; imperitus aliqua
„tantum parte veritatis & umbra artis ſcitè expreſſa
„ſibi gratulatur. Quemadmodum ergo is, qui pi-
„ctor ſtudet evadere, exemplum ante oculos poſi-
„tum contemplatur, ad cujus imaginem & lineas
„manum dirigat, idque tamdiu agit, donec ſimile
„aliquid conficiat; ita tu propoſito jam a Præce-
„ptoribus Cicerone quo melius exemplum & in
„ſcribendo aptius non habetur, (totus in eo refe-
„rendo eſſe debes, & modis omnibus elaborare, ut
„magiſtri tui laudem merearis, neque incepto deſi-
„ſtere, quamdiu reſtare aliquid tibi laboris aut ſen-
„ſeris aut audiveris. In lectionibus quam ſis atten-
„tus quamque in repetendo diligens qui tecum vi-
„vunt, illi ſciunt; in meditatione privata & colla-
„tione ſtudiorum cum aliis te parum temporis po-
ſuiſſe

ſuiſſe multis rebus ego colligo: in exercitationi " bus ſatis eſſe te ſedulum epiſtolæ tuæ demonſtrant" & carmina. Sed quæ hanc partem ultimam opor-" teat præcedere, ſatis, ut opinor, didiciſti; illa au-" tem quæ commemorata ſunt absque uſu ſcribendi" vix mediocres fructus afferunt, & uſus ipſe fatiga-" tum te franget potius, quam corroborabit; quo-" niam peccas in re magna & neceſſaria exercens te," ut apparet, ſine imitatione. Tu itaque laboras," ſed nihil proficis optimo cibo uteris, ſed non con-" coquis: non cogitas, quid dicas, aut quomodo di-" cas: Quæ enim in mentem veniunt profers; non" quæ ad imitandum præleguntur ſequeris; hoc" eſt, non inſpecto exemplo & artis adhuc inſcius," vis artifices imitari. Vere igitur in Te illud Syn-" ceraſti convenit, quod eſt in Pœnulo; *Sine pennis* " *volare haud facile eſt, meæ alæ pennas non habent.*" Quare arripe atque ſectare illam viam, quam na-" tura & ratio monſtrat, & id imitationis genus am-" plectere, quod ætati ingenioque tuo conveniens" eſt: ſic enim tuæ alæ pennas habebunt & caſum" temerarii Icari, Poëtarum fabulis decantatum, fa-" cile effugies, Intuere Ciceronis imaginem: niſi" enim optimam habeas, qualis viri illius ſine con-" troverſia eſt, mediocris artifex vel vitioſus etiam" fies; & niſi unicam ſimplicemque formam reti-" neas ſimulacra confundes, & veluti picturus Her-" culem & ſimul in Omphalem intuens neutrum" bene expreſſerit: ita ſermonis monſtra produces" tu, niſi certæ & unius rei a puero imitandæ & præ-" cipua & ſingularis cura fuerit, eaque demum effi-" ciet, ut confirmata ætate & exercitatione non"

„omiſſa de aliis quoque, quæ opportuna aut ne-
„ceſſaria videantur, queas aſſumere. Mihi quidem
„ſic videtur bene & male ſcribendi eundem pro-
„pemodum laborem eſſe. Sed id quod bonum &
„excellens eſt, aliquam affert temporis moleſtiam,
„& requirit ſtudii continuationem, quæ tamen dif-
„ficultas laude compenſatur & gloria quæ nulla
„poteſt exiſtere in negligentia & temeritate. Con-
„ſtat autem inter ſapientes absque diligenti opti-
„morum imitatione præſtantem & eximium eva-
„dere neminem. Velim igitur non multa ſcribas,
„ſed magis laudata, cumque in omni ſtudiorum
„genere, ut in Euthydemo Socrates ait, malorum
„& levium maxima multitudo ſit; bonorum & ho-
„noratorum non magna copia, malo ego te in exi-
„guo meliorum numero quam in infinita multo-
„rum turba recenſeri. Tu vero, ſi eo animo eris, ut
„ſpero, & ad eam te curam, quam requiro, a prima
„ætate adſvefeceris: ad finem propoſitum atque
„optatum expeditius pervenies, neque labor in-
„gens erit recte & eleganter ſcribere. Quodſi ex-
„periri voles, (velle certe debes) me ſapienter tuis
„conſuluiſſe rationibus intelliges & tibi eruditio-
„nem politam atque ſplendidam comparabis. Ego
„neque conſilio neque opera unquam deero hone-
„ſtiſſimis conatibus tuis: quorum alterum me ab-
„ſente non dubito doctisſimos Præceptores tuos fa-
„cere & facturos eſſe; alterum Valentinum Gravi-
„um, Virium optimum & noſtri amantiſſimum cu-
„mulate jam pridem feciſſe certo ſcio. Vale mi
„frater & (ſi me amas) literas ama & laborem. Ex
„Helmæponte Thuringorum IX. Septembr.
MDXLIV.

MDXLIV.„ Halenſis Scholæ tandem Rector factus eſt Jacobus, quod Porta d. l. docet & Georgius ſubinnuit in Dedicatione trium Prudentii hymnorum quos cum ſua expoſitione a. 1568. evulgavit ad Leonh. Zeiſæ Conſulis Halenſis & Pauli Dolſcii Medici & Senatoris Halenſis filios, in qua hortatur hos, ut Jacobi Fabricii, Præceptoris ſui, monitis & Parentum optimorum exemplis nitantur ad pietatem, verecundiam, eruditionem; isque eſt adeo Jacobus ille, quem Celeberrimus Fabricius præfuiſſe Scholæ Halenſi in Saxonia memorat, nil aliud quippiam de ipſo ſuperaddens in Centuria Fabriciorum ſcriptis clarorum p. 40. Hic monuit me Vir Celeberrimus Dn. D. Ludovici Gymnaſii Coburgenſis Director meritiſſimus, ſcrupulumque voluit eximi, quî factum ſit, ut G. Olearius Rectoris apud Halenſes munus a. 1568. ad M. Jo. Apicium translatum dicat, cum Fabricius tamen a. demum 1572. mortuus ſit & in Euphemia Baſilii Fabri Theſauro a. 1571. præmiſſa Rectorem ſe ipſe nominet in Hiſtoria Rectorum & ſcholarum P. II. p. 59. Evolvi Olearii ideo Halygraphiam & ſeriem Rectorum p. 90. coll. p. 280. 286 ita reperi deſignatam, prout in Dn. Ludovici legitur Hiſtoria, quæſivi deinde per literas an e ſcripto forte Rectorum Albo, Halis Saxonum reperiundo, certiora doceri poſſem, ſed vano hactenus labore. Quare cum, quod jam monitum eſt, in carmine Fabri Theſauro addito Rectorem ſe dicat Jacobus, & in collectione Epitaphiorum fratri ſcriptorum Georgio, quæ Lipſiæ 1571. exiit Jo. Nævio hanc inſcribens illa verba, *Halæ Saxonum è ludo* apponat; adhæc Conradus Porta in Oratione laudibus Andreæ Fabri-

Fabricii dicata G. 8. Jacobum in Salinis Saxonicis uſque ad mortem ſtudiis juventutis: plurimum teſtetur profuiſſe, non poſſum quin verſatum in errore fuiſſe exiſtimem Olearium , cum Jo. Apicium Spartam ſuam a. 1568. ornare cœpiſſe ſcribit, niſi credere velimus, forte propter virium infirmitatem adjutorem Jacobo datum fuiſſe Apicium. Ceterum Jacobi Carmina nonnulla obvenerunt mihi fratris evolventi ſcripta, quippe cujus hiſtorias, a. 1564. editas, verſibus, ſicut & poematum ejusdem novam collectionem, quam annus dedit 1567. Hendecaſyllabis ornavit. Idem inſuper, quod jam dictum eſt, Epicedia fratri Georgio à Clariſſimis viris ſcripta a. 1571. edidit & Jo. Nævio Saxoniæ Electoris Medico ode quadam Halæ elaborata ſacravit. Ipſius vero mortem G. Berſmannus carmine proſecutus eſt in hujus conſpiciendo Poëmat. p. 255. &c. Cl. Sequitur *Andreas* tandem *Fabricius*, qui Miſenæ in Electorali ludo ſub fratre Georgio ſtudiis dedit operam & a. 1551. Witebergam miſſus Philippo Melanchthoni innotuit, atque hujus commendatione Michaëlis Mejenbergii Conſulis Northuſani filios Northuſæ primum, iterumque deinde Wittebergæ, inſtituit. Rexit poſt modum Northuſanam ſcholam ab a. 1554. quo ipſo a D. Caſp. Peucero primus inter 54. Candidatos artium & Philoſophiæ Magiſter renunciatus eſt. Uxorem quoque duxit. Urſulam M Andreæ Erneſti, Patricii Northuſani, & Eccleſiæ Qvedlinburgenſis in Neapoli tum Paſtoris, filiam a. 1557. quibus nuptiis frater Georgius applauſit verſibus, legendis Poëmat. P. I. p. 415. atque a. 1560. Northuſæ in templo D.

Nico-

Nicolai ſacrum ſimul verbum juſſus fuit docere, cumque a. 1564. ad D. Petri ædem Paſtor conſtitutus doctrinæ de operum ad ſalutem neceſſitate ſtrenue ſemet oppoſuiſſet, in quorundam ſummum odium & invidiam adductus fuit, perficientibus inimicis, qui Præceptores ſuos & Theologos ſummos ipſum traducere, quin & nec Magiſtratibus Chriſtianis parcere clamitabant, ut in exilium mitteretur. Ubi non video, quid Petrus velit Albinus, qui Chronic. Miſenenſ. f. 363. partibus nimium dediſſe in Theologorum iſtius ævi controverſia atque hinc fratri diſplicuiſſe Georgio ſcribit. Ab exilio iſto ſuo Islebiam accerſitus, & in templo D. Nicolai ſacris cœtibus eſt præfectus, atque non viva modo voce cœleſtia ibi oracula interpretatus eſt, ſed *ſcriptis* etiam variis S. Theologiam expoſuit, atque peſte tandem ſuum obiit diem a. 1577. Excerpſi hoc ex Oratione, quam de Vita & meritis Andreæ Fabricii Conradus Porta a. 1582. in Schola Islebienſi habuit, ſubjunctam deinde Theologiæ Megalandri Lutheri, quam Michael Neander brevibus Aphoriſmis è Tomis iſtius deſcriptis adornavit, cum qua conferri debet Olearii Chronicon Thuringicum P. II. p. 198. ſ. ſ. Nimirum Neander, quod in eadem illa Portæ oratione ſcribitur G. g 8. Aphoriſmos illos, quos Fabricius collegerat, contraxit, & ad uſum piæ juventutis accommodatos edidit, utpote qui non ſecus Fabricium, *recito Portæ verba*, " atque Jonathas Davidem aut Theſeus Pirithoum " amavit, & illum ad amorem Græcæ linguæ, Le- " ctionem Hiſtoricorum & plurimorum Græcorum " & Latinorum autorum, miſſitatione variorum co- "

dicum

& ibidem Io. quoque Sculteti ſingularem expertus eſt amorem, quippe qui paternæ arti deſtinatum binis vicibus liberavit, ductus admiratione venuſti, quod in puero elucebat, ingenii, atque ut ad Rivium deduceretur perfecit b.) *Is Annebergæ primum atque deinde Freibergæ cum ceteris artibus egregiis, quibus ſtuduit ipſe ſemper, tùm imprimis imitatione ſui hunc ſuum erudivit diſcipulum, & cum Adamo Sibero, Iobo Magdeburgo, aliisque magni poſtmodum nominis viris, qui eadem una utebantur inſtitutione optimorum præceptorum diſciplinis innutrivit.*

a.) *Hertelium* & *Rivium* Dreſſerus in Oratione de Georgio Fabricio, quæ Rhetoricæ ipſius inſerta legitur p. 760. & ex hac Adamus in Vitis Philoſophorum f. 117. ſolum vero Rivium Celeberr. Fabricius in ſæpius advocanda Centuria p. 24. dixerunt. *Hertelium* quod attinet, cum multa amoris ſignificatione Jo. Rivius ejus meminit in Dedicatione Caſtigationum Locorum quorundam e Bruto M. T. Ciceronis & Oratore ad Antonium Beutherum, quæ Saligniaci a. 1537. in 4. editæ ſunt. Adſcribam nonnulla ejus verba, propterea quod rarus valde iſte eſt liber, & floruiſſe Rivii amicitia ad Her-

Hertelii laudem pertinet non vulgarem; "Jam" decreveram, ſcribit Rivius, ab omni iſto caſtigan-" di labore porro abſtinere, cum ecce Valentinus ad" me Hertelius venit, homo & optimis ſtudiis dedi-" tus & noſtri ſane perſtudioſus atque adeo, (vere" dicam) alter ego, cujus de eximia morum ſvavi-" tate, integritate vitæ, præcipuo denique erga do-" ctos amore, ſtudio & obſervantia dabitur alias op-" portunior dicendi locus. Ego medius fidius, vel" hoc nomine multo me omnium fortunatiſſimum" eſſe puto, qui talem jam olim nactus ſim amicum." Quam ille fideliter benevoleque nobis, cum res" poſcit, operam ſuam navat? Qua fide, qua dexte-" ritate rem mandatam gerit atque exequitur? Quo-" ties ultro ſtudium & officium ſuum defert? Omit-" to quod idem ſemper omnium conſiliorum no-" ſtrorum, ſiquid forte gravioris momenti incidit," particeps eſt: quod cum eo ipſo, quæ me cunque" runt communicare ſolea. Quoties vero idem" & oratione ſua & quadam pene ſocietate ægritudi-" nis angorem animi noſtri leniit? Quoties cum" prope æque gauderet paremque mecum de felici" rerum noſtrarum ſucceſſu voluptatem caperet ad" ſummam animi mei lætitiam illius gaudium qua-" ſi cumulus quidam acceſſit? Talis amicus, An-" toni, hoc tempore eſt, ut ille canit, rara avis in ter-" ris nigroque ſimillima cygno. Hic igitur nuper" Chemnicio Hermundurorum cum veniſſet, cum" ſalutandi viſendique noſtri cauſa, ut ſolet, tum ut" ſci ecquid eſſet de partibus, quas habet in fodinis" iſce argentariis ſane multas, præſens ipſe cogno-" ſceret, multis inter nos ultro citroque verbis habi-"

C tis,

& ibidem Io. quoque Sculteti ſingularem expertus eſt amorem, quippe qui paternæ arti deſtinatum binis vicibus liberavit, ductus admiratione venuſti, quod in puero elucebat, ingenii, atque ut ad Rivium deduceretur perfecit b.) *Is Annebergæ primum atque deinde Freibergæ cum ceteris artibus egregiis, quibus ſtuduit ipſe ſemper, tum imprimis imitatione ſui hunc ſuum erudivit diſcipulum, & cum Adamo Sibero, Iobo Magdeburgo, aliisque magni poſtmodum nominis viris, qui eadem una utebantur inſtitutione optimorum præceptorum diſciplinis innutrivit.*

a.) *Hertelium* & *Rivium* Dreſſerus in Oratione de Georgio Fabricio, quæ Rhetoricæ ipſius inſerta legitur p. 760. & ex hac Adamus in Vitis Philoſophorum f. 117. ſolum vero Rivium Celeberr. Fabricius in ſæpius advocanda Centuria p. 24. dixerunt. *Hertelium* quod attinet, cum multa amoris ſignificatione Jo. Rivius ejus meminit in Dedicatione Caſtigationum Locorum quorundam e Bruto M. T. Ciceronis & Oratore ad Antonium Beutherum, quæ Saligniaci a. 1537. in 4. editæ ſunt. Adſcribam nonnulla ejus verba, propterea quod rarus valde iſte eſt liber, & floruiſſe Rivii amicitia ad Her-

Hertelii laudem pertinet non vulgarem; "Jam" decreveram, ſcribit Rivius, ab omni iſto caſtigan-" di labore porro abſtinere, cum ecce Valentinus ad" me Hertelius venit, homo & optimis ſtudiis dedi-" tus & noſtri ſane perſtudioſus atque adeo, (vere" dicam) alter ego, cujus de eximia morum ſvavi-" tate, integritate vitæ, præcipuo denique erga do-" ctos amore, ſtudio & obſervantia dabitur alias op-" portunior dicendi locus. Ego medius fidius, vel" hoc nomine multo me omnium fortunatiſſimum" eſſe puto, qui talem jam olim nactus ſim amicum." Quam ille fideliter benevoleque nobis, cum res" poſcit, operam ſuam navat? Qua fide, qua dexte-" ritate rem mandatam gerit atque exequitur? Quo-" ties ultro ſtudium & officium ſuum defert? Omit-" to quod idem ſemper omnium conſiliorum no-" ſtrorum, ſiquid forte gravioris momenti incidit," particeps eſt: quod cum eo ipſo, quæ me cunque" urunt communicare ſolea. Quoties vero idem" oratione ſua & quadam pene ſocietate ægritudi-" nis angorem animi noſtri leniit? Quoties cum" prope æque gauderet paremque mecum de felici" rerum noſtrarum ſucceſſu voluptatem caperet ad" ſummam animi mei lætitiam illius gaudium qua-" ſi cumulus quidam acceſſit? Talis amicus, An-" toni, hoc tempore eſt, ut ille canit, rara avis in ter-" ris nigroque ſimillima cygno. Hic igitur nuper" Chemnicio Hermundurorum cum veniſſet, cum" ſalutandi viſendique noſtri cauſa, ut ſolet, tum ut" ſciret ecquid eſſet de partibus, quas habet in fodinis" iſce argentariis ſane multas, præſens ipſe cogno-" ſceret, multis inter nos ultro citroque verbis habi-"

C tis,

„tis, incidit forte de Cicerone mentio: quem quo-
„niam nunc quaſi in deliciis habet, poſtulare a me
„atque adeo flagitare cœpit, in eo caſtigando ope-
„ræ aliquid ut ſumerem & ſuo rogatu multis ea re
„prodeſſe conarer &c. Extat vero Epitaphium a Georgio Præceptori ſuo Hertelio ſcriptum Triſtium p. 374. in quo ipſum officii plenum & fidum amicum; Siberum vero ejus dicit generum; cujus ad illum in Æoloſtichis carmen de libris hiſtoriæ ſubterraneorum Georgii Agricolæ Poëmat. P. I. p. 393. & in Tumulorum libro p. 581. Viatoris & Charitos de eodem perelegans iſtud colloquium reperitur:

Vi. In tumuli quæ fronte ſedes, quod mœſta puella
Nomen habes? Ch. Dicor blanda & amica Charis
Vi. Quæ lateri juncta? Ch. Clio, Cliusque ſorores.
Vi. Et docti ſitus eſt hic cinis ergo Viri?
Ch. Eſt vero Hertelii, Vi. cur ſervas ipſa ſepulchrum?
Ch. Quodque puer coluit me, coluitque ſenex
Vi. Muſarum dignus lacrimis: ſed buſta frequentant
Cur pueri? Ch. Doctor quod fuit ille ſcholæ
Et teneram erudiit magna cum laude juventam
Hic ubi Chemnicii mœnia clara vides.
Vi. Nunc nimium clari doctique bonique Magiſtri
At tumulo illius quis dedit hos titulos?
Ch. Extincti luxit qui fata Siberus Adamus
Inferias ſocero perſoluitque gener
VI. Diſcedo, ſit pax umbræ, tumuloque ſub ipſo
Et nardum cineri ſpiret & urna crocum

Filii Jacobi Hertelii a. 1551. ad Meurerum ſuum ſcribens Noſter injicit mentionem atque dolore ani-

animi & gravi cogitatione vexatum e ludo hunc diſceſſiſſe VIII. Calend. Febr. & hactenus inveſtigari non poſſe queritur. Atque is eſt ſine dubio, qui deinde Fabricii Poëtas ſacros cum Sibero modo dicto carmine quodam decoravit. b. *Johannis Sculteti*, Præceptoris Fabricii, unus meminit Albinus in Chronico f. 362. & ipſius adducit teſtimonium, quod ſex annis ita profecerit literarum cultura, ut omnes quos habebat, ſuperaret Commilitones & in Comœdiis maxime agendis præ aliis præclare ſteterit. Huic Sculteto, quem Hohenſteinii & Lomii Præfectum deinde fuiſſe Albinus d. l. & Dedicatio jam citanda teſtantur qua Jacobus Fabricius *Epitha*lamia fratri Georgio ſacrata & a ſe collecta a. 1557. eidem inſcripſit his uſus inter alia verbis: "*Rem* ab officio non alienam facturum me putabam, ſi illa conjunctim ederem & ad Te mitterem" præcipuè. Tu enim ante annos triginta literas" & pietatem in mea patria cum docueris, Georgi-" um habuiſti, Tuæ diſciplinæ Alumnum. Quam-" obrem & in communium votorum partem & lau-" dum ipſius ſocietatem venis, cumque hæc magna" ex parte ab alumnis diſciplinæ ejus ſint profecta," tecum communicanda viſa ſunt hæc quaſi θρεπτή-" ρια. *Filio* vero Sculteti, qui & ipſe Johannes au-" dit, ipſe Georgius Librum primum de re Poëtica *Elegia* dedicavit, in qua carum pii Patris ſobolem eum nominat. C. *Joh. Rivius* Atthendorii, quod *Weſtp*haliæ oppidum, natus, Zwiccaviæ primum bonas artes docuit, Leonardo Nathero, Rectori additus Collega, deinde ipſe Annebergæ aperit ludum, atque Mariebergam poſtmodum receſ-

 ſit,

ſit, propriisque vixit ibidem ſumtibus, quos ſecuti eum diſcipuli ſuppeditabant. Marieberga Snebergam doctrinæ gratia, & Sneberga ab Henrico Saxoniæ D. Freibergam accerſitus eſt a. 1537. ut Auguſti filii præeſſet inſtitutioni, quem etiam cum Johanne Comite Mansfeldiæ (ſicut initio acceſſus ſui, ſi Mollero fides habenda, Mauritium & Auguſtum fratres in publica ſchola diſcipulos aliquandiu habuerat vid. Chronicon Frib. p. 293.) a. 1540. Lipſiam deduxit ſtudiorum moderator, cumque mortuo Henrico Mauricius in dominatu ſucceſſiſſet Miſenam idem deductus eſt, ut ludo tum aperto Inſpector adeſſet, & inter IVviros Judicii Eccleſiaſtici ſimul numeraretur, in quorum munerum procuratione ipſis Calendis Januariis a. 1553. peſte tum graſſante obiit ſepulchrum nactus in cœmeterio D. Wolfgangi huic urbi noſtræ vicino. Vid. Vita Jo. Rivii a Georgio Fabricio ſcripta & Operum Theologicorum ejus collectioni, quam Jo. Oporinus Baſileæ a. 1562. curavit, præmiſſa & Andr. Moller in Chronico Freiberg. P. I. p. 292. ſ. ſ. ut & Petrus Jeniſius in Deſcriptione Annæbergæ L. I. p. 63. & L. II. p. 22. Imo & Jo. Caſelius in Oratione funebri Andr. Mylio ſcripta C. 2. a. qui merita Rivii eximie prædicat, inſuperque Hamelmannus L. III. de Viris in Weſtphalia illuſtr. Opp. p. 175. quos citat Burckardus in libro de fatis L. Linguæ in Germania C. V. p. 373. 374, ubi inter primos refert Rivium, qui Saxones ad veterum imitationem adſveſecerunt tandemque in Vitis Germanorum Philoſophorum Melchior etiam Adamus f. 60. In vita iſta, quam dixi, inter alia de hoc

Præ-

Præceptore ſuo Noſter: Annebergæ, quæ illius" fuerit induſtria & ſedulitas, quæ tolerantia labo-" rum, qui contemtus adverſariorum, ipſe teſtis eſſe" poſſum & mecum Viri eruditiſſimi, Adamus Sibe-" rus & Jobus Magdeburgus, qui eodem tempore" ejus diſciplina atque etiam multis magnisque be-" neficiis ſumus uſi. Et ſub finem ejus Vitæ deſcri-" ptionis: Hæc habui de Jo. Rivio Præceptore de" me optime merito, quæ dicerem, cui pro benefici-" is immenſis gratias agam ore pleniore, cum in Ec-" cleſia cœleſti & Vita immortali rurſus eum aſpe-" xero.,, Quin & Triſtium Libro p. 358. ver perpetuum ejus precatur inanibus; & in Dedicatione Commentariorum in Horatium, quam a. 1555. ad Conſules & Senatum Annebergenſem ſcripſit, ſe his obligatum magno & antiquo beneficio profitetur quod ſtudiis adoleſcentiæ ſuæ & Magiſtrum præbuerint, & aliquot annorum hoſpitium eum Jo. Rivium Virum præſtantiſſimum cum aliis multis adoleſcentibus & ejus Collegam virum optimum Matth. Marcum Dabercuſium ſtudioſe audiret. Non eſt alienum à re propoſita, qua ratione hic olim diſcipulus Præceptori ſuo Rivio, quem ſpei Auguſti Principis admotum audiverat, ex Italia ad ipſum ſcribens gratulatus ſit, commemorare, in quem finem Epiſtolæ verba, prout ipſe Rivius libello ſuo de veterum Superſtitione eandem adjecit, ex Operum f. 884. 885 hic repeto. "Te in aulam" Ducis Saxoniæ Henrici amplo honeſtoque ſtipendio vocatum, ejusque Auguſtum, ſummæ ſpei at-" que egregiæ virtutis filium, ſingularemque Prin-" cipem, tuam in fidem diſciplinamque traditum"

„mum ſententiamque auctoris, quem intelligere „vis, penitus cognoſcas: Cognoſces autem mino-„ri negotio, ſi ante quam ad Magiſtrum accedas, „ea, quæ diſcenda ſunt, domi legens, periculum „feceris virium tuarum in inveſtiganda & percipi-„enda ſententia. Quod ſi ea re efficies aliquid, „quemadmodum plurimum effici poteſt, placere „tibi incipiet labor & ſtudium amor incitabit: ſin „aliquid intelligentiam tuam fugerit, id majore „poſtea attentione inter animadvertendum appre-„hendes & mandabis memoriæ. Perniciosa inpri-„mis eſt vana ſcientiæ perſvaſio, quæ ſæpe fallit „ambitioſos & imprudentes adoleſcentes, qui dum „alios audiunt, ſibi videntur ſapere & multa præ-„clara tenere, quæ tamen, cum neceſſarius illorum „uſus eſt, plerumque turpiter ignorant. Auſcul-„tationem igitur publicam adjuvant cum domeſti-„cùm ſtudium, tùm animus in ludo præſens & at-„tentus: iisque & Doctoris ſublevatur opera & de „diſcentis progreſſibus fit judicium: Verum ut in „menſa non integra ova ingurgitas, aut ambabus „malis fruſta carnium devoras; alterum enim „heluonum; alterum immanium belluarum eſt: „ſed cibum ipſum prius cultro minuis, dentibus de-„inde frangis, ut demitti in ſtomachum ſine noxa „& moleſtia poſſit: eodem modo in ſtudiis lectio „audita quaſi fruſtillatim conſcindenda eſt, ut ſin-„gulis membris, ſeu partibus diſſolutis quæ lateant „in mente auctoris ſcrutando eruantur, & inventa „convertantur in utilitatem noſtram. Proxime „igitur & ſecundum auſcultationem ſequitur cre-„bra repetitio: in qua duo conſideranda ſunt: res

&

& verba. Rem late patentem aut diſtractam ad" brevia & certa quædam revocabis, quod docent" præceptiones Dialecticæ, quarum jam bonam" partem, ut tuæ ſignificant literæ, cognoviſti. In-" venta igitur propoſitione ſeu ſtatu mox inquire il-" lud, quod ad probandum adhibetur, & in ſyllogi-" ſmi formam include, eumque vel memoriæ cauſa" ad marginem libri adſcribe vel obſervationis gra-" tia ſeparatim in locos tuos annota: qua diligen-" tia in præſens contentus ero. In verbis, quæ pro-" pria quæ mutuata, ſeu (ut nonnulli Grammatici" vocant) uſurpata ſint vide: & in his non negli-" genter obſerva, (in quo magni homines peccant)" quomodo translationem Cicero ſemel inchoatam" continuet, non ſæpe eam intermittens, nunquam" aut rariſſime ad diverſam tranſiliens. In verbo-" rum compoſitione velim etiam majus ſtudium ut" colloces. Non enim ſatis tibi ſit orationem eſſe" Grammaticam, niſi propria ſit & elegans. Gram-" maticorum, ut ſcis, connexio orationem facit cer-" tam, & id eorum præcepta profitentur: obſerva-" tio vero accurate & pure loquentium reddit etiam" ſpecioſam & eruditam. Si præcepta ſpectes, con-" gruus ſermo eſt, *damnum pati* ſin auctoritatem do-" ctorum, uſitatius *affici damno* vel *damnum facere*" dixeris neque reprehendi poteſt: *dico me non feciſ-" ſe*, melius tamen eſſe illud, *me feciſſe nego*; tu ipſe" intelligis Ne multa, in ejusmodi verborum con-" junctionibus, quæ φράσεις Græcis nominantur, non modo prudentem, verum etiam quod res po-" ſtulat curioſum te eſſe cupio, donec auctorum le-" ctione & conſuetudine ſcribendi judicium com-"

„pares. Conſideratis hoc modo ſententiis & ver-
„bis tam ſimplicibus, quam conjunctis, inter ſe ita
„examinatis adhibenda ſæpius in ſtudiis cognitio-
„nis eſt intenta meditatio: quæ duabus præcipue
„rebus perficitur; Memoria ut animo comprehen-
„dantur & retineantur res bonæ atque utiles, Cu-
„ra, ne faciendi ſimilia & ad noſtrum commodum
„convertendi aut conatus ceſſet aut debilitetur in-
„duſtria. Hæc commentatio magnam in privatis
„ſtudiis commoditatem affert & ingenium didu-
„cit in varias utilesque cogitationes, & homini li-
„terarum atque ſcientiæ cupido per ſe jucunda eſt
„atque etiam facillima: nunquam enim quieſcit
„aut conſiſtit mens humana. Poſtea igitur quam
„cibus copioſus & lautus, de quo cœperamus dice-
„re, in ſtomachum avide demiſſus eſt ibique cor-
„ruptus putreſcat & aliquo naturæ vitio nequeat
„concoqui, tum copia illa non alit vires, ſed oppri-
„mit, neque ſuſtentat ſed euertit valetudinem; id-
„eo agitatio quædam ſanitati non adverſa adhi-
„benda eſt. Eadem in literis videtur eſſe ratio.
„Ut enim multa audias, plura legas, niſi commen-
„tatio tanquam placidus leniſque motus accedat
„cauſam præbet illi, de qua dicebamus, corruptio-
„ni agitatione animi & mentis vigore per ſocor-
„diam & inertiam impedito. Hæc ratio privatim
„ſecum commentandi apud nos aut negligitur aut
„ignoratur: apud veteres uſitata admodum fuit,
„ut de Demoſthene Græci prodiderunt, de Galba,
„Antonio, Hortenſio & de ſe ipſe ſcribit Cicero.
„Neceſſe autem eſt, ut hæc otioſa cogitatio & com-
„mentatio ſolitaria rebus adjuvetur majoribus, un-
de

ſe frequens ſtudiorum cum aliis communicatio"
merito prædicatur & veris laudibus extollitur, qua"
uti tu inter tot ſocios & æquales, & debes & potes."
Hæc autem ſive diſputando fiat inter plures, ſeu"
inter paucos interrogando, primum ingenuam"
requirit modeſtiam, ne contentioſus aut pugnax"
ſis & (ut ſocrates tuus admonet) μὴ πρὸς πάντα"
φιλόνεικος: deinde poſtulat moratam pruden-"
tiam ne de rebus levibus aut minus neceſſariis col-"
latio fiat; ſed de iis potiſſimum agatur, de quibus"
Princeps ille Academiæ cenſebat, quæ eſſent di-"
gnæ cognitione & ad finem honeſtæ vitæ aliquem"
pertinerent. Tales autem judico res eſſe eas, quæ"
nunc a Doctoribus tuis vel ad lingvas & literas"
perdiſcendas vel ad pietatem & humanitatem tibi"
proponuntur. Hæc communicatio dupliciter te"
delectabit: Quid enim gratius dulciusve accidit,"
quam literata conſvetudo & familiaris ſermo de"
ſtudiis cum eo, qui iisdem capitur? quid minus"
laborioſum & magis expetendum quam cum in-"
commodo, ut Comicus ait, alterius ſua comparare"
commoda? Reliquum eſt, in quo omnia prope-"
modum poſita ſunt, accurata ſcriptio & ſtilus dili-"
gens, qui niſi ſuperiora conſequatur & illa ipſa"
non ſane proderunt, & ingenium langueſcet, &, ſi"
qua facultas egregia eſt, ea minuetur otio & exa-"
reſcet intermiſſione. Quamobrem maximus &"
utiliſſimus labor conſumitur in exercitatione aſſi-"
dua. Quid enim tibi eventurum putas, hac æta-"
te & ſtudiorum initio, cum de clariſſimis oratori-"
bus M. Piſone & Q. Hortenſio apud Ciceronem"
legatur tantum eos amiſiſſe ex dicendi gloria"

„quantum detraxerint ex ſtudio? Quodſi tam divinis ingeniis & hominibus tam exercitatis contigit, minime hæc pars negligenda imo ex omnibus „maxime & colenda & frequentanda eſt. Verum „exercitatio ſine artificioſa imitatione glorioſa non „erit; artis enim partem magnam contineri imitatione Fabius recte ſtatuit; & imitationem facere homines excellentes tradidit prudentiſſimus „Hermogenes. Diſtinguenda hæc autem eſt temporum & perſonarum ratione, ſiquidem alia artificum alia imperitorum imitatio. Artifices ideam fere habent quam mente & ingenio intuentur, de quibus ſermo jam non eſt: imperiti exemplum ſequuntur, quod oculis cernunt; ea ad „te pertinet hoc tempore maxime. Artifex non „contentus aliorum operibus & inventis nova opera excudit & artem amplificat; imperitus aliqua „tantum parte veritatis & umbra artis ſcitè expreſſa „ſibi gratulatur. Quemadmodum ergo is, qui pictor ſtudet evadere, exemplum ante oculos poſitum contemplatur, ad cujus imaginem & lineas „manum dirigat, idque tamdiu agit, donec ſimile „aliquid conficiat: ita tu propoſito jam a Præceptoribus Cicerone quo melius exemplum & in „ſcribendo aptius non habetur, (totus in eo referendo eſſe debes, & modis omnibus elaborare, ut „magiſtri tui laudem merearis, neque incepto deſiſtere, quamdiu reſtare aliquid tibi laboris aut ſenſeris aut audiveris. In lectionibus quam ſis attentus quamque in repetendo diligens qui tecum vivunt, illi ſciunt; in meditatione privata & collatione ſtudiorum cum aliis te parum temporis poſuiſſe

ſuiſſe multis rebus ego colligo: in exercitationi " bus ſatis eſſe te ſedulum epiſtolæ tuæ demonſtrant" & carmina. Sed quæ hanc partem ultimam opor-" teat præcedere, ſatis, ut opinor, didiciſti; illa au-" tem quæ commemorata ſunt absque uſu ſcribendi" vix mediocres fructus afferunt, & uſus ipſe fatiga-" tum te franget potius, quam corroborabit; quo-" niam peccas in re magna & neceſſaria exercens te," ut apparet, ſine imitatione. Tu itaque laboras," ſed nihil proficis optimo cibo uteris, ſed non con-" coquis: non cogitas, quid dicas, aut quomodo di-" cas: Quæ enim in mentem veniunt profers; non" quæ ad imitandum præleguntur ſequeris; hoc" eſt, non inſpecto exemplo & artis adhuc inſcius," vis artifices imitari. Vere igitur in Te illud Syn-" ceraſti convenit, quod eſt in Pœnulo; *Sine pennis* " *volare haud facile eſt, meæ alæ pennas non habent.*" Quare arripe atque ſectare illam viam, quam na-" tura & ratio monſtrat, & id imitationis genus am-" plectere, quod ætati ingenioque tuo conveniens" eſt: ſic enim tuæ alæ pennas habebunt & caſum" temerarii Icari, Poëtarum fabulis decantatum, fa-" cile effugies, Intuere Ciceronis imaginem; niſi" enim optimam habeas, qualis viri illius ſine con-" troverſia eſt, mediocris artifex vel vitioſus etiam" fies; & niſi unicam ſimplicemque formam reti-" neas ſimulacra confundes, & veluti picturus Her-" culem & ſimul in Omphalem intuens neutrum" bene expreſſerit: ita ſermonis monſtra produces" tu, niſi certæ & unius rei a puero imitandæ & præ-" cipua & ſingularis cura fuerit, eaque demum effi-" ciet; ut confirmata ætate & exercitatione non"

 omiſ-

„omiſſa de aliis quoque, quæ opportuna aut ne-
„ceſſaria videantur, queas aſſumere. Mihi quidem
„ſic videtur bene & male ſcribendi eundem pro-
„pemodum laborem eſſe. Sed id quod bonum &
„excellens eſt, aliquam affert temporis moleſtiam,
„& requirit ſtudii continuationem, quæ tamen dif-
„ficultas laude compenſatur & gloria quæ nulla
„poteſt exiſtere in negligentia & temeritate. Con-
„ſtat autem inter ſapientes absque diligenti opti-
„morum imitatione præſtantem & eximium eva-
„dere neminem. Velim igitur non multa ſcribas,
„ſed magis laudata, cumque in omni ſtudiorum
„genere, ut in Euthydemo Socrates ait, malorum
„& levium maxima multitudo ſit; bonorum & ho-
„noratorum non magna copia, malo ego te in exi-
„guo meliorum numero quam in infinita multo-
„rum turba recenſeri. Tu vero, ſi eo animo eris, ut
„ſpero, & ad eam te curam, quam requiro, a prima
„ætate adſveſeceris: ad finem propoſitum atque
„optatum expeditius pervenies, neque labor in-
„gens erit recte & eleganter ſcribere. Quodſi ex-
„periri voles, (velle certe debes) me ſapienter tuis
„conſuluiſſe rationibus intelliges & tibi eruditio-
„nem politam atque ſplendidam comparabis. Ego
„neque conſilio neque opera unquam deero hone-
„ſtiſſimis conatibus tuis: quorum alterum me ab-
„ſente non dubito doctisſimos Præceptores tuos fa-
„cere & facturos eſſe; alterum Valentinum Gravi-
„um, Virium optimum & noſtri amantiſſimum cu-
„mulate jam pridem feciſſe certo ſcio. Vale mi
„frater & (ſi me amas) literas ama & laborem. Ex
„Helmæponte Thuringorum IX. Septembr.
MDXLIV.

MDXLIV.,, Halenſis Scholæ tandem Rector factus eſt Jacobus, quod Porta d. l. docet & Georgius ſubinnuit in Dedicatione trium Prudentii hymnorum quos cum ſua expoſitione a. 1568. evulgavit ad Leonh. Zeiſæ Conſulis Halenſis & Pauli Dolſcii Medici & Senatoris Halenſis filios, in qua hortatur hos, ut Jacobi Fabricii, Præceptoris ſui, monitis & Parentum optimorum exemplis nitantur ad pietatem, verecundiam, eruditionem; isque eſt adeo Jacobus ille, quem Celeberrimus Fabricius præfuiſſe Scholæ Halenſi in Saxonia memorat, nil aliud quippiam de ipſo ſuperaddens in Centuria Fabriciorum ſcriptis clarorum p. 40. Hic monuit me Vir Celeberrimus Dn. D. Ludovici Gymnaſii Coburgenſis Director meritiſſimus, ſcrupulumque voluit eximi, quî factum ſit, ut G. Olearius Rectoris apud Halenſes munus a. 1568. ad M. Jo. Apicium translatum dicat, cum Fabricius tamen a. demum 1572. mortuus ſit & in Euphemia Baſilii Fabri Theſauro a. 1571. præmiſſa Rectorem ſe ipſe nominet in Hiſtoria Rectorum & ſcholarum P. II. p. 59. Evolvi Olearii ideo Halygraphiam & ſeriem Rectorum p. 90. coll. p. 280. 286 ita reperi deſignatam, prout in Dn. Ludovici legitur Hiſtoria, quæſivi deinde per literas an e ſcripto forte Rectorum Albo, Halis Saxonum reperiundo, certiora doceri poſſem, ſed vano hactenus labore. Quare cum, quod jam monitum eſt, in carmine Fabri Theſauro addito Rectorem ſe dicat Jacobus, & in collectione Epitaphiorum fratri ſcriptorum Georgio, quæ Lipſiæ 1571. exiit Jo. Nævio hanc inſcribens illa verba, *Halæ Saxonum è ludo* apponat; adhæc Conradus Porta in Oratione laudibus Andreæ

Fabri-

Fabricii dicata G. 8. Jacobum in Salinis Saxonicis uſque ad mortem ſtudiis juventutis: plurimum teſtetur profuiſſe, non poſſum quin verſatum in errore fuiſſe exiſtimem Olearium, cum Jo. Apicium Spartam ſuam a. 1568. ornare cœpiſſe ſcribit, niſi credere velimus, forte propter virium infirmitatem adjutorem Jacobo datum fuiſſe Apicium. Ceterum Jacobi Carmina nonnulla obvenerunt mihi fratris evolventi ſcripta, quippe cujus hiſtorias, a. 1564. editas, verſibus, ſicut & poematum ejusdem novam collectionem, quam annus dedit 1567. Hendecaſyllabis ornavit. Idem inſuper, quod jam dictum eſt, Epicedia fratri Georgio à Clariſſimis viris ſcripta a. 1571. edidit & Jo. Nævio Saxoniæ Electoris Medico ode quadam Halæ elaborata ſacravit. Ipſius vero mortem G. Berſmannus carmine proſecutus eſt in hujus conſpiciendo Poëmat. p. 255. &c. Cl. Sequitur *Andreas* tandem *Fabricius*, qui Miſenæ in Electorali ludo ſub fratre Georgio ſtudiis dedit operam & a. 1551. Witebergam miſſus Philippo Melanchthoni innotuit, atque hujus commendatione Michaëlis Mejenbergii Conſulis Northuſani filios Northuſæ primum, iterumque deinde Wittebergæ, inſtituit. Rexit poſt modum Northuſanam ſcholam ab a. 1554. quo ipſo a D. Caſp. Peucero primus inter 54. Candidatos artium & Philoſophiæ Magiſter renunciatus eſt. Uxorem quoque duxit. Urſulam M Andreæ Erneſti, Patricii Northuſani, & Eccleſiæ Qvedlinburgenſis in Neapoli tum Paſtoris, filiam a. 1557. quibus nuptiis frater Georgius applauſit verſibus, legendis Poëmat. P. I. p. 415. atque a. 1560. Northuſæ in templo D.

Nico-

Nicolai ſacrum ſimul verbum juſſus fuit docere, cumque a. 1564. ad D. Petri ædem Paſtor conſtitutus doctrinæ de operum ad ſalutem neceſſitate ſtrenue ſemet oppoſuiſſet, in quorundam ſummum odium & invidiam adductus fuit, perficientibus inimicis, qui Præceptores ſuos & Theologos ſummos ipſum traducere, quin & nec Magiſtratibus Chriſtianis parcere clamitabant, ut in exilium mitteretur. Ubi non video, quid Petrus velit Albinus, qui Chronic. Miſenenſ. f. 363. partibus nimium dediſſe in Theologorum iſtius ævi controverſia atque hinc fratri diſplicuiſſe Georgio ſcribit. Ab exilio iſto ſuo Islebiam accerſitus, & in templo D. Nicolai ſacris cœtibus eſt præfectus, atque non viva modo voce cœleſtia ibi oracula interpretatus eſt, ſed *ſcriptis* etiam variis S. Theologiam expoſuit, atque peſte tandem ſuum obiit diem a. 1577. Excerpſi hoc ex Oratione, quam de Vita & meritis Andreæ Fabricii Conradus Porta a. 1582. in Schola Islebienſi habuit, ſubjunctam deinde Theologiæ Megalandri Lutheri, quam Michael Neander brevibus Aphoriſmis è Tomis iſtius deſcriptis adornavit, cum qua conferri debet Olearii Chronicon Thuringicum P. II. p. 198. ſ. ſ. Nimirum Neander, quod in eadem illa Portæ oratione ſcribitur G. g 8. Aphoriſmos illos, quos Fabricius collegerat, contraxit, & ad uſum piæ juventutis accommodatos edidit, utpote qui non ſecus Fabricium, *recito Portæ verba*, „ atque Jonathas Davidem aut Theſeus Pirithoum „ amavit, & illum ad amorem Græcæ linguæ, Le- „ ctionem Hiſtoricorum & plurimorum Græcorum „ & Latinorum autorum, miſſitatione variorum co- „ dicum

„dicum inſtigavit, & rurſus ab hoc ad tantum amo-
„rem ſanctorum Lutheri monumentorum inflam-
„matus eſt, quantum in nullo unquam homine do-
„cto & in profanis autoribus tot annos & tanta di-
„ligentia verſato licet deprehendere Conf. Michaël. Neandri Dedicatio Theologiæ iſtius Lutheri ad filios Andreæ, in qua ingenuè fatetur, ſe neminem mortalium unum habuiſſe, cum quo vixerit familiarius & liberius ſermones habuerit, quam Andream; ad quem Græca etiam extat Epiſtola de Coluthi Helenæ raptu a Neandro præmiſſa carmini. Nam non expertem Græcæ ſvavitatis Andream fuiſſe vel verſus doceant Græci, quibus Georgii fratris proſecutus eſt nuptias, legendis in Nuptialium Carminum collectione p. 102. Hujus Andreæ Fabricii libri nonnulli exierunt, quos inter refert Porta Explicationem primi præcepti ex Scriptura & Luthero, Apologiam deinde, qua quid velit imago illa hypocriſis explicationis ejus titulo adjecta & in peſſimam partem detorta, oſtendit, Eccleſiam porro domeſticam, libellum alium, Extremam horulam dictum, tum & Orationem de Luthero, Theologiæ iſti Megalandri, quam Neander evulgavit, præmiſſam, quibus in Centuria Fabriciorum modo dicta p. 11. memorati debent adjungi Chriſtus nimirum lacrimans carmine deſcriptus, Tractatus de Lege DEI & uſu ejus atque abuſu Germanicus, & Conciones in Comitiis habitæ tum & Epiſtola ad auditores in templo Northuſano, imo nec ſilentio ſunt prætereundi, quos in cauſa Flaciana contra Spangenbergium & Ottenium hujus ſocium elaboravit; Doctrina de Peccato O-

rigi-

,inis a. 1574. & adverſus Præfationem ebriam
ttenii libellus, a. 1574. vid. Leuckfeld in Hiſtoria
angenbergenſi p. 39. Unum adhuc addo de fi-
s Andreæ, Theodoſio & Johanne, quibus Nean-
:r Theologiam inſcripſit Lutheri. Horum ille Di-
:onus primo Vitebergenſis, deinde Paſtor & Supe-
ntendens Hertzbergenſis, & Gottingæ tandem Pa-
or ad D. Johannis primarius atque in Gymnaſio
rofeſſor fuit, clarusque Locorum Communium e
:riptis Latinis Lutheri forma gnomologica colle-
torum libro, qui Magdeburgi 1594. in 4 vulgatus
ſt, Patris etiam & Patrui Georgii Hymnos duos in
1:alem Jeſu Chriſti Vitebergæ typis Cratonis a.
586. emiſit & Pater extitit M. Georgii Andreæ Fa-
bricii Rectoris Mulhuſini a. 1645. mortui, & mul-
tis utique ſcriptis doctiſſimis in ſchediaſmate mox
citando adductis, clari, qui filium M. Henningium
Gotfridum Fabricium Oſterodamæ Scholæ Recto-
rem reliquit, in quo, cum a. 1675. improlis obiiſſet
Fabriciorum omnis defecit familia. Vid. Joachimi
Meieri Gottingenſis Gymnaſii Profeſſoris Clariſſi-
mi Schediaſma de vera patria M. G. Andreæ Fabri-
cii, in diſſertatione quadam Vitebergenſi Bavari
dicti, quod Collectores Novorum literariorum
Germaniæ a. DCCV. p. 355. ſ. ſ. integrum exhi-
bent; de Johanne, altero Andreæ filio, nihil repe-
rio atque poſt longam de Fabricii fratribus digreſ-
ſionem ad Georgium meum nunc revertor.

*IV. Quod educationem Georgii at-
tinet, in Patria primum a Valentino
Hertelio in tenera ætate formatus,* a.)

& ibidem Io. quoque Sculteti ſingularem expertus eſt amorem, quippe qui paternæ arti deſtinatum binis vicibus liberavit, ductus admiratione venuſti, quod in puero elucebat, ingenii, atque ut ad Rivium deduceretur perfecit b.) *Is Annebergæ primum atque deinde Freibergæ cum ceteris artibus egregiis, quibus ſtuduit ipſe ſemper, tum imprimis imitatione ſui hunc ſuum erudivit diſcipulum, & cum Adamo Sibero, Iobo Magdeburgo, aliisque magni poſtmodum nominis viris, qui eadem una utebantur inſtitutione optimorum præceptorum diſciplinis innutrivit.*

a.) *Hertelium* & *Rivium* Dreſſerus in Oratione de Georgio Fabricio, quæ Rhetoricæ ipſius inſerta legitur p. 760. & ex hac Adamus in Vitis Philoſophorum f. 117. ſolum vero Rivium Celeberr. Fabricius in ſæpius advocanda Centuria p. 24. dixerunt. *Hertelium* quod attinet, cum multa amoris ſignificatione Jo. Rivius ejus meminit in Dedicatione Caſtigationum Locorum quorundam e Bruto M. T. Ciceronis & Oratore ad Antonium Beutherum, quæ Saligniaci a. 1537. in 4. editæ ſunt. Adſcribam nonnulla ejus verba, propterea quod rarus valde iſte eſt liber, & floruiſſe Rivii amicitia ad Her-

ertelii laudem pertinet non vulgarem; "Jam"
creveram, ſcribit Rivius, ab omni iſto caſtigan-"
labore porro abſtinere, cum ecce Valentinus ad"
e Hertelius venit, homo & optimis ſtudiis dedi-"
is & noſtri ſane perſtudioſus atque adeo, (vere"
icam) alter ego, cujus de eximia morum ſvavi-"
ate, integritate vitæ, præcipuo denique erga do-"
tos amore, ſtudio & obſervantia dabitur alias op-"
ortunior dicendi locus. Ego medius fidius, vel"
oc nomine multo me omnium fortunatiſſimum"
ſſe puto, qui talem jam olim nactus ſim amicum."
Quam ille fideliter benevoleque nobis, cum res"
oſcit, operam ſuam navat? Qua fide, qua dexte-"
itate rem mandatam gerit atque exequitur? Quo-"
ies ultro ſtudium & officium ſuum defert? Omit-"
o quod idem ſemper omnium conſiliorum no-"
ſtrorum, ſiquid forte gravioris momenti incidit,"
particeps eſt: quod cum eo ipſo, quæ me cunque"
runt communicare ſolea. Quoties vero idem"
oratione ſua & quadam pene ſocietate ægritudi-"
is angorem animi noſtri leniit? Quoties cum"
rope æque gauderet paremque mecum de felici"
erum noſtrarum ſucceſſu voluptatem caperet ad"
mmam animi mei lætitiam illius gaudium qua-"
cumulus quidam acceſſit? Talis amicus, An-"
ni, hoc tempore eſt, ut ille canit, rara avis in ter-"
s nigroque ſimillima cygno. Hic igitur nuper"
hemnicio Hermundurorum cum veniſſet, cum"
lutandi viſendique noſtri cauſa, ut ſolet, tum ut"
ei ecquid eſſet de partibus, quas habet in fodinis"
ſce argentariis ſane multas, præſens ipſe cogno-"
ret, multis inter nos ultro citroque verbis habi-"

C tis,

„tis, incidit forte de Cicerone mentio: quem quo-
„niam nunc quaſi in deliciis habet, poſtulare a me
„atque adeo flagitare cœpit, in eo caſtigando ope-
„ræ aliquid ut ſumerem & ſuo rogatu multis ea re
„prodeſſe conarer &c. Extat vero Epitaphium a Georgio Præceptori ſuo Hertelio ſcriptum Triſtium p. 374. in quo ipſum officii plenum & fidum amicum; Siberum vero ejus dicit generum; cujus ad illum in Æoloſtichis carmen de libris hiſtoriæ ſubterraneorum Georgii Agricolæ Poëmat. P. I. p. 393. & in Tumulorum libro p. 581. Viatoris & Charitos de eodem perelegans iſtud colloquium reperitur:

Vi. In tumuli quæ fronte ſedes, quod mœſta puella
Nomen habes? Ch. Dicor blanda & amica Charis
Vi. Quæ lateri junctæ? Ch. Clio, Cliusque ſorores.
Vi. Et docti ſitus eſt hic cinis ergo Viri?
Ch. Eſt vero Hertelii, Vi. cur ſervas ipſa ſepulchrum?
Ch. Quodque puer coluit me, coluitque ſenex
Vi. Muſarum dignus lacrimis: ſed buſta frequentant
Cur pueri? Ch. Doctor quod fuit ille ſcholæ
Et teneram erudiit magna cum laude juventam
Hic ubi Chemnicii mœnia clara vides.
Vi. Nunc nimium clari doctique bonique Magiſtri
At tumulo illius quis dedit hos titulos?
Ch. Extincti luxit qui fata Siberus Adamus
Inferias ſocero perſoluitque gener
VI. Diſcedo, ſit pax umbræ, tumuloque ſub ipſo
Et nardum cineri ſpiret & urna crocum

Filii Jacobi Hertelii a. 1551. ad Meurerum ſuum ſcribens Noſter injicit mentionem atque dolore ani-

animi & gravi cogitatione vexatum e ludo hunc diſceſſiſſe VIII. Calend. Febr. & hactenus inveſtigari non poſſe queritur. Atque is eſt ſine dubio, qui deinde Fabricii Poëtas ſacros eum Sibero modo dicto carmine quodam decoravit. b. *Johannis Sculteti*, Præceptoris Fabricii, unus meminit Albinus in Chronico f. 362. & ipſius adducit teſtimonium, quod ſex annis ita profecerit literarum cultura, ut omnes quos habebat, ſuperaret Commilitones & in Comœdiis maxime agendis præ aliis præclare ſteterit. Huic Sculteto, quem Hohenſteinii & Lomii Præfectum deinde fuiſſe Albinus d. l. & Dedicatio jam citanda teſtantur qua Jacobus Fabricius Epithalamia fratri Georgio ſacrata & a ſe collecta a. 1557. eidem inſcripſit his uſus inter alia verbis:
"Rem ab officio non alienam facturum me puta-"
bam, ſi illa conjunctim ederem & ad Te mitterem"
præcipuè. Tu enim ante annos triginta literas"
& pietatem in mea patria cum docueris, Georgi-"
um habuiſti, Tuæ diſciplinæ Alumnum. Quam-"
obrem & in communium votorum partem & lau-"
dum ipſius ſocietatem venis, cumque hæc magna"
ex parte ab alumnis diſciplinæ ejus ſint profecta,"
tecum communicanda viſa ſunt hæc quaſi θρεπτή-"
ρια. *Filio* vero Sculteti, qui & ipſe Johannes au-"
dit, ipſe Georgius Librum primum de re Poëtica Elegia dedicavit, in qua carum pii Patris ſobolem eum nominat. C. *Joh. Rivius* Atthendorii, quod eſt Weſtphaliæ oppidum, natus, Zwiccaviæ primum bonas artes docuit, Leonardo Nathero, Rectori additus Collega, deinde ipſe Annebergæ aperuit ludum, atque Mariebergam poſtmodum receſ-

ſit, propriisque vixit ibidem ſumtibus, quos ſecuti eum diſcipuli ſuppeditabant. Marieberga Snebergam doctrinæ gratia, & Sneberga ab Henrico Saxoniæ D. Freibergam accerſitus eſt a. 1537. ut Augusti filii præeſſet inſtitutioni, quem etiam cum Johanne Comite Mansfeldiæ (ſicut initio acceſſus ſui, ſi Mollero fides habenda, Mauritium & Auguſtum fratres in publica ſchola diſcipulos aliquandiu habuerat vid. Chronicon Frib. p. 293.) a. 1540. Lipſiam deduxit ſtudiorum moderator, cumque mortuo Henrico Mauricius in dominatu ſucceſſiſſet Miſenam idem deductus eſt, ut ludo tum aperto Inſpector adeſſet, & inter IVviros Judicii Eccleſiaſtici ſimul numeraretur, in quorum munerum procuratione ipſis Calendis Januariis a. 1553. peſte tum graſſante obiit ſepulchrum nactus in cœmeterio D. Wolfgangi huic urbi noſtræ vicino. Vid. Vita Jo. Rivii a Georgio Fabricio ſcripta & Operum Theologicorum ejus collectioni, quam Jo. Oporinus Baſileæ a. 1562. curavit, præmiſſa & Andr. Moller in Chronico Freiberg. P. I. p. 292. ſ. ſ. ut & Petrus Jeniſius in Deſcriptione Annæbergæ L. I. p. 63. & L. II. p. 22. Imo & Jo. Caſelius in Oratione funebri Andr. Mylio ſcripta C. 2. a. qui merita Rivii eximie prædicat, inſuperque Hamelmannus L. III. de Viris in Weſtphalia illuſtr. Opp. p. 175. quos citat Burckardus in libro de fatis L. Linguæ in Germania C. V. p. 373. 374. ubi inter primos refert Rivium, qui Saxones ad veterum imitationem adſveſecerunt tandemque in Vitis Germanorum Philoſophorum Melchior etiam Adamus f. 60. In vita iſta, quam dixi, inter alia de hoc

Præ-

Præceptore ſuo Noſter: Annebergæ, quæ illius" fuerit induſtria & ſedulitas, quæ tolerantia labo-" um, qui contemtus adverſariorum, ipſe teſtis eſſe" poſſum & mecum Viri eruditiſſimi, Adamus Sibe-" us & Jobus Magdeburgus, qui eodem tempore" jus diſciplina atque etiam multis magnisque be-" eficiis ſumus uſi. Et ſub finem ejus Vitæ deſcri-" tionis: Hæc habui de Jo. Rivio Præceptore de" e optime merito, quæ dicerem, cui pro benefici-" immenſis gratias agam ore pleniore, cum in Ec-" eſia cœleſti & Vita immortali rurſus eum aſpe-" ro.,, Quin & Triſtium Libro p. 358. ver perpe-um ejus precatur inanibus; & in Dedicatione mmentariorum in Horatium, quam a. 1555. ad nſules & Senatum Annebergenſem ſcripſit, ſe obligatum magno & antiquo beneficio profite-quod ſtudiis adoleſcentiæ ſuæ & Magiſtrum buerint, & aliquot annorum hoſpitium cum Jo. ium Virum præſtantiſſimum cum aliis multis leſcentibus & ejus Collegam virum optimum th. Marcum Dabercuſium ſtudioſe audiret. eſt alienum à re propoſita, qua ratione hic diſcipulus Præceptori ſuo Rivio, quem ſpei uſti Principis admotum audiverat, ex Italia ad n ſcribens gratulatus ſit, commemorare, in finem Epiſtolæ verba, prout ipſe Rivius libel-o de veterum Superſtitione eandem adjecit, ex um f. 884. 885 hic repeto. "Te in aulam" Saxoniæ Henrici amplo honeſtoque ſtipen-" ocatum, ejusque Auguſtum, ſummæ ſpei at-" gregiæ virtutis filium, ſingularemque Prin-" , cuam in fidem diſciplinamque traditum"

„ex aliorum literis magna cum voluptate intellexi:
„quæ tamen uberior multo erat futura, ſi tuis potius
„ea de re factus certior fuiſſem: præſertim cum poſt
„illud tempus quam ex patria ſum in Italiam pro-
„fectus nihil neque a Te neque de Te, præter hoc
„unum, acceperim. Diu itaque incertus fui, quid-
„nam potiſſimum facerem; an tibi tot laboribus,
„moleſtiisque, quas plurimos annos magna con-
„ſtantia & laude tua pertuliſti, jam liberato gratu-
„larer: an potius dolerem, cum propter juventu-
„tem, quæ te & Magiſtro & Parente tam fideli tam-
„que benevolo eſſet orbata: tum magis etiam tui
„cauſa, cui multitudo quidem laborum nonnihil
„diminuta, ſed ad graviores ſollicitudines ſtrepitus
„& ſplendor aulæ adjecta videbatur. Poſtquam
„autem ad rationem hoc totum revocare cœpi,
„gratulandum exiſtimavi neque ſolum tibi, verum
„etiam patriæ noſtræ atque ipſis literarum ſtudiis;
„Tibi quidem, quod mirificam occaſionem nactus
„ſis primum ejus facultatis in bonis literis, quam
„tanta induſtria tantoque uſu paraſti, explicandæ,
„deinde oſtendendæ voluntatis in Rempubl. tuæ,
„cujus ornamenta atque incrementa omnibus hu-
„manis ſemper anteponere mihi viſus es; Patriæ
„noſtræ, quam talem ob Principem, ad cujus gene-
„roſam indolem & heroicam plane naturam, ſi cul-
„tus & liberalis doctrina acceſſerit, brevi florentem
„beatiſſimamque fore arbitramur; ſtudiis deni-
„que ipſis majus patrocinium dignitatemque am-
„pliorem ſub erudito excultoque Principe habitu-
„ris, quæ ſtudia quamvis multi ex illius ordinis vi-
„ris magnificiant & admirentur, incognita tamen
atque

atque non percepta vere ampleсti atque altius pro-“
vehere non ſolent. Hæc cum ita ſint, facilius lon-“
ge fero illum dolorem , quem ex juventutis in-“
commodo me percepiſſe paulo ante dicebam. Si“
enim, quemadmodum quidam non malus auctor“
ſcribit φιλεῖ ἀεὶ τὸ ὑπήκοον ζήλῳ τῆς τοῦ ἄρ-“
χοντος γνώμης βιοῦν, multorum ſtudia & volun-“
tates exemplum tam illuſtre exacuet atque incen-“
et: quod quantorum bonorum cauſa futurum ſit“
Republ. profecto intelligis. Cum autem ſe-“
cundum Deum in tua unius diligentia, fide, ſapi-“
entiaque poſitum ſit, ut Auguſtum talem habea-“
mus Principem, qualem cupimus & optamus, hoc“
optimum & doctiſſimum, omnes curas & cogi-“
tationes ad id conferes, omnem alacritatem & in-“
duſtriam excitabis, cunctas denique & animi & in-“
genii vires experiere, ut ſpei & expectationi incre-“
dibili ſatisfacias. Qua quidem ex re præſentes uti-“
litates, optatiſſimos fructus, immortalem gloriam“
conſequêre liberisque tuis officia cumulabis. Quod“
ſi quæ erunt, quæ conatus tuos honeſtiſſimos im-“
pedire videbuntur (ſunt enim innumeræ in aulis“
illecebræ & teneri Principum animi voluptatibus fa-“
cile ineſcantur) quæcunque tamen erunt, ea ſic“
veritate & moderatione quadam adminiſtra-“
bis, ut nihil antiquius dignitate Principis Tui ni-“
hil carius honore Tuo habuiſſe videare. Quod“
quo pacto legitime fieri ac rectiſſime poſſit, tui“
judicii eſt, tum prudentiæ conſiderare. Ita“
te Philoſophia inſtituit, eos ſtimulos ſacra-“
rum literarum tractatio animo admovit, ut præ-“
ceptis vel admonitione non egeas, imo vero ma-“

 gis

„gis abundes Sed hæc hactenus & pluribus quidem, quam neceſſe fuit: amore enim ſum pro„vectus longius.„ Hæc Fabricius ad Rivium ſcripſit, cujus nec Thuanus oblivíſci voluit doctorum virorum obitus ſuæ adjiciens hiſtoriæ LXII. p. m. 574. Conf. Teiſſierii Elogia e Thuano excerpta P. I. p. m. 72. & Schurzfleiſchius in Diſſertat. de capitibus quibusdam Hiſtoriæ Saxonicæ ad Henricum à Friſen, ubi Jo. Rivium ex diſciplina Rudolphi Langii in Miſniam profectum magnam ei provinciæ laudem editis paſſim repurgatisque ſcriptoribus conciliaſſe ait lit. D. Audiamus hic etiam, quantum Rivius tribuerit Fabricio, quippe qui in luctu ingenti, cum filio & nepote & conjuge etiam ſanctiſſima orbatus eſſet, & conſolatoriam noſtri accepiſſet, ita eidem reſpondit ex rure ſuburbano ad Albim die ipſo Nicolai A. 1552. "Te oro, ut „quoniam aliter non licet, per literas ſaltem me„cum colloquare. Nihil mihi facere potes grati„us aut jucundius. Neſcio enim quo pacto ſingu„lari quadam voluptate mihi perfrui videar, dum „ſcripta Tua legam ſolatium ingens luctus ingen„tis. Nam proxime & ſecundum Chriſtum Ale„xius noſter (*erat is Alexius Prætorius Superintend. „Miſenenſis*) colloquio ſuo præſens; Tu mi Fabri„ci, literis Tuis abſens me vera & jucundiſſima „conſolatione recreabis.„ Quæ ita enotavi e MSCta Epiſtola quam clarus vir non longe ante mortem humaniſſimam ad Fabricium exaraverat. Ceterum cum Annebergæ didiciſſe Noſtrum dixi, ejus carminis commodè recordor, quod cum a. 1556. urbem inviſeret ſcholamque, almam olim

ma-

matrem, ingrederetur, gratus panxit. In eo Rivii
ui memoriam pia mente recolit ſed nec ſuperſtiti-
onem ſuam ſilet in colendo D. Annæ digito adhi-
am:

Hic meditabar (inquit) *enim puerilia carmina Muſis*
Hic lecta eſt capiti prima corona meo
Rivius hic alti Parnaſſi ad culmina duxit
Imbuit & tenerum pectus amore novo
& mox
t cecini, ut potui, regnabat hypocrita templo
Et poterat Chriſto tum magis Anna DEO
unc ignarus eram fingenda eſſe oſcula CHRISTO
Informi digito baſia ſtulta tuli.

d. Paul. Jeniſius in Deſcriptione Annebergæ ubi
tegrum Carmen legitur P. II. p. 31. Cum Jo. Ri-
us Scholæ Annebergenſis cura a. 1535. ſemet ab-
aſſet, & nactus fuiſſet in eo munere ſucceſſorem
Leonh. Badehornium, de quo inter amicos
ſtri referendo infra plura dicentur, hunc quo-
audire idem cœpit, ſuntque trahenda huc
iſii verba ex Annalibus Scholæ Anneberg.
Ctis f. 60. Scholæ adminiſtratio M. Leonardo
vid. Wiliſchius in Incunabulis Scholæ Anne-
p. 55, 56. Alius adhuc Præceptoris ſui, præter
lo dictos, e quibus, præteritis Sculteto & Bade-
nio, Hertelium modo & Rivium nominat Dreſ-
in Oratione p. 760., Loſſii videlicet, tabida
extincti mortem verſibus decorat Triſtium p.
qui cum felici eſſet ingenio præditus, a pue-
leo operam literis dedit & in patria artium &
arum fundamenta feliciter jecit quæ in Hen-
antaleonis Proſopographia P. III. p. 504. ver-
it.

 Li-

V. Lipſiam deinde venit Fabricius, laboris ſui ut pertexeret telam, & ibidem nactus eſt ſtudiorum formatorem ſedulum Caſp. Bornerum, cui viro ſcholæ urbis Thomana non minus, quam ipſa deinde plurimum debuit Academia, quandoquidem ſcholæ annos præfuit XVIII. a ruina ſua revocatæ. Academiæ vero, in qua Theologiam docuit novum conciliavit ornamentum, ut Paulinum cœnobium eidem a Principe traderetur, perficiens. Ab hoc viro Fabricius commendationem habuit ſingularem inque numerum docentium in Schola allectus, imo vero apud alios eſt etiam collaudatus, ex quo ipſius etiam merita grata poſtmodum coluit recordatione a).

a.) Lipſiam Georgius nutricem & matrem artium, quæ imbibendæ erant, elegerat, quod Petr. Albinus Chron. f. 363. Dreſſerus in Oratione p. 760. & ex hoc Adamus in Vitis f. 117. teſtantur imo, & Henr. Pantaleon in Proſopographia P. III. f. 504. "Inde, ſcribens, ad Lipſienſem Academiam ſeſe „contulit & magna diligentia Philoſophiæ & im-"

pri-

ꝺrimis arti Poëticæ incubuit. „ Sed Adolphus Clarmundus hic errat, quando unam atque alteram Saxoniæ Academiam ab ipſo frequentatam fuiſſe ſcribit in Vitis Clariſſimor. Viror. P. III. p. 157. Hic innotuit Caſparo Bornero, Viro multis nominibus de Academia merito, quippe cujus Bibliothecam plurimis cœnobiorum aliquot libris adauxit & doctorem literarum eximium Petr. Moſellanum in eandem adduxit, id quod in Epitaphio ipſius, a. 1547. mortui, prædicatur in Chronico Petri Albini f. p. 350. conf. Peiferi Origines Lipſienſes L. III. p. 7. ubi Vir dicitur acri ingenio, cui ad excitanda ſtudia atque mores juventutis formandos gravitatem quandam natura tribuerit, & Felleri Oratio de Bibliotheca Paulina, a. 1676. in ſolenni Panegyri habita & cum MSCtorum Bibliothecæ Catalogo vulgata B. 2. f. Ab hujus Prudentium Horatiumque, Poëtas Lyricos, explicantis pependit ore, atque in Dedicat. Notarum ad Horat. de hoc Poeta id teſtatur; in Dedicatione vero Poetarum Ecclesiasticorum ad Alexandrum D. Saxoniæ & Mersburgi Administratorem: non magni feciſſem, ſcribit, Prudentium, niſi Lipſiæ audiviſſem Caſp. Bornerum" hymnos ejus interpretantem eruditiſſime, quam" editionem a Viro Clariſſ. Petro Moſellano ſibi quâ " per manus traditam fideli poſſeſſione ad uſum" publicum multos annos retinuit., Meminit ejusdem in Epitaphio Valentino Graſero ſcripto, quem Bornerum habuerat in ſtudiis:

Bornero doctos diſtribuente vices.

Chriſt. p. 378. 379. & mortui collegit laudes imo & collegis ut idem facerent, fuit Autor, quin & Vitam

ejus-

ejusdem deſcribere voluiſſe videtur, ad quem finem ab Aegidio Miſnero mitti ſibi vult, quantum de vita Borneri & ſtudiis a prima inde ætate noverit. Sed quibus cauſis inductus iſtud omiſerit, non conſtat. Teneo Epiſtolam ejus ad Meurerum Idibus Martii a. 1538. exaratam, ex qua à Fratre Blaſio patet deterritum eſſe. Audiamus ipſa ejus verba & diſcamus inde ſimul, quodnam fuerit quorundam de Bornero judicium: "Scribit ad me Blaſius, ut magnam invidiam atque etiam infamiam fugiam in „Bornero celebrando; ſed auctorem mihi neminem oſtendit ſententiæ ſuæ. Ajunt quidam, ipſum „ſine ſumtione ſacramenti deceſſiſſe, & nunquam „probaſſe utramque ſpeciem. Ego nullis credo calumniis, D. Camerarii & tuo judicio ſto; & quæ „illi tribui, vere videor tribuiſſe. Nam quem D. „Camerarius publica oratione ornavit, quem tu „tam honorifica de eo ad me epiſtola prædicaſti, „quem ego novi, cur non laudem & amem mortuum etiam amicum? Exquire tamen ex fratre tacite, nullâ, quod de hac re ad te ſcripſerim, mentione factâ; tantum dic, te curaturum, ut imprimantur epitaphia noſtra. & vultum illius inſpice, „qui tibi dabit occaſionem interrogandi. Certè „pœna digni eſſent, non ſolum invidiæ nomine, „quæ poſt fata etiam in hoſtibus ſolet deſinere, ſed „etiam impietatis & ingratitudinis, illi, qui talem „Virum dehoneſtant defunctum, quem Virum præ „timore non aſpicere auſi fuiſſent. Legitur Pauli „Cherleri, Elſterburgenſis carmen Jambicum de Georgio Fabricio ad finem Poetarum iſtius collectionis, in quo nec Bornerus ſilentio prætericur. Ita enim Cherlerus: *Bor-*

Bornerus illius loci
Olim Profeſſor inclytus
Eſt teſtis ipſius piæ
Vitæ atque diligentiæ.

VI. Ne quid negligeret Fabricius uod ad vitæ cultum & poliendum libeli doctrina animum faceret, peregrindi quoque cepit impetum, & ad aligentes ire conſtituit, non ut externas iculas indueret, ſed ut ſaperet plenius demque peregre addiſceret, quibus plius ſuas inſtrueret res, & ad officii nus, quod ornaturus olim erat, præa ſibi compararet. Quam ad rem n Beuchlingi in Thuringia aliquandiu ſet, & fratrum VVertherorum præſet ſtudiis a.) *commodam nactus eſt ſionem, quando natu inter hos ma- VVolfgango additus Comes & Juem hunc in Italiam juſſus eſt dedu-, unde, cum a. 1539. Beuchlingo ſiſſent, quarto demum anno poſt ſoin ad ſuos & inſtructum doctrinaoptimarum copia reduxit.* b.)

Wertherorum gens vetuſtiſſima, ſtemmatumque

tumque non magis, quam meritorum virtutisque claritate, præcellens in Thuringia diu floruit & ſedem modo in arce Wihe, modo Helmæponti (*Brücken*) modo Beuchlingi, quem locum Noſter in itinere Chemnic. p. m. 52. 53. deſcribit, habuit, hodieque illuſtri præ ceteris ſidere effulget in Georgio, qui in toga Heros ad S. R. I. Comitis evectus dignitatem & Potentisſimo Poloniarum Regi Saxonumque una Electori a Conſiliis intimis ad Ratisbonenſia Comitia aliquando, deinde Hagam ad Pacis negotium miſſus nunc Cancellarii ſplendidisſima ornatus dignitate ingentium meritorum copia Provincias has fovet ac perornat. Ejus Proſapiæ in Ruxneri torneamentorum libro, neque minus in Fabricii Noſtri Originibus & Leuckfeldi Chronico Walckenriedenſi crebra mentio fit, quos libros ex Epiſtola ad me ſcripta humaniter iudicavit, & de Wertheris quibusdam pro ea, quam tenet, Germaniearum Antiquitarum ſcientia non vulgari benignisſime expoſuit Vir Conſult. J. G. Junckerus Walterhuſanus in Thuringia Conſul cujus benevolentiæ gratus hic recordor. Perlata vero deinde ipſa eſt ad me Petri Albini Hiſtoria ſtirpis Wertherorum, ſermone confecta vernaculo & Lipſiæ a. 1705 in fol. evulgata, in qua quod G. Fabricius meditatus fuerat, Albinus, ad quem Collectanea Fabriciana pervenerant, confecit. Ex hoc libro, cujus ſummam in novo Lexico Hiſtorico, quod Fritſchianis ſumtibus Lipſiæ prodiit P. II. f. 672. legere licebit, ad præſens quidem inſtitutum Johannem III. notamus maxime, quem Neſtorem dixeris Saxonicum, quippe qui a Conſiliis fuit Alberto Animoſo filio-

filioque hujus Georgio, & ad annum ætatis nonageſimum Principum horum floruit gratia, & cum tribus filiis magnæ dignitatis Viris caniſque omnibus & patri jugiter obſequioſis, ipſe canus, a Georgio exteris commonſtratus fuit tanquam ſingulare quoddam aulæ ſuæ decus Vid. Albinus d. l. f. 41. Unus horum Theodoricus III. cujus, ut & Johannis Patris tumulum Noſter verſibus ornat. Triſt. p. m. 377. Bononiæ integrum vixit novennium, & Juris Doctor meruit renunciari obiitque Beuchlingii a. 1536. relictis e Margaretha Miltizia, præter filias duas, filiis quoque tribus, de quibus hic nobis ſermo eſt, Wolfgango, Antonio, Philippo. b) Et Wolfgangus quidem is eſt, quem comitari in Italiam Fabricio contigit, natus in arce Wihe a. 1519. cujus natalis Rerum memorabil. L. II. f. 315. injicitur mentio, Lipſiamque miſſus ſtudiorum gratia a. 1532. unde poſt Patris mortem a. 1536. domum rediit, & ſvaſu cumprimis Julii Pflugii anno, quem ſupra dixi & quidem d. 23. April. Beichlingo in Italiam & Patavium maximè conceſſit; unde a. 1543. d. 10. Octobr. cum eodem hoc Achate ſuo redux factus eſt domum. Legitur idem, qui ſvaſu Patruelis a. 40. Pontificia Sacra cum Lutheranis commutarata 1545. Argentoratum & biennio poſt in Galliam iviſſe & a. 1572. facta patriorum bonorum divisione, in qua Beichlingum ipſi cum urbe Colleda; et Philippo ejuſdem Comitatus pars quædam cum arce Werthern & Talheim; Antonio Helmæcum, obveniebant, vixiſſe cœlebs & doctrinæ atque elegantiæ floruiſſe laude, adeo, ut optimus in Germania Orator plurimorum haberetur judicio

judicio, uſque dum demum a. 1583. d. 10. Junii fato ſuo fungeretur. Vid. Albinus d. l. f. 48. 49. 50. Ceterum habuit Fabricius, quod de hoc nobili Juvene ſuæ commiſſo curæ ſibi gratularetur, quippe quem in Dedicatione Romæ & hominem amicum, quo nomine omnia conſvetudinis, fidei, benevolentiæ officia continentur, & virum doctum nominat, qui ſecum omnia cognoverit magna cupiditate, ſtudio, induſtria; in Epiſtola vero Nuncupatoria Itineribus ad fratres Wolfgangi præmiſſa hoc elogio gravi ornat, p. 4. "Quanto vero opere doctos amaverit, atque coluerit, quo animi impetu, induſtria, „ſtudio in literis vigilaverit, quam magno & excelſo animo omne voluptatis genus contemſerit; „vos eſſe teſtes potuiſtis, ab eo tempore, quo nobiscum eſt Argentorati verſatus. Nam in ſtudiis nemo noſtrûm ardentior, nemo in laboribus tolerantior in exercitationibus nemo conſtantior eo „fuit, quodque Plato ſcribit in quodam de Republ. „ſermone, φιλοπονίᾳ ἐ χωλὸν δεῖ εἶναι τῆς φιλοσοφίας ἁψόμενον, τὰ μὲν ἡμίσεα φιλόπονον „ὄντα, τὰ δὲ ἡμίσεα ἄπονον, ea profecto in re „fratris Veſtri fortitudinem ſingularem & incredibile ſtudium admirati ſemper ſunt omnes, qui ejus „familiaritate uſi tantam meo cupiditatem & aſſiduitatem perſpexerunt.„ De ipſo hoc itinere Italico teſtes adduco, qui ejus meminerunt Petr. Albin. in Chronic. f. 363. Spangenbergium in *Adel-Spiegel* P. II f. 191 Dreſſer. p. 760. Adamum in Vitis Philoſophor. f. 117. Fabricium Centur. Fabricior. p. 25. Clarmundum in Vitis Clariſſim. Viror. P. III. p. 158.

VII. In

VII. In hoc itinere uterque Patavii ſubſtitit ad annum uſque MDXLII. niſi quod a. 1541. duos pene menſes abſuerunt, & Inſubriam Liguriamque peragrantes Carolum V. Imperatorem iter in Africam adornantem, & Genuæ conſcenſurum navem, conſpexerunt, imo & Bononiæ inter cives Academicos nomina profesſi ſunt Ao. MDXLII. deinde demigrarunt Romam & ibidem menſes quinque hæſerunt atque Ao. MDXLIII. Neapolin ſpectarunt, reduces inde facti Patavium menſe Junio & adulto jam autumno domum tandem, quod ſupra jam monui a.) *nacti Comitem ſuaviſſimum VVolfgangum Meurerum Medicinæ deinde Doctorem, quem Fabricius inter præcipuos ſemper coluit amicos* b.)

a.) Diligens Albinus eſt in deſignandis iſtis itineris annis tum in Chronic. f. 363. tum in hiſtoria gentis Wertherorum f. 48. unde diſcimus, Patavium veniſſe ipſos d. 17. Maji a. 1539. abiiſſe Patavio d. 12. Auguſti 1541. & eodem reverti ſſe anno d. 14. Octobr. Romam ingreſſos d. 31. Octobr. a. 1542.

Neapolin d. 18. Mart. 1543. in Majo Patavium inviſiſſe denuo, & ſpectatis poſt modum Venetiis d. 10. Octobr. patrios iterum ſalutaſſe lares. Ceterum ipſe Fabricius venuſto carmine hæc ſua deſcripſit itinera & in varia diſtributo ſegmenta de Romano I. Neapolitano, Romano II. Patavino & Chemnicenſi imo etiam Argentoratenſi de quo mox agetur, expoſuit, qui liber una cum Roma ipſius Oporini typis excuſus extat. Idem in Epiſtola ad Jacobum Strasburgum die epulonis a. 1557. miſſa huic peregrinationem ſuam celebraturo Academias præcipuas inter Adriacum & Tyrrhenum mare enarrat, quas vel ſalutaverit in ſuo itinere vel in quibus ſubſtiterit diutius. Verba Epiſtolæ ſic ſe habent: "Patavii bonis literis operam dedi, Ferraria tranſii, „ita tamen, ut ibi per octo dies hærerem & audirem „Alciatum, Cœlium Calcagninum, Braſavolam. „Bononiæ fui bis, quam tu bene ornas ſed illam „conjunctionem quam celebras inter noſtros, quia „admodum minuta eſt, multi rident. Inde veni „Peruſiam, amplam antiquam urbem, quæ a ſplendore ædificiorum Auguſta dicta, in collibus ſita; „ea nunc obſcuram habet Academiam. Mihi placuit in ea urbe, quod ſepulchris inſcriptam aut inſculptam vidi reſurrectionem Chriſti, nec in uno „aut altero, ſed in plerisque, cum rari credant in Italia futuram animam immortalem, nedum reſurgere corpora, quæ habent materiam ferream. Acceſſi „poſtea Romam, Neapolin in littore Tyrrheno, „quæ ſatis deſcripta eſt in meis itineribus, portu „ſpatioſa amplo ſedes regia Arragoniorum, ampliata & munita à Carolo V. Mox Piſas veni Græcorum

ı coloniam ad Arnum fluvium, quæ nunc Flo-“
ini Ducis auſpicio floret, quanquam ſuperioris“
ı: bello multum afflicta.„ In eodem loco re-
it ab eorum ſententia, qui T. Livium nobilem
manæ Hiſtoriæ conditorem Patavii natum fuiſſe
ıtrantur ita ſcribens: “In fine autem ejus loci, ut
c primum te moneam, ais Patavium fuiſſe Livii“
triam, quod nullo autore probare poſſumus:“
c enim ſcribit Thomas Aquinas Livium in Pata-“
nam Liviorum familiam adſcitum, quod ſi ado-“
ione factum fuiſſet, dictus fuiſſet Livianus.“
uamobrem eum exterum fuiſſe conjicio, dona-“
m autem civitate & in nobilem familiam adſcri-“
tum propter ingenii excellentiam quod illo eru-“
ito ſeculo uſitatum fuit.„ b.) de Wolfgango Meu-
ero infra dicemus, iſtud hic monentes ſolum eidem
Noſtrum iter ſuum Chemnicenſe his inſcripſiſſe ver-
ıis p. 43.

Quæ prius emenſa ſint terræ quasque per urbes
Iverimus patrias quàm cernere contigit ædes.
Curarum conſors Meurere o! fide mearum
Accipe.

Ejus laborum cum ſuis conjunctorum meminit in Dedicatione Romæ p. m. 9. 10. “Multa ex his“ agnoſcet Wolfgangus Meurerus Philoſophiæ ſci-“ entia, elegantia literarum, cognitione antiquitatis“ Vir celeberrimus, ejus temporis ſocius & comes“ ſtudiorum atque itinerum noſtrorum.„ Duos alios in itinere eo Noſtro familiares annotavi, Leonhardum Badehornium, Virum deinde Juriſconſultiſſimum, de quo infra, & Sigism. Georgium a Dietrichſtein Comitem Stirium. Ad illum ita Noſter ſcri-

ſcribit in Dedicat; e Siffridi Presbyteri Opere con-
„fectæ Epitomes p. m. 142. nam & ſuaviſſima con-
„junctio in patria inter nos fuit & ſocietas apud ex-
„teros fidelis, nec ex hac urbe ullum habeo amicum
„aut neceſſarium antiquiorem & majore doctrina
„atque dignitate excellentem.„ Dietrichſteinio
ſuam Græcam Syntaxin dedicans iis adhuc in ſtudiis
ipſum verſari lætatur, quæ tum cum Patavii ſimul
eſſent, maxime erant ſecuti; & in Epiſtola Germanica
ad Avunculum exarata quam Cl. Schlegelii beneficio
teneo, fratres Dietrichſteinios Sigiſmundum
& Adamum ob virtutem & diſcendi cupiditatem
multis verbis commendat. Imo & in Vita Wolfgangi
Meureri quæ à Bartholomæo Walthero ſcripta
hujus præmittitur Meteorologiæ Lipſiæ a. 1606.
editæ b. 7. ſocii itineris adhuc nominantur Ulricus
Mordeiſenius & Jo. Sprembergerus.

VIII. Hic autem pietatem ſemper ſecum habuit GEORGIUS, ingenuoque & libero affectu ſe probavit DEO, neque peregrinis illecebris potuit corrumpi a). *Atque ut naturali quadam mentis rectitudine ad honeſtum & bonum ferebatur: ita nonniſi cum doctisſimis verſatus eſt viris, & eorum ſermonibus uſuque proficere quæſivit* b.) *Cumprimis Lazarum Bonamicum, cui cum VVerthero ſuo a Julio Pflugio commen-*

mendatus fuerat, diligenter audivit Patavii Venetiis in Pauli Manutii; in Petri Victorii Florentiæ venit notitiam; Bartholomæo Marliano Romæ & Neapoli Hadriano Gulielmo innotuit c.) *Adhæc incenſus optimarum artium ſtudio & in iisdem omni cura atque induſtria contendens antiquitatis diligentisſimus extitit inveſtigator, & literaria monumenta ſedulo conquiſivit, ac domum ſecum nonnulla revexit* d.) *cœleſti tutus ubique præſidio & propulſatis periculorum difficultatibus, in quæ & ipſe & VVertherus venerant, ab omni vacuus ægritudine atque animo tranquillus* e.)

a.) Pietatis ejus teſtis ſit Jo. Stigelius ita ad ipſum ſcribens Poëmat. P. II. p. 471.

Servaſti vero pectora pura DEO.
Seu vada per Tiberis, Tyrrheni ſive per Arni
Oppida feciſti Teutonus hoſpes iter,
Seu quocunque loco Tiberinæ è pulvere Lernæ
Italis infeſtum porrigit hydra caput.

Ipſe vero Argentoratum iturus, quas preces fuderit, in Itinere iſto fatetur p. 56.

Hanc rege, CHRISTE, viam, quam nunc virtutis amore
Suſcipimus, comitemque fidelem cœlitus adde

Qui nos incolumes ducat vitamque gubernet
Ac ſtudia, & patriis reddat feliciter oris.

Quin & ad Chriſtophorum Leuſchnerum in Italiam abiturum ea perſcripſit monita, unde quam circumſpectionem ipſe adhibuerit, non vana aſſequi licet conjectura. Leguntur illa ſub finem Itin. Fabricii p. 82. inſuperque Hodœporicorum libris, quos Nicol. Reuſnerus collegit, præfixa, quorum initium non pigebit hic legiſſe:

LEUSCHNERE Italicas qui migras hoſpes ad urbes
Hæc lege nec ſegni mente reconde memor
Oenotrii fugias ardentia munera Bacchi
Sobria Aminæum temperet unda merum
Non alte patinas extructas, plenaque menſæ
Fercula Teutonicæ delicioſus ames
Aſpera Sirenum frangentes pectora voces
Dulychii ſapiens more relinque Ducis
Adriacæ blandæ ſunt vultu & voce puellæ
His ſi credideris poſtea nullus eris.
Nec Daphnea tibi circuibit tempora laurus
Ni vites cupidæ furta proterva deæ
Non colit illa Gnidum, non amplius illa Panormum
Tota habitat Veneta mollis in urbe Venus
Hanc quoque dum vitas alias vitare memento
Serpit enim ex illa latius urbe malum
Uni etiam & noto tua pectora crede ſodali
Nec cole multiplices cautus amicitias.

Imo fructum illum ex peregrinatione iſthac Italica ſecum tulit, ut tot fœdarum ſuperſtitionum ſpectatorem ſuorum tandem errorum pertæderet, de qua re ad Meurerum ſcribens: "Lutherus, ait, nos viam „ſalutis primus docuit, a quo nos etiam noviſti diſſenſiſſe,

ſenſiſſe, niſi Italia nos docuiſſet„ vid. Struvius in Act. Litt. Faſc. VI. p. 6. & in Epiſtola ad Joach. Camerarium; Id. Aprilis a 1560. quam ſcriptam aſſervo: "filius & gener Tuus honeſte educati, mori-" bus verecund., vita modeſtiſſimi videbunt in illa" Sodoma, quod animum oculosque excruciet; au-" dient præ quibus ſurdi eſſe mallent, & niſi artes at-" que ſtudia in Italia eſſent, nulla hodie natio magis" eſſet barbara. „

b.) Poſt pietatis curam is labor præcipuus Fabricii, ut egregiarum rerum ſibi compararet ſcientiam & avidum pectus literis elegantioribus ſatiaret. Ita ſcribit enim Henr Pantaleon. P. III. Proſopographiæ f. 504. "Cum hoc modo egregie perrexiſſet" Italiam inviſere ſtatuit atque Romam veniens vetu-" ſta monumenta inſpexit. Quoniam etiam Viri do-" ctiſſimi paſſim in Italicis Academiis bonas literas" profiterentur, ipſos audivit & eruditionem ſuam" plurimum auxit. Ipſe in Dedicatione Romæ ad" Wertherum: In urbem ipſam tecum profectus, ut" ſcis, cura diligentiaque conquiſivi variorum libros" atque perlegi, ut eos communi ſtudio & labore" mutuo cum rebus ipſis præſentes conferamus. „ Et præfixum eſt antiquitatibus ipſius Martini Cruſii Carmen in quo ſapientisſimam Noſtri peregrinationem & congerendi ſtudium ita commendat:

ὡς καὶ Φαβρίκιός γ᾽ ἐπιδημῶν οἰνοτρίοισι
συλλέλογ᾽ εἰς σελίδας πολλὰ παλαιὰ μικράς,
τέρψιν. ἃ οὐκ ὀλίγην ἀναγιγνώσκουσι παρέξει
γνώσιος εἰ δὴ ἔρως τοῖς μερόπεσσι πέλει.

 cum

cum quo conferri debent, quæ Matth. Marcus Dabercuſius & Adam Siberus in laudem inſtituti ejus ſub initium itinerum appoſuerat. C. Memorat Albinus cumprimis, quod cum viris doctisſimis crebro verſatus ſit Noſter, utque ſermonibus eorum quæſiverit proficere in hiſtoria gentis Wertherorum f.48. Atque eo animo *Lazaro Bonamico* jugiter aſſedit, qui vir Patavii per XXI. annos ſumma cum admiratione docuit & ob antiquitatis exactam cognitionem, omnigenam eruditionem, raram eloquentiam, & acre judicium tam ab Italis, quam a peregrinis, quamdiu vixit, magna dignatione habitus eſt & a. 1552. 4. Id. Febr. fatis concesſit, teſte, ex quo hæc hauſi, Thuano LXI. p. m. 535. Conf. Teisſier in Elogiis hominum doctorum è Thuano deſcriptis P. I. p. m. 60. ubi meminit Epiſtolarum carmine & ſoluta oratione ſcriptarum & libelli de L. Latina tum & Epigrammatum & Elegiarum; & ex Speronio verbum ejus, quod ſæpius protuliſſe auditus eſt, adducit malle ſe, dicentis nimirum, loqui Ciceroniano ore quam Pontificis ſummi adornatum eſſe dignitate & Ciceronis eloquentiam vaſto Auguſti imperio ſemet anteferre. Hujus a Noſtro diligenter auditi mentio eſt in Oratione Dreſſeri p.760. in Epicedio Bersmanni quod Fabricio ſcripſit:

Multiplices uno fundebat pectore rivos
Sufficiens largus omnibus uber aquas
Hauſerat irrigua Patavi quas hoſpes in urbe
Dum Bonamice tuo proluit amne ſitim

Epitaphior. Fabricio ſcriptorum D. 4. Sed & ipſe in Caſtigat. Horatii Dedicatione ad Chriſtoph. a Schleiniz ſcripta ſe Horatium a Caſp. Bor-

nero

nero Lipſiæ & a Lazaro Bonamico, homine eloquente, explicari audiviſſe teſtatur & in Obſervat. Metallicis p. 11. Pindari exemplar antiquum apud ipſum vidiſſe, ſcribit, in quo miniatulæ notæ librorum comparuerint 7 - 3 ⁘ quas paragraphos, coronides, aſteriſcos dixerint. Ex eodem audivit etiam Noſter, puellam in agro Patavino fuiſſe fanaticam, quæ Græcè & Latinè, omnium literarum ante inſaniam expers, optimè locuta, cum interrogaret quænam eſſet, præſtantisſimam apud Virgilium ſententiam, verſum illum ex Aeneid. VI 620. *diſcite juſtitiam moniti*, clara voce ter pronunciaverit teſte Taubmanno in Commentar. in Virgilium p. 731. Hic eſt ille Laz. Bonamicus qui in colloquio cum Fabricio facta Philippi Melanchthonis mentione dixit; certe ille homo loqui incipit teſte Dreſſero in Præfat. præmiſſa L. II. Rhetor. p. 553. ex quo tamen reſponſo ſecus ipſum de Germania ſenſiſſe male colligas, qui, ut Jo. Caſelius teſtatus eſt, Germanos amavit & ſemper magni fecit vid. Burckardus de fatis L. L. in Germania c. 5. p. 346. Intercesſit Fabricio deinde cum *P.* etiam *Manutio* conſvetudo, qui Venetiis artem libros excudendi mirificè ornavit, & non minus libris cum maxima impresſis cura, quam ſcriptis etiam, quoque inter Commentarii in Ciceronis Varias lucubrationes, Epiſtolarum L. XII. Antiquitat. Roman. Libr. IV. Apophthegmata & Adagia eminent, celeberrimum adeptus eſt nomen, vocatusque Romam paulo ante mortem ut ſacrorum librorum præeſſet editioni VIII. Id. April. a. 1574. animam efflavit de quo Thuan. L. LIX. p. m. 86. 87. & Teiſſier P. I. p. 440. f. Hujus memoriam

Mummio cenſoribus redemiſſet: decreviſſe Senatum "
ut de ea re cognoſcerent atque ſtatuerent Conſules. Hic "
tu in ſylva Scantia, legendum putaviſti, quæ vecti- "
galis populo Rom. fuerit, ut ex prima actione de le- "
ge Agraria contra Rullum apparet. Verum ego "
in ſylva Sila magis probavi Primum ob ejus ſylvæ "
nobilitatem, cujus mox afferemus exempla, deinde "
propter Codicis quem ex Jaſonis Mayni Bibliothe- "
ca Wertherus noſter comparavit, manuſcripti ve- "
ſtigia. In eo autem legitur, ſilva ſita, unius tan- "
tum literæ immutatione, culpa fortaſſe & errore "
aut Cypriani Bergomatis aut Flavii Blondii qui il- "
los libros in Inſubribus mirifico caſu inventos, pri- "
mi deſcripſerunt. Sila autem nomen ſylvæ eſt "
apud Salluſtium, montis apud Virgilium. Sallu- "
ſtii locum adducit Servius Gramm. Virgilii in ple- "
riſque Codicibus corruptus eſt. Idem Servius Si- "
lam ſylvam eſſe ait Lucaniæ, Vibius ſequeſter, Bru- "
tiorum. Utrum autem ea ſylva vectigalis fuerit "
propter materiam, aut propter paſtionem an "
utrumque, credere facilius eſt quàm affirmare. In- "
gentem Silam appellat Virgilius & Lucaniæ atque "
Brutiorum ac maris denique fuiſſe Siculi regioni- "
bus terminatam ex Servii & Sequeſtri annotatione "
non obſcure poteſt intelligi. Alter locus eſt in "
ſecundo de Inventione libro, qui ita in vulgatis edi- "
tionibus legitur: *In iis omnibus, quæ ante dicta ſunt,* "
quid difficulter fieri & quid facile fieri poſſit, oportet "
conſiderare. In hoc loco cenſui tollendam dictio- "
nem difficulter, ex collatione illorum verborum in "
Partitionibus: *Cum autem quæritur, quid fieri poſ-* "
ſit videndum etiam eſt, quid facile poſſit. Quod au- "
tem

„tem coram tum afferrem firmius, nihil equidem „habebam, ſed inveſtiganti mihi Georgius Pylan-„der, communium in Patria ſtudiorum Socius, nunc „in urbe Xenodochii inter Capitolinum & Palati-„num Medicus exemplum vetus oſtendit, in quo ea-„dem lectio ſincera adhuc & incorrupta manet. „Huc accedit locus Ariſtotelis ad Theodecten, qui „mihi quidem dubitationem tollere omnem vide-„tur. δυνατὰ δὲ διχῶς ἐςὶ τάτε γιγνόμενα ῥάδια „δὲ ὅσα ἢ ἄνευ λύπης ἢ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ, τὸ γὰρ „χαλεπὸν ὁρίζεται ἢ λύπῃ ἢ πλήθει χρόνȣ. „Hunc locum ut ſolet imitatus Cicero eſt, & illu-„ſtrius explicuit, qui integer hoc modo legendus „eſt: *Quid fieri & quid facile fieri poſſit, oportet con-„ſiderare.* Facile id dicimus, quod ſine magno aut „ſine ullo labore ſumptu moleſtia, quàm breviſſi-„mo tempore confici poteſt. Poſſe autem fieri, „quod quanquam laboris, ſumtus moleſtiæ, longin-„quitatis indiget: atque aut omnes aut plurimas „aut maximas cauſas habet difficultatis, tamen his „ſuſceptis difficultatibus compleri atque ad exitum „perduci poteſt. Hæc Paule, cum veritatis inve-„ſtigandæ, tum meæ etiam ſententiæ defendendæ „gratia ſcripſi prolixius. Addam ſuperioribus & „& alium locum ex ultima ad Papirium Epiſtola „lib. IX. Epiſtol. quem ita emendaſti. Ille Baro te „putabat quæſiturum Unum cœlum eſſet, an innu-„merabilia, attuliſti autem conjecturam eruditam. „Ego vero ſcribendum arbitror, Ille Varo quæ di-„ctio hactenus quaſi exulavit e lingua Latina, expli-„cata tamen a Perſii interprete, cui Cornuti no-

men

men inſcribitur. Perſii verſus ſunt ſatyra 5.

- - - Heu heu!

Varo reguſtatum digito terebrare ſalinum

Contemtus perages, ſi vivere cum Jove tendis.

Sententiam quidam recentiores interpretes aſſecu-" ti ſunt, ſed vocabulum ipſum vetuſtas tantum ex-" poſuit, Varones, iuquiens, dicuntur ſervi militum," qui utique ſtultiſſimi ſunt, ſervi ſcilicet ſtultorum." Unde Varones quosvis homines imperitos nomi-" namus. Cicero 2. de Finibus. Hæc cum loque-" ris, nos Varones ſtupemus, tu videlicet tecum ipſe" rides. Qno in loco in vulgatis Codicibus qui-" dam emendarunt, Nos Varrones, alii legunt, Nos" Bardi. Verum illi non rectè verbo lituram addi-" derunt, hi veterem dictionem non intellectam, te-" meritate ſuſtulerunt. Poſtridie, ſi, ut conſtitui-" mus, te videro plura, niſi moleſtum erit, coram," & fortaſſe etiam alia commentabimur. Caſtiga" tiones in Varronis de lingua Latina libros avidè" percurri, quas deſcripſiſſem, niſi tu earum brevi" edendarum ſpem nobis certiſſimam feciſſes. Vale" in Vrbe, ex hoſpitio Campani Vaticani Non. Mar-" tii M.D.XLIII.,, *Petrus Victorius*, cujus in notitiam perveniſſe Fabricium etiam contigit, ingenio & ſtilo, quod Thuanus refert Hiſtoriar. L. LVXXII. p. m. 94. rem literariam multum illuſtravit & a. 1585. exceſſit è vivis, relictis variis ſui ingenii monumentis. Annotationibus videlicet variis & Caſtigationibus in Varronem, Catonem, Columellam, Ciceronem & Ariſtotelem ad ſuperſtitionem uſque Latinus teſte Morhofio in libello de conſcribendis Epiſtolis p. 14. de quo ex Balſacii Epiſtolis Bailletus refert, quod

quod ipſius quoque Galliarum Regis Henrici III. Epiſtolas amicitiam ejus expetentis acceperit Jugemens T. II. P. II. p. 237. Grævius vero in Præfat. Ciceronis ad familiares Epiſtolis præmiſſa graviter pronunciat, uni illi plus Ciceronem debere quam reliquis omnibus, qui in eo perpoliendo tempus ſtudiumque poſuerunt. Conf. Teisſier d. ſupra l. p. 145. *Bartholomæus Marlianus* Eques D. Petri Romæ ſcripſit Typographiam, quam T. III. Theſauri Antiquit. Romanarum f. 53. celeberrimus Grævius recudi fecit, monens in iſtius Præfat. quod cum Romæ verſaretur Fabricius Marliano uſus ſit familiariter *Hadrianus Gulielmus*, multæ eruditionis homo, ut verſatisſimus in omni antiquitate, ita in colligendis rarioribus monumentis perinduſtrius, de quo Nicolaus Toppi in Bibliotheca Neapolitana a. 1675. edita f. 2. "la ſua caſa era frequentata continuamente da' Cittadini e foreſtieri curioſi, per conſervar, in eſſa, un numero innumerabile di ſtatue, inſcrittioni, medaglie & Pietre pretioſe." Hujus meminit Noſter in Obſervationibus de rebus ac nominibus metallicis, quæ cum aliis id genus libellis Tiguri a. 1565. exierunt p. 21. his verbis: "E plumbeis chartis codices olim fuiſſe factos conſtat, quales ſub terra inventos in ſepulchris ſcimus, Neapoli; & unum nobis monſtravit vir Nobilisſimus Hadrianus Gulielmus totius antiquitatis inveſtigator diligens. d.) Ex literariis monumentis, quæ ex Italia domum ſecum reportavit Fabricius, Donati & Servii ſufficiat jam memoraſſe Commentarios in Virgilium quos tum ederet, Carmen iisdem præmiſſum eſt Hoſpitis & Bibliopolæ continens col-

colloquium, & induſtriæ ſimul ipſius teſtimonium luculentum, in quo Donati opus in his oris non fertur viſum, & eodem dicitur prodire ſtudio

Purgatus mendis Servius innumeris.

Memorabitur infra eidem peregrinationi Romæ deſcriptionem & Antiquitatum II. nos debere Libros. "Enimvero non eo modo varia loca contemplatus eſt Fabricius, quo plerique alii, qui aſpectu ſolo" contenti ſunt, ſed ita in omnes partes, angulos, re-" ceſſus, templa, arces, oculos & mentem conjecit;" ut conferre pene ſingula cum antiquorum deſcri-" ptionibus, quæ in Poëtis præſertim ſparſæ ſunt, in" ciperet, quæ ſunt verba Dreſſeri in Orat. de Geor-" gio Fabricio p. 760.,, e.) Quod pericula attinet, non ſingulis modo annis, menſe potiſſimum Auguſto cum morbo quodam conflictatus eſt, quod ad Avunculnm ſcribens refert; ſed Miſam etiam Umbriæ fluvium fatalem pene ſibi eſt expertus, de eodem ſic in Itinere Romano p. m. 13. canens:

- Vix ope ſum Miſæ ſervatus in undis
Vectoris, quid me torta vertigine cæcum
Jam vortex celeri raptabat in æquora curſu,

Wertheri autem diſcriminis multiplicis, cujus aut ſocius ipſe fuit, aut ſenſu ſaltem non potuit carere, mentione ita facit ad Wertherum ſcribens: "In illis profectionibus non ſine periculo verſatus es. Nam" & Mantuam eundo in diſcrimen fortunarum inci-" diſti & redeundo in flumine periclitatus es, ut & in" ripa Eſid s intra Senogalliam & Anconam, & in" aſcenſu cujusdam præcipitii, quia aberraveras via," eundo Peruſiam. Romæ præterea lapſu marmorei" cujusdam ſepulchri crura ac pedem adeo offendi-"

ſti,

„ſti, ut, niſi lignum quoddam jacuiſſet intermedi-„um, ejus pedis officio nunquam fungi potuiſſes.„ Adduxit hæc verba P. Albinus, quæ unde hauſerit, neſcius ſum, in Hiſtoria gentis Wertherorum f. 49.

IX. Redux ex Italia Fabricius annum integrum Beuchlingii ſubſtitit & a XLIV. ſupra milleſimum & quingenteſimum cum fratribus VVolfgangi, Philippo & Antonio, Argentoratum ivit, moderaturus ipſorum induſtriam, a.) *ibidemque Jacobi Sturmii doctrina juxta atque conſuetudine uſus eſt ipſamque Academiam illam matrem expertus almam & beneficam* b.) *ſe atque ſuos præſtantisſimis artium doctoribus egregie commendavit & laudis iſtius, qua VVertheri floruerunt, extitit amplificator.* c)

a.) Idem, quem hic teſtem ſæpius cito, Petrus Albinus de Philippo & Antonio Wertheris fratribus exponit, memoratque, utrumque ad Wolfgangi exemplum literis dediſſe operam & ad eruditionem non vulgarem eniſos eſſe; & Philippum quidem a. 1536. Lipſiam & a. 1540. Witebergam, Antonium a. 1537. Lipſiam deductum fuiſſe, cumque Argentoratum ambo ex eunte a. 1544. veniſſent & Fabricium ſuum uſque ad vernum tempus a. 1546.

a. 1546. ſecum habuiſſent, octo deinde adhuc annos ſolos ibi ſubſtitiſſe, & a. 1554. peregre abiiſſe in Galliam; Antonium tandem, ſpreto honorum ſplendore, privatum vixiſſe, & ad mortem uſque h. e. a. 1579. quietum ſuis Muſis vacaſſe; Philippum vero à Conſiliis fuiſſe Auguſto Electori & Legatum hujus nomine ad Ferdinandum II. Maximilianum II. & Rudolphum commeaſſe, & in aula Imperatorum a prudentia ſua habuiſſe cognomen, tandemque non relicta ſobole, quod ſterile ipſius fuerat conjugium, Beuchlingii a. 1588. deceſſiſſe. Cum his fratribus adeo, quos poſt reditum ex Italia bonas artes Beuchlingii per annum docuerat, d. 12. Octob. a. 1544. Argentoratum venit, & ad Majum uſque Menſem a. 1546. ibidem commoratus eſt. Teſtantur illud non Albinus modo in Chronico f. 363. Henricus Pantaleon in Proſopographia P. III. f. 504. Dreſſerus p. 761. Adamus f. 118. verum ipſe etiam iter iſtud Argentoratenſe ſingulari carmine deſcripſit Itinerum p. 56. ſ. cujus in Epiſtola itidem meminit, ad avunculum ſcripta Germanicè, unde & ex Dedicatione Itinerum ad Philippum & Antonium, ſimul intelligo, quod & fratrem ſuum Blaſium Argentoratum tum una abduxerit. b*) Docebat ibidem tum Jo. Sturmius, quem ſive Ciceronem Germaniæ ſive Platonem etiam aut Ariſtotelem dixeris, non aberrabis, atque è Gallia vocatus ſcholam non ita pridem bonarum artium cum maximo eruditorum Virorum applauſu aperuerat, de quo Thuan. L. XCVI. p. 728. & cum Thuano Teiſſier p. II. p. 94. cumprimis vero Melch. Adamus in Vitis Philoſoph. ſ. m. 158. ſq. exponit. Ejus fama ergo moti cum

Fabricio duo Wertheri eo venerunt, & docentem ſcientias varias una omnes ſectati ſunt, facitque huc quod Paulus Cherlerus in Jambico Carmine Poëtis Fabricii Chriſtianis ſub finem adjecto ſcribit:

Succeſſit urbis moenibus
Trebotiæ ſublimibus
Urbis dedit cui nomina
Fortaſſis argentum ſua
Quo tunc Jo. Sturmius
Qui nunc ſecundus Tullius
Primum novenas virgines
Deduxerat Parnaſſides
Auditor ejus ſedulus
Noſter fuit Georgius
Pendens ab ore melleam
Fundentis eloquentiam.
Hunc intuens ſæpiſſime
Præceptor acri lumine
Simul videns induſtriam
Magnamque diligentiam
Miratus eſt & candidos
Mores in ipſo & integros
Vultusque caſtos è quibus
Pudor micabat aureus
Clauſoque ſpem ſub pectore
Cepit tacens, eum fore
Induſtrium doctiſſimum
Magnique nominis virum.
Nec ſpes fefellit credula
Probavit illa cetera
Marci eloquentis æmulo.

c.) Ceterum Wertherorum hic eximia enituit

vir-

virtus, quod ad ipſius GEORGII laudem non vulgarem pertinet, de quibus Rogerius Aſchamus, perdoctus inter Anglos ejus ætatis vir, ad Sturmium ſcribit, L. I. Epiſt. p. m. 82. "Gratulor immortali laudi Wertherorum, quod tuo conſilio & eorum" merito tecum in tuo Rhetorico Ariſtotelico collo" quuntur. Tu enim hoc modo efficies, ut nomen" hujus familiæ non ſolum nobilitatis ſed virtutis &" eruditionis inſigne poſteris eſſe videatur. Exem" plum Wertherorum uſurpavi & ego & in multis" literis meis ad excitandam nobilitatem Anglica" nam ad idem ſtudium & ſimilem laudem. Alibi" de Philippo ſeorſim agens Aſchamus, Multum in" quit amo Philippum Wertherum, quia te amat &" ſtudia literarum colit & nobiliſſimam ſuam Fami" liam ſplendore etiam literarum illuſtriorem facit," ſed plus amo, quia ipſe tam cupidus eſt audiendi" te fuſius dicentem de Chriſti religione & te horta" tur; quod ego quoque efflagito, ut creberrimum" longiſſimumque ſermonem ſemper de DEO ejus" que doctrina reliquo colloquio tuo annectas Epi" ſtol. p. 90. iterumque in alia Epiſtola: Antonius" & Philippus tam veri nobiles, quàm Germani fra" tres præſentiſſima ſua humanitate nonnihil levave" runt meum abſentis tui deſiderium p. 92.,, Unum adhuc placet ſubjicere ipſius nimirum Fabricii de Wertheris judicium grave, reperiri, dicentis, in" Thuringia tres Wertheros, quorum ſimiles ſi qua" tuor adhuc darentur, ſapientes æque doctosque ac" prudentes, hos ſeptem quidem univerſum imperi" um Romano-Germanicum moderari poſſe, quod" adducit Petrus Albinus d. libr. f. 52.

λ. Merebatur ergo labor Noſtri honoribus præmiisque atque ſplendore decorari & theatrum ſuum eximia poſcebat virtus in quo palam ſpectaretur, quæ velut poſt ſiparium nervos ſuos hactenus contenderat. Ut ergo ante iter illud Italicum Lipſiæ jam Chemnitii & Freibergæ adoleſcentibus perdocendis operam ſuam naraverat viſus ubique partibus ſuis ſtrenuè defungi a.) *ita a. 1546. connitente potisſimum Jo. Rivio Miſenam evocatus eſt, ut ludum ibi Electoralem, quem bonis auſpiciis non pridem ita aperiri contigerat moderaretur, quam ſpartam ad vitæ uſque finem cum ſumma gloria ornavit* b.) *adventansque ſocios laboris habuit præſtantisſimos viros Matthiam Marcum Dabercuſium & Hiobum Magdeburgum, quos haud poenitendos Magiſtros ea tum etiam ætas ſuſpiciebat.* c)

a.) Non ſolus memorat Albinus, quod Lipſiæ circa a. 1536. ſub Caſp. Bornero Collaborator, ut vocabant, extiterit in Schola Thomana, mox ſub Valentino Hertelio Chemnicii, & ſub Jo. Rivio Frei-

Freibergæ ſimiliter, publici Præceptoris officium geſſerit fol. 363. Nam & quod Freibergam maxime attinet, ipſe Fabricius in Vita Rivii X. 6. ſcribit: "Collegæ eramus, Adamus Siberus, Jobus Magdeburgus, Ego, & erat celebre nomen urbis Freiber-" gæ, quod ibi antea docuerant Viri Clariſſimi, Re-" gius Aeſticampianus, Petrus Moſellanus Trevir," Richardus Sbrulius Torolivienſis, Jacobus Sobius" Colonienſis;,, & in Epiſtola ad avunculum Germanica, quam identidem adduco, ſe per hiemem (h. e. a. 1538. exeunte & ineunte 1539.) cum Rivio Freibergæ fuiſſe, memorat; conf. Hempelius in Præfatione ad librum Hieronymi Welleri nonnulla continentem ſcripta, quem a. 1581. edidit, ubi b. 6. ita ſcribit: "Mea poſtea memoria in ſchola hic claruerunt Joh. Rivius Pater, magiſter morum ſe-" veriſſimus, cum Collegis Marco Dabercuſio in" Græcis literis excellenter docto, Georgio Fabricio" Chemnicenſi, quem ſua ſanctiſſima Poëmata & a-" lia, quæ edidit, utilia ſcripta ſatis commendant &" Johanne Hermanno, Muſico eximio.,, Moller in Chronico Freibergenſi P. I. p. 312. 313. qui Siberum poſt Fabricii diſceſſum, ſupremum Rivii Collegam, ait fuiſſe; & p. 192. 193. ubi ante Fabricium jam Dabercuſium in ſchola illa Supremum extitiſſe teſtatur. Hinc Jo. Bocerus in Carmine de Freiberga, quod Lipſiæ a. 1577. in 4. exiit h. 2. de ipſo:

Qui Freibergiacam produxit in arva juventam
Aonidum primusque levi certare Thalia
Juſſit, & argutas verſus ediſcere Nymphas
Magna metalliferi penes eſt quas gloria montis.

Exinde gratus etiam noſter multorum Freibergen-

 ſium

ſium celebravit memoriam ſcriptis Epitaphiis Nicol. Hauſmanno, Jo. Hauſmanno Conſ. Freiberg. Martino Bœclero, Viro erga ſtudioſos maxime liberali; Valentino Gravio, Michaeli Jegero Conſuli, quæ extant aliis addita ad finem carminis Boceriani & Jegeri etiam in libello D. Hieronymi Welleri ſupra modo adducto p. 170. b.) Quod vero Miſenam ad Rectoris munus & gubernationem ejus ludi. qui 1543. d. 3. Julii apertus erat (vid. Origines Saxon. L. IX. f. 98. & Annales Miſenenſes L. III. f. m. 93.) acerſitus ſit, cum Albino d. ſupra l. Dreſſerus in Oratione de Georgio Fabricio p. 761. Henricus Pantaleon in Proſopogr. P. III. f. 504. qui tamen minus accuratè eam functionem a. 1545. noſtrum ſuſcepiſſe perhibet, Adamus in Vitis f. 118. Jo. Albertus Fabricius in Cent. Fabricior. p. 25. Clarmundus in Vitis Clariſſim. Viror. P. III. p. 158. annotant, quorum hic, cum poſt iter in Italiam ſuſceptum Freibergæ docuiſſe Fabricium ſcribit, novum errat errorem. Eſt Eteoſtichon integrum obvium in Chronologia quadam MSCta Michaelis *Papſts*, qui Paſtorem Mohornæ in pago haud longe Freiberga diſtante, egit, ex qua Venerabilis Fribergenſium ſacrorum Antiſtes Dn. D. Lehmannus in mei gratiam nonnihil juſſit deſcribi: Ejus primum membrum natalem; alterum obitum poſtremum ſuſceptæ gubernationis Scholaſticæ tempus denotat:

nVsqVaM tVta fIDes MVnDI heV fortVna VaLeto
DVX sVperVM noſtras Vrget ab aXe VIas.

Ipſe vero etiam in Annalibus Urbis ad a. 1546. f. m. 94.

94. ſui iſtius muneris novi mentionem injicit, & ſimul omnem rationem inſtitutionis & gubernationis illuſtris ludi breviter percenſet. Non erit vidiæ Lectori benevolo ipſa hic legere verba illa, & qualia fuerint initia Scholæ hujus noſtræ percipere. Ita vero Fabricius: "Ludus illuſtris apertus v. Non. Julii, cui dicatum Illuſtris Ducis Saxoniæ D. Mau-" ricii beneficentia cœnobium Afranum. Aluntur" in eo pueri centum, cum quatuor præceptoribus" qui in pietate vera & bonis literis ac honeſtis mo-" ribus juventutem formant atque inſtituunt. Pri-" mi Præceptores conſtituti Hermannus Vulpius, ex" urbe evocatus, Matthias Dabercuſius Hiobus Mag-" deburgus, Laurentius Hofmannus Muſicus, Oeco-" nomus Jo. Rosbachius. Eccleſiæ Paſtor D. Ni-" colaus Cummerſtadius in hac urbe natus. Anno" ante, quadrageſimo videlicet quinto ſeculi decimi" ſexti ad aliam in ſchola Lipſienſi provinciam capeſſendam fuerat invitatus Fabricius, ſed obſequi invitantibus renuerat, quem rei literariæ ſtatorem Miſenenſi Electorali ludo divina providentia commodatura erat. Habeo ipſius ad Meurerum Profeſſorem & Senatorem Lipſienſem Epiſtolam Argentor. XI. Calend. Decembr. a. MDXLV. ſcriptam, è qua verba huc ſpectantia lubet depromere, propterea quod quantum a Fuggeris etiam deſideratus ſit, quæque propoſiti ipſius fuerit ratio ex iisdem intelligi poteſt. "Vocas me, ſcribit, ad munus ſcholaſti-" cum; Sed labor ſcholarum, qualis ſit ipſe noſti," & ego, cum lego Borneri Epiſtolam, ea de re ſcri-" ptam ad me anno ſuperiore, quoquo modo illud" onus fugere cupio; & ex iis, de quibus tu nunc"

„ſcribis, diſſenſionibus ac periculis multis, quæ „quotidie intueor, plane exhorreſco. Neque mi-„hi deſunt, quæ me aliò trahant: nam ut præſentem „ſtatum omittam, in quo ſtudiorum meorum gra-„tia acquieſco, hoc ipſo menſe Fuggerorum nomi-„ne in ſingulos annos LL. coronati, cum victu, li-„bris, veſtibus, oblati ſunt, adjuncto etiam copio-„ſo honorario, ſi triennium cum Huldérico, quem „tu Patavii vidiſti, vivere velim. Judicium igitur „Borneri, res ipſa, ſpes amplisſimi præmii me facile „deterrent ab eo munere , ad quod nemo niſi vi „coactus, aut impulſus inopia accedit. Verum cau-„ſas tui conſilii adfers magnas, caritatem patriæ & „ſtudia juventutis, quæ quidem apud bonorum ani-„mos non ſolum iſtis, quæ dixi præmiis, verum ipſi „etiam vitæ ſunt anteponenda. Atqui non una „ratio eſt demerendæ patriæ & conſulendi ſtudiis „aliorum, quarum etiam aliquot continet Borneri „epiſtola. Quid igitur facies? inquis. Ego, mi „Wolfgange, laborem ſcholaſticum neque fugio „neque detrecto, imo hunc mihi à puero propoſui „& in eadem nunc quoque maneo ſententia, quem „etiamſi non uno aut altero etiam anno ſubeam & „intra breve annorum ſpatium: non puto me id-„eo patriæ defuturum aut officio meo, & dum illa „mihi comparo argumenta, quæ ad tale negotium „munusque neceſſario pertinent & patria mihi „ignoſcet & amici Viri boni atque æqui concedent. „Tantum ad epiſtolæ tuæ partem præcipuam. „ Notandum hic eſt errare viros quosdam celeberri-mos, qui illuſtri huic ludo poſt Jo. Rivii obitum præ-fectum demum vel huic etiam ſucceſsiſſe ſcribunt ut

ſunt

ſunt Thuanus Hiſtoriar. L. XII. p. m. 574. ubi & minus accurate ab Henrico Saxone Mauricii VIIviri patre evocatum Miſenæ pueritiæ ac juventuti inſtituendæ ſedulam operam totos 25. annos impendiſſe ſcribit. Melchior Adamus in Vitis Germanorum Philoſophorum f. 74. Quendſtedius de Patriis Viror. illuſtr. p. 206. Burckardus de fatis LL. in Germania c. V. p. 376. Caſp. Sagittarius in Vita Terentii, p. 63. Hanckius de Romanarum rerum ſcriptoribus P. I. c. 60. imo &, quod miteris, ipſe Paulus Cherlerus in Carmine, quod Fabricii Commentariis in Poëtas Chriſtianos ſubjungitur, ubi inter alia ſic canit:

Ac interim vita pius
Decedit iſte Rivius
Quem propter ipſum nobilis
Creavit urbs Atthendoris
Hujus vocatus in locum
Noſter GEORGIUS ſtatim
Venit Miſenam & erudita
Scholæ capesſit munera

at vero aliter nos de Jo. Rivio ſupra ad N. 4. ſcripſimus, aliterque etiam Henricus Pantaleon in Proſopograph. P. III. f. 504. cum Jo. Rivio, ejus ſcholæ Inſpectore, aliquandiu familiariter vixiſſe Noſtrum docet; imo ipſe Fabricius Scholæ Inſpectorem facit Rivium in Vita Rivii f. 6. & Jacobus filius in Continuatione Originum Saxonicarum L. IX. f. 99. ubi a. 1545. Conſiſtorium hic Miſenæ conſtitutum ſerenisſimis auſpiciis Præſidemque Henricum Bunavium Weiſenſteinenſem, ſociosque ipſi datos teſtatur Wenceslaum Neumannum JCtum Jo. Rivium

& Laurentium Schraterum, tum & Andr. Moller. in Chronico Freibergenſi P. I. p. 294. & apparet ex Laurentii Fauſti deſcriptione Miſenæ urbis, quod Hermannus Vulpius primus Scholæ Rector a. 1543. dictus ſit & hunc triennio poſt exceperit Noſter. Notavit illum plurimorum errorem jam ante me quoque Excellentiſſimus Menckenius in diſſert. de Græc. & Latin. Literarum inſtaurationibus §. 30. poteritque & alius hic ſimul Teisſierii corrigi qui in Additamentis ad Elogia e Thuano, Rivium Conſiliarii munere apud Georgium functum tradit, quem Mauricii gratia ad iſtud munus evectum fuiſſe novimus. c.) Collegas Fabricius huc delatus fama celeberrimos habuit Viros *Matthiam Marcum Dabercuſium* & *Jobum Magdeburgum*, quos Michael Neander in Dedicat. Theologiæ Lutheri A. 4. ſymmiſtas & Collegas Georgii præſtantiſſimos doctiſſimos ac laudatiſſimos Præceptores nominat. Et Dabercuſium quidem Præceptorem primo Annebergæ colebat Noſter, quo Jo. Rivius ipſum traxerat. Audiamus, quæ P. Jeniſius in Deſcriptione Annebergæ P. I. p. 64. ea de re memoret: "Matth. Marcus Dabercuſius Præceptor, ſcribit ille, in hac ſchola Georgii Fabricii, poſtea ipſius in illuſtri Gymnaſio ad Albim Collega. Hunc ex inferiore Germania adductum ſecum familiarem habuit Jo. Rivius. Græcam linguam adjuncto Autore aliquo, imprimis Homero, certis horis docuit, nec inter Collegas ſcholæ numeratus eſt, quod juſſu Rivii doceret, & quidem gratis; quemadmodum & quosdam diſcipulorum alios docendo ſe exercere volebat, & diligentiæ exemplum eſſe ceteris. Hac induſtria

factum

factum ut ſchola eſſet frequentiſſima & admodum celebris. „ Legi vero etiam Adami Siberi idem de Dabercuſio docentem Epiſtolam, ſcriptam ad Megaloburgenſium Ducis Jo Alberti Conſiliarium Primarium D. Andream Mylium Calend. April. a. 1572, & a Provincialis Scholæ, quæ ad Moldam eſt, Con-R. meritiſſimo Dn. Schumachero ad me miſſam, cujus ea hic repeti debent verba: "Amiſimus, Andrea Myli, octo menſium ſpatio præſtantes erudiendæ Pueritiæ artifices: nos in Hermunduris hic" Georgium Fabricium Chemnicenſem, vos ad Arcton iſthic Matthiam Marcum Dabercuſium. Fabricius condiſcipulus noſter fuerat, Matthias, cum" ſuo nutricio Jo. Rivio operam ſuam in inſtituendis" diſcipulis domeſticicis præberet Annebergi, præceptor: qui quidem major ſexagenario vitam miſeram hanc & mortalem cum beata & ſempiterna" commutavit. Itaque cum doluiſſem antea graviter propter obitum æqualis (nati enim ſumus uterque ego & Fabricius anno temporis ultimi" M.D.XVI.) nunc Magiſtri ex vita hac demigratione multo in majorem luctum ſum conjectus.„ Cum Rivius deinde ab Henrico Duce Saxoniæ Freibergam accerſeretur, quod Andreas Mollerus a. 1537. factum ſcribit in Chronico Freibergenſi c. IX. p. 292. ut Auguſti Principis inſtitutioni præeſſet, tum Dabercuſium, quem a Tilomanno ſibi commendatum filii loco habebat, ad Schnebergios miſit, & Collegam addidit Hieronymum Staudium, ut præſentia quidem Rivii abeſſet, ſed ratio inſtitutionis" & diſciplinæ eadem maneret, quæ Fabricii verba" ſunt in Vita Rivii n. 6. à quo Mollerus abit tamen

Rivi-

Rivinm Freibergam adduxiſſe ſecum ſcribens Matthiam Marcum Dabercuſium, qui ſupremus dictus ſit, quem exceperit Georgius Fabricius & Adamus Siberus imo Hiobus etiam Magdeburgus. Freiberga deinde Miſenam vocatus a. 1543. quod Laurentius Fauſt tradit d. l. p. 39. ipſo Feſto Trinitatis munus Con-Rectoris capeſſivit, ſed nonniſi ad a. 1553. ibi commoratus eſt, quo a Duce Megapolitano ad ludum Sverinenſem regendum fuit abductus, in quo munere a. 1572. ad vitam immortalem exceſſit. Scribit ea de re Fabricius ad Meurerum ſuum Miſena prid. Calend. Jun. a. 1552. "Matthias Collega „meus vocatur in inferiorem Saxoniam, a Jo. Alber„to Megalopyrgenſi honeſto ſalario ad aperiendum „ludum & jam in deliberatione eſt. Numeroſam „habet familiam & ære alieno opprimitur & ſi cer„to ſtatuerit ſecum juvabo illius commoda Illi deinde Compatri ſuo a. 1558. ſuas ex Plauto & Terentio ſelectas Elegantias idem dedicavit Fabricius, non ut rem meritis ejus in ſe parem, ſed ut promiſſum ipſi a ſe diſcedenti munuſculum. Eidem Meurero quo deſiderio Dabercuſii abſentis teneatur 4. Id. Febr. a. 1554 his verbis ſcribit: "Habebam, quem ad„hibebam in conſilium, Matthiam Marcum Daber„cuſium habebam Jo. Tettelbachium, quorum ſermo „ſuavis ac gravis multas mihi ſemper demſit mole„ſtias, quod nunc demum ſentio „ Chytræus virum vocat optimum & doctiſſimum, cujus de Grammatica Græca & Latina libri erudite & copioſe ſcripti extent Chronic. Saxon. L. XXIII. f. 605. Multum huic etiam laudis impertivit Jo. Caſelius tum in Oratione funebri Andr. Mylio ſcripta, tum in Epiſtola

ſtola quadam ad Jo. Rcccium, in qua inter alia Dabercuſio Scholam regente Sverinenſem pueros nobiles & fortunatos e provincia non ſolum ſed etiam ex longinquioribus locis è Boruſſia & è Polonia accurrere, nec inanes reverſos domum teſtatur, quem in laudatione Jo. Alberti Ducis Megalopolit. c. 4. Virum gnarum utriusque linguæ, ſolertem interpretem veterum, induſtrium formatorem, & ſtili, & morum, pueritiæ nominavit, quæ omnia excerpſi e Burckardi de fatis L. L. in Germania libro p. 375, 376. Quod *Jobum Magdeburgum* attinet nunc, is Annæbergenſis ortu condiſcipulatu gaviſus eſt Fabricii in urbe patria eidemque Tertius Collega (ſicut ab a. 1537. Freibergæ Jo. Rivio itidem Hypodidaſcalus) aſſedit, ut qui Miſenam jam a. 1543. in novam Scholam venerat. Inde Lubecam vocatus a. 1569 Rector ejus ludi aliquandiu ac Lubeca in aulam Megapolitanam invitatus juventutis Principes erudivit, ac Fribergæ tandem, quorſum ex inferiore Saxonia redierat, ut adoleſcentes ibi utramque linguam doceret d. 20. Febr. a. 1595. vitam cum morte commutavit vid. P. Jeniſius in Deſcriptione Annæbergæ P. I. p. 72. 73. Moller. in Chronic. Freib. P. I. C. IX. p. 293. & 316. qui epitaphium ipſi ſcriptum adfert; Summe Venerandus Lubecenſ. Antiſtes Dn. D. Götzius in Diſſertat. de Cultu Annæ p. 41. ubi Epiſtolam ejus ad G. Berſmannum Lubeca miſſam integrum inſerit, & Muſarum Coburgenſium Director Dn. Ludovici in Hiſtoria Rectorum & Scholar. P. I. p. 56. ſq. ubi Molleri error notandus eſt, qui in Introd. in Hiſtor. Cimbric. P. II. p. 490. ipſum in Schola Miſenenſi obiiſſe & Rectora-

ctoratu ibi functum arbitratur. Ejus ſcripta ex Jeniſio recenſet d. l. Ludovici; nos vero quantum dederit Fabricio doctiſſimus Vir, quodque hujus in iſtum fuerit ſtudium, vel inde æſtimari volumus, quod nuptias ſui Compatris Optimi Græco Carmine Odisque ornaverit, legendis in Nuptialium Carm. Georgio Fabricio ſcriptorum collectione p. 93. ſq. tum & Virgilio Fabricii nec non Elegantiis ex Ciceronis Epiſtolis collectis carmina præfixerit. Præter carmina ſponſæ Georgii nummum argenteum, in quo Lucretiæ effigies, donum obtulerat comitesque nummo hos addiderat verſus:

Sponſa mea ſimilem caſtam Lucretia mentem
Sed mea non opto triſtia fata tibi
Sis memor, hac oculos quoties incurret imago
Exemplum cunctis me eſſe pudicitiæ

d. l. p. 115. Sed nec eum Paulus Cherlerus ſilentio voluit tranſire, ita de doctiſſimis ſociis quaſi gratulaturus Fabricio:

Nuncque inter hos Græcus bonus
Eſt Magdeburgus: optimus
Vel à Viro Soravia
Vel quem dat urbs Pabergica.

Ceterum Magdeburgus veræ etiam pietatis aſſertor impiger & Fabricio adeo Rectori ſuo per omnia ὁμόφωνος id in optatis vel maxime habens, ut iſtius in ſcholis præ ceteris doctrinis exactior geratur cura. Placet nonnulla ejus verba hic apponere ex dedicatione collectionis ſententiarum ſacrarum, quas ex Apoſtolorum ſcriptis collegit & in locos communes diſtinctos, Græce & Latine editos, Baſileæ a. 1567. in 8. Bernardo Freidigero Electo-

tis

tis Auguſti Secretario dedicavit: Verba hæc ſunt: "Quæ enim alia cauſa eſt, quod pietatem verum" ſtudiorum finem in tanta ſtudioſorum multitud-" ne tam pauci hodie conſequantur: quam quod" in erudienda pueritia poſtrema de ſacrarum litera-" rum cognitione cura eſt? Qui fit, quod ingenia" nobiliſſima & excellentiſſima honorem ſolum &" pecuniam in ſtudiis ſpectant? Quod ſe tam recte" animum excoluiſſe credunt, cum opes colligendi " & adipiſcendi honores vias ac rationes didicere?" Quod ſacrarum literarum lectionem faſtidiunt at-" que propemodum nauſeant? quod denique de re-" ligione ſæpius, nec pie ſatis, nec reverenter ſenti-" unt & loquuntur? Inde nimirum, quod in pueri-" tia ſacris literis in ſcholis non imbuti ex auctori " bus profanis nil niſi profanos ſpiritus hauſerunt." Impia & execranda negligentia eſt, cujus rationem" reddituri ſumus omnes, quicunque crediti nobis a" DEO talenti pretium non expendimus nec id ea" qua oportebat fide damus fœnori. Pergit deinde:" quandoquidem igitur ita volente DEO omne me-" um ſtudium adoleſcentiæ dicatum eſt, pro mea mi-" hi parte elaborandum eſſe video, ut ex eo veros &" quamplurimos fructus percipiat. Non eſt autem " dubium, pietatem fructum ſtudiorum veriſſimum" eſſe & uberrimum.„ Idem & biennio ante a. 1560. Græce fecerat Lutheri Catechiſmum & filio Hiobo dedicaverat, in optatis ſibi eſſe maxime ſcribens, ut hic filius pietate & bonis literis ſit exculiſſimus, quem Catechiſmum Lipſiæ a. 1580. recuſum vidi. Præter duos Collegas iſtos, quos Fabricius novus Rector invenit, Collegam IV, qui Muſicum ſimul

chorum

chorum moderabatur, *Laurentium Hofmannum* primum habuit cumque 9. Calend. Novembr. a. 1547. placide obiiſſet Jo. Reuſchium, quem Compatrem itidem ſuum ad Meurerum ſcribens Calend. Novembr. ejus anni optabat in Hofmanni locum ſurrogari idque cum propter mores ejus, tum etiam propter ingenium, quod valde amare ſe fatetur. Utrumque laudat ad Meurerum ſcribens a. 1548. die Eulaliæ: "optime noſti quali nomine indigeamus „& qualem antea habuerimus Hofmannum & Reu„ſchium, qui, etiamſi non Iberici & Belgici, boni ta„men viri fuerunt ac eruditi Muſici. „

XI. Hactenus comites Fabricio Italiam peragranti & Argentorati deinde commoranti ivimus, & ſequebamur eundem porro Miſenam evocatum ad capeſſendam Spartam quam conſtanter poſtmodum ornavit. Jam ad conjugium ipſius delabimur, memorabile cumprimis animorum non magis feliciſſima conglutinatione, quam procreatis optimæ indolis ſpeique liberis variis. Fori enim ſociam adſcivit ſibi Georgius Magdalenam, Jo. Fauſti Ooeconomi Electoralis ſcholæ filiam virginem pietatis & verecundiæ ſpectatiſſimam laudibus

dibus atque ob morum inſuper ſuavitatem præ ceteris commendandam, imo priſcæ deinde ſanctimoniæ matrem, quæ cum marito educationis tædium laboresque libenter partiens teneram ſuorum ætatem virtutum rudimentis probe imbuit ſurgentesque in decoram rectamque proceritatem felici direxit ſtudio, a.) *Duxerat eam Noſter a.* 1557. *applaudentibus pasſim amicis & felicis uteri experiebatur fœminam, quippe quæ undecim puerperiis aucta octo ipſi filios filiasque præterea tres pariebat, quos inter tres filii Johannes Andreas & Blaſius vivo adhuc patre tenelli omnes ex hac vita migrarunt; reliqui cum ſororibus Georgius, Jacobus, Henricus, Chriſtianus cum Magdalena, Margaretha, Anna ſuperſtites ab ipſo relicti ſunt & ſecuta poſthuma deinceps proles Maria, viſusque fuit Jacobus maxime iisdem itineribus ingredi, quibus præceſſerat Pater ingenii & ſtu-*

 diorum

„ſti, ut, niſi lignum quoddam jacuiſſet intermedi-„um, ejus pedis officio nunquam fungi potuiſſes.„ Adduxit hæc verba P. Albinus, quæ unde hauſerit, neſcius ſum, in Hiſtoria gentis Wertherorum f. 49.

IX. Redux ex Italia Fabricius annum integrum Beuchlingii ſubſtitit & a XLIV. ſupra milleſimum & quingenteſimum cum fratribus VVolfgangi, Philippo & Antonio, Argentoratum ivit, moderaturus ipſorum induſtriam, a.) *ibidemque Jacobi Sturmii doctrina juxta atque conſuetudine uſus eſt ipſamque Academiam illam matrem expertus almam & beneficam* b.) *ſe atque ſuos præſtantisſimis artium doctoribus egregie commendavit & laudis iſtius, qua VVertheri floruerunt, extitit amplificator.* c)

a.) Idem, quem hic teſtem ſæpius cito, Petrus Albinus de Philippo & Antonio Wertheris fratribus exponit, memoratque, utrumque ad Wolfgangi exemplum literis dediſſe operam & ad eruditionem non vulgarem eniſos eſſe; & Philippum quidem a. 1536. Lipſiam & a. 1540. Witebergam, Antonium a. 1537. Lipſiam deductum fuiſſe, cumque Argentoratum ambo ex eunte a. 1544. veniſſent & Fabricium ſuum uſque ad vernum tempus a. 1546.

a. 1546. ſecum habuiſſent, octo deinde adhuc annos ſolos ibi ſubſtitiſſe, & a. 1554. peregre abiiſſe in Galliam; Antonium tandem, ſpreto honorum ſplendore, privatum vixiſſe, & ad mortem uſque h. e. a. 1579. quietum ſuis Muſis vacaſſe; Philippum vero à Conſiliis fuiſſe Auguſto Electori & Legatum hujus nomine ad Ferdinandum II. Maximilianum II. & Rudolphum commeaſſe, & in aula Imperatorum a prudentia ſua habuiſſe cognomen, tandemque non relicta ſobole, quod ſterile ipſius fuerat conjugium, Beuchlingii a. 1588. deceſſiſſe. Cum his fratribus adeo, quos poſt reditum ex Italia bonas artes Beuchlingii per annum docuerat. d. 12. Octob. a. 1544. Argentoratum venit, & ad Majum uſque Menſem a. 1546. ibidem commoratus eſt. Teſtantur illud non Albinus modo in Chronico f. 363. Henricus Pantaleon in Proſopographia P. III. f. 504. Dreſſerus p. 761. Adamus f. 118. verum ipſe etiam iter iſtud Argentoratenſe ſingulari carmine deſcripſit Itinerum p. 56. ſ. cujus in Epiſtola itidem meminit, ad avunculum ſcripta Germanicè, unde & ex Dedicatione Itinerum ad Philippum & Antonium, ſimul intelligo, quod & fratrem ſuum Blaſium Argentoratum tum una abduxerit. b) Docebat ibidem tum Jo. Sturmius, quem ſive Ciceronem Germaniæ ſive Platonem etiam aut Ariſtotelem dixeris, non aberrabis, atque è Gallia vocatus ſcholam non ita pridem bonarum artium cum maximo eruditorum Virorum applauſu aperuerat, de quo Thuan. L. XCVI. p. 728. & cum Thuano Teiſſier p. II. p. 94. cumprimis vero Melch. Adamus in Vitis Philoſoph. f. m. 158. ſq. exponit. Ejus fama ergo moti cum

Fabricio duo Wertheri eo venerunt, & docentem ſcientias varias una omnes ſectati ſunt, facitque huc quod Paulus Cherlerus in Jambico Carmine Poëtis Fabricii Chriſtianis ſub finem adjecto ſcribit:

Succeſſit urbis mœnibus
Trebotiæ ſublimibus
Urbis dedit cui nomina
Fortaſſis argentum ſua
Quo tunc Jo. Sturmius
Qui nunc ſecundus Tullius
Primum novenas virgines
Deduxerat Parnaſſides
Auditor ejus ſedulus
Noſter fuit Georgius
Pendens ab ore melleam
Fundentis eloquentiam.
Hunc intuens ſæpiſſime
Præceptor acri lumine
Simul videns induſtriam
Magnamque diligentiam
Miratus eſt & candidos
Mores in ipſo & integros
Vultusque caſtos è quibus
Pudor micabat aureus
Clauſoque ſpem ſub pectore
Cepit tacens, eum fore
Induſtrium doctisſimum
Magnique nominis virum.
Nec ſpes fefellit credula
Probavit illa cetera
Marci eloquentis æmulo.

c.) Ceterum Wertherorum hic eximia enituit vir-

virtus, quod ad ipſius GEORGII laudem non vulgarem pertinet, de quibus Rogerius Aſchamus, perdoctus inter Anglos ejus ætatis vir ; ad Sturmium ſcribit, L. I. Epiſt. p. m. 82. "Gratulor immortali laudi Wertherorum, quod tuo conſilio & eorum" merito tecum in tuo Rhetorico Ariſtotelico collo " quuntur. Tu enim hoc modo efficies, ut nomen" hujus familiæ non ſolum nobilitatis ſed virtutis &" eruditionis inſigne poſteris eſſe videatur. Exem " plum Wertherorum uſurpavi & ego & in multis" literis meis ad excitandam nobilitatem Anglica-" nam ad idem ſtudium & ſimilem laudem. Alibi" de Philippo ſeorſim agens Aſchamus, Multum in-" quit amo Philippum Wertherum, quia te amat &" ſtudia literarum colit & nobiliſſimam ſuam Fami-" liam ſplendore etiam literarum illuſtriorem facit," ſed plus amo, quia ipſe tam cupidus eſt audiendi" te fuſius dicentem de Chriſti religione & te horta-" tur; quod ego quoque efflagito, ut creberrimum" longiſſimumque ſermonem ſemper de DEO ejus-" que doctrina reliquo colloquio tuo annectas Epi-" ſtol. p. 90. iterumque in alia Epiſtola: Antonius" & Philippus tam veri nobiles, quàm Germani fra-" tres præſentiſſima ſua humanitate nonnihil levave-" runt meum abſentis tui deſiderium p. 92.,, Unum adhuc placet ſubjicere ipſius nimirum Fabricii de Wertheris judicium grave, reperiri, dicentis, in" Thuringia tres Wertheros, quorum ſimiles ſi qua-" tuor adhuc darentur, ſapientes æque doctosque ac" prudentes, hos ſeptem quidem univerſum imperi-" um Romano-Germanicum moderari poſſe, quod" adducit Petrus Albinus d. libr. f. 52.

λ. Merebatur ergo labor Noſtri honoribus præmiisque atque ſplendore decorari & theatrum ſuum eximia poſcebat virtus in quo palam ſpectaretur, quæ velut poſt ſiparium nervos ſuos hactenus contenderat. Ut ergo ante iter illud Italicum Lipſiæ jam Chemnitii & Freibergæ adoleſcentibus perdocendis operam ſuam naraverat viſus ubique partibus ſuis ſtrenuè defungi a.) *ita a. 1546. connitente potisſimum Jo. Rivio Miſenam evocatus eſt, ut ludum ibi Electoralem, quem bonis auſpiciis non pridem ita aperiri contigerat moderaretur, quam ſpartam ad vitæ uſque finem cum ſumma gloria ornavit* b.) *adventansque ſocios laboris habuit præſtantisſimos viros Matthiam Marcum Dabercuſium & Hiobum Magdeburgum, quos haud poenitendos Magiſtros ea tum etiam ætas ſuſpiciebat.* c)

a.) Non ſolus memorat Albinus, quod Lipſiæ circa a. 1536. ſub Caſp. Bornero Collaborator, ut vocabant, extiterit in Schola Thomana, mox ſub Valentino Hertelio Chemnicii, & ſub Jo. Rivio Frei-

Freibergæ ſimiliter, publici Præceptoris officium geſſerit fol. 363. Nam & quod Freibergam maxime attinet, ipſe Fabricius in Vita Rivii X. 6. ſcribit: "Collegæ eramus, Adamus Siberus, Jobus Magdeburgus, Ego, & erat celebre nomen urbis Freiber-" gæ, quod ibi antea docuerant Viri Clariſſimi, Re-" gius Aeſticampianus, Petrus Moſellanus Trevir," Richardus Sbrulius Torolivienſis, Jacobus Sobius" Colonienſis;" & in Epiſtola ad avunculum Germanica, quam identidem adduco, ſe per hiemem (h. e. a. 1538. exeunte & ineunte 1539.) cum Rivio Freibergæ fuiſſe, memorat; conf. Hempelius in Præfatione ad librum Hieronymi Welleri nonnulla continentem ſcripta, quem a. 1581. edidit, ubi b. 6. ita ſcribit: "Mea poſtea memoria in ſchola hic claruerunt Joh. Rivius Pater, magiſter morum ſe-" veriſſimus, cum Collegis Marco Dabercuſio in" Græcis literis excellenter docto, Georgio Fabricio" Chemnicenſi, quem ſua ſanctiſſima Poëmata & a-" lia, quæ edidit, utilia ſcripta ſatis commendant &" Johanne Hermanno, Muſico eximio.," Moller in Chronico Freibergenſi P. I. p. 312. 313. qui Siberum poſt Fabricii diſceſſum, ſupremum Rivii Collegam, ait fuiſſe; & p. 292. 293. ubi ante Fabricium jam Dabercuſium in ſchola illa Supremum extitiſſe teſtatur. Hinc Jo. Bocerus in Carmine de Freiberga, quod Lipſiæ a. 1577. in 4. exiit h. 2. de ipſo:

Qui Freibergiacam produxit in arva juventam
Aonidum primusque levi certare Thalia
Juſſit, & argutas verſus ediſcere Nymphas
Magna metalliferi penes eſt quos gloria montis.

Exinde gratus etiam noſter multorum Freibergen-

ſium celebravit memoriam ſcriptis Epitaphiis Nicol. Hauſmanno, Jo. Hauſmanno Conſ. Freiberg. Martino Bœclero, Viro erga ſtudioſos maxime liberali; Valentino Gravio, Michaeli Jegero Conſuli, quæ extant aliis addita ad finem carminis Boceriani & Jegeri etiam in libello D. Hieronymi Welleri ſupra modo adducto p. 170. b.) Quod vero Miſenam ad Rectoris munus & gubernationem ejus ludi. qui 1543. d. 3. Julii apertus erat (vid. Origines Saxon. L. IX. f. 98. & Annales Miſenenſes L. III. f. m. 93.) accerſitus ſit, cum Albino d. ſupra l. Dreſſerus in Oratione de Georgio Fabricio p. 761. Henricus Pantaleon in Proſopogr. P. III. f. 504. qui tamen minus accuratè eam functionem a. 1545. noſtrum ſuſcepiſſe perhibet, Adamus in Vitis f. 118. Jo. Albertus Fabricius in Cent. Fabricior. p. 25. Clarmundus in Vitis Clariſſim. Viror. P. III. p. 158. annotant, quorum hic, cum poſt iter in Italiam ſuſceptum Freibergæ docuiſſe Fabricium ſcribit, novum errat errorem. Eſt Eteoſtichon integrum obvium in Chronologia quadam MSCta Michaelis *Papſis*, qui Paſtorem Mohornæ in pago haud longe Freiberga diſtante, egit, ex qua Venerabilis Fribergenſium ſacrorum Antiſtes DN. D. Lehmannus in mei gratiam nonnihil juſſit deſcribi: Ejus primum membrum natalem; alterum obitum poſtremum ſuſceptæ gubernationis Scholaſticæ tempus denotat:

nVsqVaM tVta fIDes MVnDI beV fortVna VaLeto

DVX sVperVM noſtras Vrget ab aXe VIas.

Ipſe vero etiam in Annalibus Urbis ad a. 1546. f. m.

94.

94. ſui iſtius muneris novi mentionem injicit, & ſimul omnem rationem inſtitutionis & gubernationis illuſtris ludi breviter percenſet. Non erit dividiæ Lectori benevolo ipſa hic legere verba illa, & qualia fuerint initia Scholæ hujus noſtræ percipere. Ita vero Fabricius: "Ludus illuſtris apertus v. Non. Julii, cui dicatum Illuſtris Ducis Saxoniæ D. Mauricii beneficentia cœnobium Afranum. Aluntur" in eo pueri centum cum quatuor præceptoribus" qui in pietate vera & bonis literis ac honeſtis mo-" ribus juventutem formant atque inſtituunt. Pri-" mi Præceptores conſtituti Hermannus Vulpius, ex" urbe evocatus, Matthias Dabercuſius Hiobus Mag-" deburgus, Laurentius Hofmannus Muſicus, Oeco-" nomus Jo. Rosbachius. Eccleſiæ Paſtor D. Ni-" colaus Cummerſtadius in hac urbe natus. Anno" ante, quadrageſimo videlicet quinto ſeculi decimi" ſexti ad aliam in ſchola Lipſienſi provinciam capeſſendam fuerat invitatus Fabricius, ſed obſequi invitantibus renuerat, quem rei literariæ ſtatorem Miſenenſi Electorali ludo divina providentia commodatura erat. Habeo ipſuis ad Meurerum Profeſſorem & Senatorem Lipſienſem Epiſtolam Argentor. XI. Calend. Decembr. a. MDXLV. ſcriptam, è qua verba huc ſpectantia lubet depromere, propterea quod quantum a Fuggeris etiam deſideratus ſit, quæque propoſiti ipſius fuerit ratio ex iisdem intelligi poteſt. "Vocas me, ſcribit, ad munus ſcholaſti-" cum; Sed labor ſcholarum, qualis ſit ipſe noſti," & ego, cum lego Borneri Epiſtolam, ea de re ſcri-" ptam ad me anno ſuperiore, quoquo modo illud" onus fugere cupio; & ex iis, de quibus tu nunc"

„ſcribis, diſſenſionibus ac periculis multis, quæ
„quotidie intueor, plane exhorreſco. Neque mi-
„hi deſunt, quæ me aliò trahant: nam ut præſentem
„ſtatum omittam, in quo ſtudiorum meorum gra-
„tia acquieſco, hoc ipſo menſe Fuggerorum nomi-
„ne in ſingulos annos LL. coronati, cum victu, li-
„bris, veſtibus, oblati ſunt, adjuncto etiam copio-
„ſo honorario, ſi triennium cum Hulderico, quem
„tu Patavii vidiſti, vivere velim. Judicium igitur
„Borneri, res ipſa, ſpes ampliſſimi præmii me facile
„deterrent ab eo munere, ad quod nemo niſi vi
„coactus, aut impulſus inopia accedit. Verum cau-
„ſas tui conſilii adfers magnas, caritatem patriæ &
„ſtudia juventutis, quæ quidem apud bonorum ani-
„mos non ſolum iſtis, quæ dixi præmiis, verum ipſi
„etiam vitæ ſunt anteponenda. Atqui non una
„ratio eſt demerendæ patriæ & conſulendi ſtudiis
„aliorum, quarum etiam aliquot continet Borneri
„epiſtola. Quid igitur facies? inquis. Ego, mi
„Wolfgange, laborem ſcholaſticum neque fugio
„neque detrecto, imo hunc mihi à puero propoſui
„& in eadem nunc quoque maneo ſententia, quem
„etiamſi non uno aut altero etiam anno ſubeam &
„intra breve annorum ſpatium: non puto me id-
„eo patriæ defuturum aut officio meo, & dum illa
„mihi comparo argumenta, quæ ad tale negotium
„munusque neceſſario pertinent & patria mihi
„ignoſcet & amici Viri boni atque æqui concedent.
„Tantum ad epiſtolæ tuæ partem præcipuam. „
Notandum hîc eſt errare viros quosdam celeberri-
mos, qui illuſtri huic ludo poſt Jo. Rivii obitum præ-
fectum demum vel huic etiam ſucceſſiſſe ſcribunt ut

ſunt Thuanus Hiſtoriar. L. XII. p. m. 574. ubi & minus accurate ab Henrico Saxone Mauricii VIlviri patre evocatum Miſenæ pueritiæ ac juventuti inſtituendæ ſedulam operam totos 25. annos impendiſſe ſcribit. Melchior Adamus in Vitis Germanorum Philoſophorum f. 74. Quendſtedius de Patriis Viror. illuſtr. p. 206. Burckardus de fatis LL. in Germania c. V. p 376. Caſp. Sagittarius in Vita Terentii, p. 63. Hanckius de Romanarum rerum ſcriptoribus P. I. c. 60. imo &, quod mireris, ipſe Paulus Cherlerus in Carmine, quod Fabricii Commentariis in Poëtas Chriſtianos ſubjungitur, ubi inter alia ſic canit;

Ac interim vita pius
Decedit iſte Rivius
Quem propter ipſum nobilis
Creavit urbs Atthendoris
Hujus vocatus in locum
Noſter GEORGIUS ſtatim
Venit Miſenam & erudita
Scholæ capesſit munera

at vero aliter nos de Jo. Rivio ſupra ad N. 4. ſcripſimus, aliterque etiam Henricus Pantaleon in Proſopograph. P. III. f. 504. cum Jo. Rivio, ejus ſcholæ Inſpectore, aliquandiu familiariter vixiſſe Noſtrum docet; imo ipſe Fabricius Scholæ Inſpectorem facit Rivium in Vita Rivii f. 6. & Jacobus filius in Continuatione Originum Saxonicarum L. IX. f. 99. ubi a. 1545. Conſiſtorium hic Miſenæ conſtitutum ſereniſſimis auſpiciis Præſidemque Henricum Bunavium Weiſenſteinenſem, ſociosque ipſi datos teſtatur Wenceslaum Neumannum JCtum Jo. Rivium

& Laurentium Schraterum, tum & Andr. Moller. in Chronico Freibergenſi P. I. p. 294. & apparet ex Laurentii Fauſti deſcriptione Miſenæ urbis, quod Hermannus Vulpius primus Scholæ Rector a. 1543. dictus ſit & hunc triennio poſt exceperit Noſter. Notavit illum plurimorum errorem jam ante me quoque Excellentiſſimus Menckenius in diſſert. de Græc. & Latin. Literarum inſtaurationibus §. 30. poteritque & alius hic ſimul Teisſierii corrigi qui in Additamentis ad Elogia e Thuano, Rivium Conſiliarii munere apud Georgium functum tradit, quem Mauricii gratia ad iſtud munus evectum fuiſſe novimus. c.) Collegas Fabricius huc delatus fama celeberrimos habuit Viros *Matthiam Marcum Dabercuſium* & *Jobum Magdeburgum*, quos Michael Neander in Dedicat. Theologiæ Lutheri A. 4. ſymmiſtas & Collegas Georgii præſtantiſſimos doctiſſimos ac laudatiſſimos Præceptores nominat. Et Dabercuſium quidem Præceptorem primo Annebergæ colebat Noſter, quo Jo. Rivius ipſum traxerat. Audiamus, quæ P. Jeniſius in Deſcriptione Annebergæ P. I. p. 64. ea de re memoret: "Matth. Marcus Dabercuſius Præceptor, ſcribit ille, in hac ſchola Georgii Fabricii, poſtea ipſius in illuſtri Gymnaſio ad Albim Collega. Hunc ex inferiore Germania adductum ſecum familiarem habuit Jo. Rivius Græcam linguam adjuncto Autore aliquo, imprimis Homero, certis horis docuit, nec inter Collegas ſcholæ numeratus eſt, quod juſſu Rivii doceret & quidem gratis; quemadmodum & quosdam diſcipulorum alios docendo ſe exercere volebat, & diligentiæ exemplum eſſe ceteris. Hac induſtria

factum

factum ut ſchola eſſet frequentiſſima & admodum celebris.,, Legi vero etiam Adami Siberi idem de Dabercuſio docentem Epiſtolam, ſcriptam ad Megaloburgenſium Ducis Jo Alberti Conſiliarium Primarium D. Andream Mylium Calend. April. a. 1572, & a Provincialis Scholæ, quæ ad Moldam eſt, Con-R. meritiſſimo Dn. Schumachero ad me miſſam, cujus ea hic repeti debent verba: "Amiſimus, Andrea Myli, octo menſium ſpatio præſtantes erudiendæ Pueritiæ artifices: nos in Hermunduris hic" Georgium Fabricium Chemnicenſem, vos ad Ar-" cton iſthic Matthiam Marcum Dabercuſium. Fa-" bricius condiſcipulus noſter fuerat, Matthias, cum" ſuo nutricio Jo. Rivio operam ſuam in inſtituendis" diſcipulis domeſticicis præberet Annebergi, præ-" ceptor: qui quidem major ſexagenario vitam mi-" ſeram hanc & mortalem cum beata & ſempiterna" commutavit. Itaque cum doluiſſem antea gravi-" ter propter obitum æqualis (nati enim ſumus uter-" que ego & Fabricius anno temporis ultimi" M. D. XVI.) nunc Magiſtri ex vita hac demigra-" tione multo in majorem luctum ſum conjectus.,, Cum Rivius deinde ab Henrico Duce Saxoniæ Freibergam accerſeretur, quod Andreas Mollerus a. 1537. factum ſcribit in Chronico Freibergenſi c. IX. p. 292. ut Auguſti Principis inſtitutioni præeſſet, tum Dabercuſium, quem a Tilomanno ſibi commendatum filii loco habebat, ad Schnebergios miſit, & Collegam addidit Hieronymum Staudium, ut præſentia quidem Rivii abeſſet, ſed ratio inſtitutionis" & diſciplinæ eadem maneret, quæ Fabricii verba" ſunt in Vita Rivii *. 6. à quo Mollerus abit tamen

Rivi-

Rivinm Freibergam adduxiſſe ſecum ſcribens Matthiam Marcum Dabercuſium, qui ſupremus dictus ſit, quem exceperit Georgius Fabricius & Adamus Siberus imo Hiobus etiam Magdeburgus. Freiberga deinde Miſenam vocatus a. 1543. quod Laurentius Fauſt tradit d. l. p. 39. ipſo Feſto Trinitatis munus Con-Rectoris capeſſivit, ſed nonniſi ad a. 1553. ibi commoratus eſt, quo a Duce Megapolitano ad ludum Sverinenſem regendum fuit abductus, in quo munere a. 1572. ad vitam immortalem excesſit. Scribit ea de re Fabricius ad Meurerum ſuum Miſena prid. Calend. Jun. a. 1552. "Matthias Collega „meus vocatur in inferiorem Saxoniam, a Jo. Alber„to Megalopyrgenſi honeſto ſalario ad aperiendum „ludum & jam in deliberatione eſt. Numeroſam „habet familiam & ære alieno opprimitur & ſi cer„to ſtatuerit ſecum juvabo illius commoda Illi deinde Compatri ſuo a. 1558. ſuas ex Plauto & Terentio ſelectas Elegantias idem dedicavit Fabricius, non ut rem meritis ejus in ſe parem, ſed ut promiſſum ipſi a ſe diſcedenti munuſculum. Eidem Meurero quo deſiderio Dabercuſii abſentis teneatur 4. Id. Febr. a. 1554 his verbis ſcribit: "Habebam, quem ad„hibebam in conſilium, Matthiam Marcum Daber„cuſium habebam Jo. Tettelbachium, quorum ſermo „ſuavis ac gravis multas mihi ſemper demſit mole„ſtias, quod nunc demum ſentio. „ Chytræus virum vocat optimum & doctisſimum, cujus de Grammatica Græca & Latina libri erudite & copioſe ſcripti extent Chronic. Saxon. L. XXIII. f. 605. Multum huic etiam laudis impertivit Jo. Caſelius tum in Oratione funebri Andr. Mylio ſcripta, tum in Epiſtola

ſtola quadam ad Jo. Rcccium, in qua inter alia Dabercuſio Scholam regente Sverinenſem pueros nobiles & fortunatos e provincia non ſolum ſed etiam ex longinquioribus locis è Boruſſia & è Polonia accurrere, nec inanes reverſos domum teſtatur, quem in laudatione Jo. Alberti Ducis Megalopolit. c. 4. Virum gnarum utriusque linguæ, ſolertem interpretem veterum, induſtrium formatorem, & ſtili, & morum, pueritiæ nominavit, quæ omnia excerpſi e Burckardi de fatis L. L. in Germania libro p. 375, 376. Quod *Jobum Magdeburgum* attinet nunc, is Annæbergenſis ortu condiſcipulatu gaviſus eſt Fabricii in urbe patria eidemque Tertius Collega (ſicut ab a. 1537. Freibergæ Jo. Rivio itidem Hypodidaſcalus) aſſedit, ut qui Miſenam jam a. 1543. in novam Scholam venerat. Inde Lubecam vocatus a. 1569 Rector ejus ludi aliquandiu ac Lubeca in aulam Megapolitanam invitatus juventutis Principes erudivit, ac Fribergæ tandem, quorſum ex inferiore Saxonia redierat, ut adoleſcentes ibi utramque linguam doceret d. 20. Febr. a. 1595. vitam cum morte commutavit vid. P. Jeniſius in Deſcriptione Annæbergæ P. I. p. 72. 73. Moller. in Chronic. Freib. P. I. C. IX. p. 293. & 316. qui epitaphium ipſi ſcriptum adfert; Summe Venerandus Lubecenſ. Antiſtes DN. D. Götzius in Diſſertat. de Cultu Annæ p. 41. ubi Epiſtolam ejus ad G. Berſmannum Lubeca miſſam integrum inſerit, & Muſarum Coburgenſium Director Dn. Ludovici in Hiſtoria Rectorum & Scholar. P. I. p. 56. ſq. ubi Molleri error notandus eſt, qui in Introd. in Hiſtor. Cimbric. P. II. p. 490. ipſum in Schola Miſenenſi obiiſſe & Re-

ctora-

ctoratu ibi functum arbitratur. Ejus ſcripta ex Jeniſio recenſet d. l. Ludovici; nos vero quantum dederit Fabricio doctiſsimus Vir, quodque hujus in iſtum fuerit ſtudium, vel inde æſtimari volumus, quod nuptias ſui Compatris Optimi Græco Carmine Odisque ornaverit, legendis in Nuptialium Carm. Georgio Fabricio ſcriptorum collectione p. 93. ſq. tum & Virgilio Fabricii nec non Elegantiis ex Ciceronis Epiſtolis collectis carmina præfixerit. Præter carmina ſponſæ Georgii nummum argenteum, in quo Lucretiæ effigies, donum obtulerat comitesque nummo hos addiderat verſus:

Sponſa meæ ſimilem caſtam Lucretia mentem
Sed mea non opto triſtia fata tibi
Sis memor, hac oculos quoties incurret imago
Exemplum cunctis me eſſe pudicitiæ

d. l. p. 115. Sed nec eum Paulus Cherlerus ſilentio voluit tranſire, ita de doctiſsimis ſociis quaſi gratulaturus Fabricio:

Nuncque inter hos Græcus bonus
Eſt Magdeburgus: optimus
Vel à Viro Soravia
Vel quem dat urbs Pabergica.

Ceterum Magdeburgus veræ etiam pietatis aſſertor impiger & Fabricio adeo Rectori ſuo per omnia ὁμόφρων id in optatis vel maxime habens, ut iſtius in ſcholis præ ceteris doctrinis exactior geratur cura. Placet nonnulla ejus verba hic apponere ex dedicatione collectionis ſententiarum ſacrarum, quas ex Apoſtolorum ſcriptis collegit & in locos communes diſtinctos, Græce & Latine editos, Baſileæ a. 1567. in 8. Bernardo Freidigero Electo-

tis

ris Auguſti Secretario dedicavit: Verba hæc ſunt: "Quæ enim alia cauſa eſt, quod pietatem verum" ſtudiorum finem in tanta ſtudioſorum multitudi-" ne tam pauci hodie conſequantur: quam quod" in erudienda pueritia poſtrema de ſacrarum litera-" rum cognitione cura eſt? Qui fit, quod ingenia" nobiliſſima & excellentiſſima honorem ſolum &" pecuniam in ſtudiis ſpectant? Quod ſe tam rectè" animum excoluiſſe credunt, cum opes colligendi" & adipiſcendi honores vias ac rationes didicere?" Quod ſacrarum literarum lectionem faſtidiunt at-" que propemodum nauſeant? quod denique de re-" ligione ſæpius, nec pie ſatis, nec reverenter ſenti-" unt & loquuntur? Inde nimirum, quod in pueri-" tia ſacris literis in ſcholis non imbuti ex auctori" bus profanis nil niſi profanos ſpiritus hauſerunt." Impia & execranda negligentia eſt, cujus rationem" reddituri ſumus omnes, quicunque crediti nobis a" DEO talenti pretium non expendimus nec id ea" qua oportebat fide damus fœnori. Pergit deinde:" quandoquidem igitur ita volente DEO omne me-" um ſtudium adoleſcentiæ dicatum eſt, pro mea mi-" hi parte elaborandum eſſe video, ut ex eo veros &" quamplurimos fructus percipiat. Non eſt autem" dubium, pietatem fructum ſtudiorum veriſſimum" eſſe & uberrimum.,, Idem & biennio ante a. 1560. Græce fecerat Lutheri Catechiſmum & filio Hiobo dedicaverat, in optatis ſibi eſſe maxime ſcribens, ut hic filius pietate & bonis literis ſit exculiſſimus, quem Catechiſmum Lipſiæ a. 1580. recuſum vidi. Præter duos Collegas iſtos, quos Fabricius novus Rector invenit, Collegam IV, qui Muſicum ſimul

chorum

dibus atque ob morum inſuper ſvavitatem præ ceteris commendandam, imo priſcæ deinde ſanctimoniæ matrem, quæ cum marito educationis tædium laboresque libenter partiens teneram ſuorum ætatem virtutum rudimentis probe imbuit ſurgentesque in decoram rectamque proceritatem felici direxit ſtudio, a.) *Duxerat eam Noſter a. 1557. applaudentibus pasſim amicis & felicis uteri experiebatur fœminam, quippe quæ undecim puerperiis aucta octo ipſi filios filiasque præterea tres pariebat, quos inter tres filii Johannes Andreas & Blaſius vivo adhuc patre tenelli omnes ex hac vita migrarunt; reliqui cum ſororibus Georgius, Jacobus, Henricus, Chriſtianus cum Magdalena, Margaretha, Anna ſuperſtites ab ipſo relicti ſunt & ſecuta poſthuma deinceps proles Maria, viſusque fuit Jacobus maxime iisdem itineribus ingredi, quibus præceſſerat Pater ingenii & ſtu-*

diorum dotibus ſpectabilis & pectus tenens clariſſimarum doctrinarum excultum diſciplinis. b.)

a.) Nuptialia carmina, in Præceptoris ſui honorem ſcripſerant Jacobus Strasburgus, Hieronymus Schein, Gregorius Bersmannus & Andreas Agricola, quæ Lipſiæ a. 1557. junctim ſunt emiſſa. Alia, in quibus præter quatuor modo dictos, quorum vota hic repetuntur Amici plurimi Chriſtophorus Schellenbergius, Jacobus frater, Martinus Heinricus, Jo. Andreæ, Georgius Trepta, Philippus, Joachimi filius, Camerarius, Thomas Faber, Simon Steinius, Jac. Magdeburgus, Adamus Siberus, Martinus Cruſius. Blaſius & Andreas fratres, Chriſtophorus Aneſorgus, Matthias Brevius, Chriſtoph. Schleinicius, Paulus Mader, Andr. Cellarius & Philippus tandem Melanchthon Georgio & Magdalenæ gratulati ſunt, Jacobus collegit frater, quæ ſubjecta Itinerum Deſcriptionibus ex officina Jo. Oporini, a. 1560. exierunt, unde nonnulla jam huc quadrantia ſeligimus. Pater Magdalenæ Jo. Fauſtus paſſim laudatur applaudentibus: Ita enim Jacob Fabricius p. 20.

Ipſe Parens Fauſtus cum relligionis amore
Tum multi officii laude probatus homo eſt

Ita Strasburgius deinde p. 36.

Nec vero Pater his aliquid virtutibus aufert
Sæpe mali pietas huic quoque cauſa fuit
Quam Muſis faveat, Muſarum curet alumnos
Nos ſalva teſtes poſſumus eſſe fide.

Concinit utrique Phil. Camerarius p. 83.

Quæ

Quæ patre nata pio, caſta quæ nata parente
Amborum geminat per ſua facta decus.

Itemque Simon Steinius p. 91.

Per varios ſpectata Patris patientia caſus
Omnibus eſt pietas maxima nota Viri
Ipſe favet ſtudiis, virtutis cultor, honeſtis
Quaque juvare poteſt ſedulus arte juvat.

Chriſtophorus quoque Schellenbergius, qui una in domo habitaſſe Georgium & Magdalenam ante nuptias etiam docet d. l. p. 11.

Cum petiit ſponſus te Magdalena, tuarum
Virtutum & generis mentio prima fuit
Quale decus morum, quibus orta parentibus eſſes,
Abſque aliis coram teſtibus ipſe videt;
Dumque tuam patriam multos tenet hoſpes ad annos,
Sanxit amicitiæ cum patre jura tuo
Quem virtus ævoque fides rariſſima noſtro
Eſſe facit carum nec ſine laude virum
Protinus acceſſit vitæ conjunctior uſus
Unaque Fauſtum habuit Fabriciumque domus.
Menſa epulati una diverſo munere functi
Sed tamen unius præſes uterque Scholæ.
Hic docet Aoniam pubem, victum ille miniſtrat
Saxonicoque fidem præſtat uterque duci.
Quam bene conjungent affinis fœdera tedæ
Qui curant uni commoda juncta Scholæ.

Huc traho etiam quod G. Berſmannus canit Poëmat. p. m. 31.

Magdalena tuum potius cantemne parentem
An matrem, dubium me modo mentis habet,
Non illa certè reverentior ulla mariti
Uxor erat, nec plus relligionis amans,

Numinis haud illo facile metuentior alter,
Aut doctos ſervans plus in honore viros;
Tam felix utinam quam moribus integer eſſet
Nec diſpar vitæ ſors malefida foret.

Imo & quatuor illi diſcipuli, qui, quod ſupra dixi, ſeorſim ornarunt ſui Præceptoris nuptias in Dedicatione carminibus præmiſſa hæc ſcribunt: "Patris „ipſius nota eſt humanitas & officium & animus erga ſtudia propenſus & ardor quidam pietatis; matris ante biennium funus ipſi non ſine dolore ac deſiderio bonorum ſecuti ſumus, quæ omni matronali laude excelluit & educationis diligens magiſtra fuit. Hæc de Parentibus Sponſæ Parente tum adhuc vivo qui a. 1555. Oeconomi illam ſpartam ſuſcepit & eandem a. 1567. iterum (quam ob cauſam non reperio) ornare deſiit vid. Laurent. Fauſtus in Deſcriptione Miſenæ p. 40. & matre quæ tum exceſſerat e vivis, Patris & ipſe Fabricius in Annalibus f 103. facit mentionem ſicut f. 93. proſocerum laudat Henr. Fauſtum, refertque, quod initio verſatus ſit in quæſtura illuſtri, tum multos annos functus munere Conſulari amans ſobrietatis & diſciplinæ & indefeſſæ Vir diligentiæ Patria Rimago natus & obierit 1544. Eſtque adeo non mirandum, tam probis natam Parentibus & tum fauſtis nutritam penetralibus optimarum virtutum laude floruiſſe Magdalenam. Commendat hanc mirificè Greg. Berſmannus carmine venuſto admodum in nuptias Præceptoris ſui ſcripto, quod inter Poëmata ejus p. 27. ſq. legitur, in quo Apollinem cum novem Muſis, fauſta plurima ſponſis apprecantibus, introducit. Inter alia Polymnia ibi p. 30.

Intueor quoties faciem moresque venuſtos
Candida virgo tuam, virgo pudica tuos,
Te ſatam miror talem de ſtirpe caduca
Mortalis miror tale parentis opus.
Nam Junonis habes mores Cythereidos ora
Clara pudore ſimul clara decore ſimul.

Sed vero ipſe quoque Georgius die Margarethæ a. 1557. ita ad Meurerum ſuum ſcribit: "Deo ago gratias pro immenſo beneficio qui mihi piam, &" modeſtam, & placidam vitæ ſociam dedit & præ-" terea alia adjunxit beneficia. Nam & Princeps" ſumtus dedit in nuptias mediocres, & honorarium" adjecit pro non cupido homine magnum, nec de-" fuerunt amici, qui me honorarunt, & inprimis" Schleinicii nobiles, qui quoniam noverant manda-" to Principis modum eſſe præſcriptum, ſua ſponte" fuerunt honorifici in me atque Socerum meum." Quid multa? cognovi DEI præſentiam in omni" bus.„ b.) Fuit autem vel maximè fœcundum iſtud conjugium prohibente divina gratia, ne ſoboles deeſſet tanto uiro, cui tot adoleſcentes educandi ſpesque adeo patriæ committi ſolebat, cui affectum vere paterni animi diſpenſaret. Celebrat eam thalami ſui ſortem noſter Nicolao Hahnio Evam Fauſtam uxoris ſuæ Magdalenæ ſororem ducenti gratulaturus: Carmin. L. II. p. m. 479.

Nobis modeſtas filias
Das Fauſte, matres fertiles
Obtemperantes conjugi
Fidasque cuſtodes domus

Trium filiorum, quos Pater ſepelivit, epitaphia ſunt ab ipſo in hunc modum ſcripta:

1.

JOANNES FABRICIUS G. F.

Vixi quinque dies vivo nunc omne per ævum
In Chriſto factus rurſus imago DEI

G. Fabricius Joanni F. P. P. P. obiit prid. Id. Mart.
M.DLVIIII.

Mors mea vita mea eſt.

2.

ANDR. FABRICIUS G. F.

D. O. S.

Vivis in amplexu CHRISTI dulciſſime fili,
Et quo lætetur mens tua ſemper habet.

G. Fabricius Andr. F. Qv. P. P. obiit XVIII. Cal.
Septembr. vixit horas III. a. M. DLXI.

& hic eſt Andreas, qui eodem die cum Michaële, Georgii fratre, deſiit vivere, quod ex verſibus in libro Triſtium p. 359. obviis intelligo.

3.

BLASIUS FABRICIUS G. F.

D. O S.

Geſtavit teneris te ſedula mater in ulnis,
Nunc manus excelſi te fovet alma DEI.

G. Fabricius Blaſio F. Qv. P. P. obiit prid. Cal. Junii
ætatis menſe VII. a. MDLXIII.

Terrena vide,
Cæleſtia crede,

leguntur hæc in Annalibus Miſenenſ. f. 105. 107. 109. Vidua ergo Magdalena ſeptem orphanos ſecum habuit donec & ipſa non ita multo poſt d. XIV. Aprilis anni 1572. ſuum obiret diem cum poſthumam enixa eſſet Georgii filiam Mariam vid. Laurent. Fauſt in Deſcriptione Miſenæ p. 72. Septem liberorum modo

modo Jacobus frater in Epicedio Georgio ſcripto meminit Epicedior. quæ junctim exierunt b. 4.

Commendans viduam ſeptenaque pignora CHRISTO
Corporis effigies ingeniique ſui

ſed in epitaphio etiam ipſorum leguntur nomina, infra adducendo, Mariæ vero Patre jam mortuo hanc in lucem, quod dixi, editæ nomen comparet in Epitaphio Georgii quod ſub initium Originum Saxonicarum poſt ipſius legitur imaginem quaſi renovatum, in quo hæc ſequuntur adjecta: "tumulum hunc marito deſideratiſſimo & parenti optimo a" matre & reliquis liberis poſitum poſtea Maria, na-" tu minima filia, humatoque parente in has edita" auras vitales renovari curavit hoc addito diſticho:,,

Poſthuma Fabricii renovans monumenta Parentis
Fratribus hinc digna eſt annumeranda ſuis.

Jacobum natum ſibi, pridie Idus Junii a. 1560. ad Meurerum ſcribens, Noſter memorat, qui a. 1610. Patris Sacras Hiſtorias Lipſiæ denuo editas præmiſſo carmine ornavit. Eſtque ſine dubio is, de quo ad Jacobum Strasburgum læto omine hæc ſcribit Epiſtola, quam *ἀυτόγραφον* ſervo 19. Septembr. a. 1561. miſſa: "Veſtem albiculam, quam cum clavis coloris aurei filiolo meo donaſti infanti, eam induere" non vult, librum præclarum Hotomanni, quem" ei nuper donaſti, obviis brachiis excepit: quæ me" res gaudio duplici affecit, & quia tu liberalis in me" es, & quia infantis imperiti quaſi augurium me de-" lectat. Deus æternus, amor cœlorum & terræ, fa-" ciat, ut in virum pium evadat, ſi ſit ſuperſtes.,, Hic Rector, (ſive ut tum vocabantur Ludi moderator)

Scholæ fuit Pegavienſis circa finem jam ſeculi decimi ſexti, & reperitur in Diptychis urbis ejus in mei gratiam evolutis, quod liberi ejus ſeptem ab a. 1602. ad a. 1712. ibi ſint baptizati, tres filii, Johannes, Jacobus & Fridericus; & filiæ quatuor, neque reperitur tamen quod ibi fuerit ſepultus forte alii admotus ſpartæ, quem non habuit ſucceſſorem Pater, ut Clariſſimus Vir Jo. Mollerus arbitratur, aut arbitrari velle ſaltem viſus eſt deleturus nunc voculas illas *& ni fallor etiam ſucceſſor* in Homonymoſcopia multo labore concinnata. c. VII. p. 672. E filiabus, quantum diſcere potui, Anna a. 1588. m. Novembr. Gabrieli nupſit Schafio, Rochlicenſi & in ſubducendis rationibus fiſci ſupremi Electoratus Saxonici operam navanti. Celebravit carmine eas nuptias D. Jo. Major quod commodum in manus meas venit, unde ubi orphana vixerit Anna, diſcere licet. Ita enim Major:

Nam patris a factis & dictis fasque piumque
Docta ſuum officium præſtat amore DEI
Inque domo Papæ, qui Pauli nomine clarus,
Sub ſe ſecretas res dictionis habet:
Educta ingenue eſt, ceu vultibus uſa paternis
Cui præſto eſt cauſis vox miſerisque manus.

Maria vero M. Davidi Zeidlero, Poligrapho Döbelenſi a. 1599. nupſit, eidemque duos filios & quatuor peperit filias, & ſub initium anni 1609. fatis conceſſit, id quod tum Diptycha Eccleſiæ Dœbelenſis, tum monumentum etiam ibi conſpiciendum adhuc dum docent, quod meritisſimus iſtius Eccleſiæ Paſtor, jam ſacrorum apud Leisnicenſes Antiſtes Dn. M. Köhlerus humaniter mihi ſignificavit, Maria

dura

dura habuit aſperaque vitæ ſuæ initia, quippe, quod jam dictum eſt, nondum nata quæ patrem amiſit, & die ætatis ſecundo matre quoque fuit orbata, unde virgunculam paſſim in libellis precum hæc verba ſuo nomini addidiſſe Packius ſcribit: *Pater meus & mater mea dereliquerunt me.* Comment. in Pſ. XXVII. f. 346.

XII. Inter virtutes plurimas FABRICII, quarum jubar in omni vitæ ejus actu clarisſime ſplenduit, Pietatis ſtudium primas tenet, ita celebratum gravisſimorum virorum teſtimoniis, ut nihil in ejus laudibus ſplendidius emineat. Erat jam tenerum pectus Parentum optimorum ac Magiſtrorum ſolerti cura DEI imbutum religioſo metu, quem ætatis firmabat maturitas, maxime cum in tenebris Pontificiis, tanquam in gurguſtio, hactenus verſanti clarius lumen e Lutheri doctrina affulgeret Chriſtumque intueri familiarius & tot erroribus implicato in veritatis viam emergere, inque novum & meliorem habitum, levante divina dextra, aſſurgere daretur. Ex eo tem-

pore ſcopus ipſi unicus JESUS CHRISTUS, cui ingenuo ſe liberoque affectu probaret, & ad cujus amorem nunquam non collinearet a), *eo in munere ſuo intentum maxime habens animum, ut & in alumnorum ſuæ diſciplinæ medullis hæreret CHRISTUS, & hunc genuina caritate complecti, quantacunque multarum rerum cognitione, potior omnibus ſapientia videretur.* b) *Ad hæc puriorem fidem conſtantisſime tuebatur, & neque ab iſtius profesſione ad profanos ritus abduci denuo poterat, neque probare viſus eſt novitias doctrinas, quas quorundam temeritas ea ætate venditabat* c). *Enimvero in divinorum oraculorum ſimplicitate unice acquieſcebat, eademque meditabatur jugiter ſuſpectum habens, quicquid non eodem cum illis flueret tenore, quin & ſuper quosvis libros alios multiplici refertos eruditione ſacram ferens Scripturam æſtimansque; cum qua Lutheri*

deinde

deinde monumenta liquidioris ex ea plena ſucci conſociare ipſi fuit voluptati d). *Reperimus inſuper aſsiduitatem precum ipſius collaudari etiam, quippe qui ingenti mentis affectu & fiducia ſuas ſuorumque neceſsitates DEO commendabat & humili obſecratione divinam opem exorare non velut vacui temporis quasdam remisſiones habebat. Sed inter partes verisſimi operis numerabat.*

a) Pietatem ſibi Scopum ſuæ contentionis fixerat Fabricius; id quod ipſe hoc diſticho pervulgato teſtabatur:

Fabricius ſtuduit bene de pietate mereri,
Sed quicquid potuit gloria Chriſte tua eſt.

Quod legitur ſubjectum ipſius epitaphio & repetitum inde apud Albinum in Chronico Miſniæ f. 364. Dreſſerum in Oratione de Georgio Fabricio p. 766. & Adamum in Vitis Philoſophor. f. 119. qui ejusdem ſimul hoc citat pasſim etiam legendum:

Σοὶ χάριν οἶδα θεῷ ἐυσπλάγχνῳ, ὅς μ' ἐδίδαξας
Ἐν βιοτῇ τε θανεῖν ἐν θανάτῳ δὲ βιῶν.

Laurent. Fauſtius vero in domicilio ſuo, velut regulam quandam, ſtudioſis artium juxta atque magiſtris deſcriptum hoc teſtatur reliquiſſe Fabricium in Deſcriptione Miſenæ p. 37. *In*

In ſtudiis toto Dominum cole pectore Chriſtum
Is parvi merces magna laboris erit.

Extant vero & alia paſſim in ſcriptis ejus teſtimonia, quibus quo ſtudio Servatori ſuo CHRISTO adhæſerit, innoteſcit. Nos illud jam adducemus ex Dedicatione Amorum filii Dei ad Jo. Nævium Medicum Poëmat. P. II. p. 171.

Chriſtumque, donec vita erit,
Totis amemus viribus,
Hic cordibus noſtris amor
Factis benignis luceat,
Noſtris in urnis idem amor
Odore ſpiret thureo
Chriſti deinceps buccina
Reſuſcitati & clarius
Aethra nitentes omnibus
Deum ardeamus ſeculis;

& ſubjungemus huic, quod ad Adamum Siberum, cum Poëtas Chriſtianos editurus eſſet, die XX. Jan. 1563. ſcripſit: "Agamus, quod nos decet & celebremus ore, calamo, pectore, quantum poſſumus, „eum, de cujus bonitate habemus, quicquid ſumus, „aut ſcimus, & ſine cujus beneficio ne gratum quidem animum reddere valemus. At vero & alii ſunt ejus ardoris integerrimi teſtes; Adamus videlicet Siberus, qui in Elogio Epicediis adjecto b. 3.

Vita Deo Chriſtoque data eſt, puerisque docendis
Reddita mens cœlo, credita membra ſolo.

Hieronymus Wellerus, qui in Judicio de Georgio Fabricio, præmiſſo ipſius in Geneſin Commentario, inſignem ejus laudat pietatem, & ex illorum fuiſſe ipſum ſcribit numero, qui ſerio pro Eccleſia pre-

ces

ces fuderunt atque plurimos Chriſto lucri facere conati ſunt. Imo & Jacobus Hertelius in Carmine præmiſſo ejus Poëtarum Chriſtianorum collectioni ipſam Pietatem ita προσωποποιῶν inducit loquentem p. m. 15.

Aſt ego præſentis quæ præbeo munera vitæ
Præmia non unquam quæ peritura fero,
Dux ero per miſeræ diſcrimina plurima vitæ
Fabricio ad Chriſti gaudia vera meo.

Quemadmodum & Paulus Meliſſus Schedius ipſius cujus de obitu factus certior erat, ita celebravit Pietatem Schediaſmat. p. 389.

Fabricius tanto Chriſtum dilexit amore,
Tantus & accenſi pectoris æſtus erat
Ut prius ille mori quàm vel decedere quicquam
De calido tulerit cordis amore ſui.

Unde Teiſſerius Elogiorum ex Thuano deſcriptorum interpres P. I. p. 393. non minus pietate, quam eruditione, dicit commendandum, ac Jacobus Lechnerus. Paſtor ad D. Afræ in Concione funebri ipſi habita hoc ei perſcribit teſtimonium, tantæ illum fuiſſe probitatis, ut nec inimici ſiniſtri aliquid de ipſo proferre valeant. b) Ut vero ipſe coluit pietatem Fabricius: ità ut & diſcipulis ſuis curæ cordique eſſet, curavit. Audiamus, qua ratione mentem ſuam explicet Alexandro Adminiſtratori Mersburgenſi Poëtas Sacros dedicans: "Contentus illa admonitione ero, ſcribit p. 9, ut adoleſcentes" præcipue nitantur & ſtudeant; ut ſint Dei aman-" tes & morati, & ab ipſo lacte incipiant amare vir-" tutem & diſciplinam, & de vita æterna & beata" quotidie cogitare, & ad eam ſuas actiones accom-" moda-

„modare eaque legere & verſare quibus informetur „mens ipſa & augeatur pietas & ſtabiliatur erga De„um fides & obſervantia. Cetera enim ſtudia ſo„lummodo ornamenta ſunt vitæ mortalis; hæc ve„ro fundamenta etiam ſunt ſalutis & beatitudinis, „quam aſſequi certe omnes cupiunt, non plane „amentes, aut toti immerſi curis & cupiditatibus „mundi breviſſime cum ipſis perituri.„ Non minus piè Jo. Nævio Commentarios in iſtos Poëtas inſcribit: "Nos itaque ætatem teneram, *verba ejus* „*ſunt*, vaſcula fragillima & templa DEI excelſi, Deo „quoque dicatum eſſe agmen cupimus, & tractari „cum honore & reverentia, ne profanis dictis aut „factis inquinetur, neve teſtæ recentis more imbua„tur ſapore tetro aut fœtore immundo, & mox fra„cta diſſipataque projiciatur in gehennam. Pue„rorum conditor ipſe Deus eſt omnipotens: eorum „cuſtodes ſunt Angeli caſti, eosdem ad ſe vultu pa„terno advocat Chriſtus: matresque invitat blan„ditiis oſculis & ominibus fauſtis: tum feſtinantium „& nitentium acceſſum qui remorantur & impedi„unt, ſuos objurgat Apoſtolos. Dei opera ad ipſi„us imaginem formata corrumpere aut deſtruere. „Angelos vigiles & præſides fugare & offendere, „Chriſtum ipſum mandantem non audire, allicien„tem non amplecti: tanta profecto delicta & ſce„lera ſunt, quanta nemo cogitatione aſſecutus fue„rit aut oratione expreſſerit. Quam ob cauſam „libenter dehortor omnes, ut ab impuris ſcriptis „oculos & manus abſtineant animumque aures „avertant: Poetas quoque illos κισσοπλήκτυς, „ut antiquorum verbo utar, e bibliothecis ejiciant.

Con-

Contra vero adoleſcentes noſtros hortor, eosque" quibus decet verbis, quo poſſum ardore, quibus par" eſt precibus oro & obſecro, ut hos Poetas Chriſtia-" nos cognoſcant & legant, ſanctos & caſtos homi-" nes eruditos & ſapientes viros, præclaros & divi-" nos doctores, magna Eccleſiæ Chriſti lumina ſoci-" os denique Angelorum in vita æterna.,, Hoc educationis beneficium inter alios innumeros Michael Hempelius Freibergenſis Præceptori ſuo carmen epitaphium ſcribens, quod Vitebergæ a. 1578. exiit, ita prædicat b. 2.

Sic de Fabricio quo annos ſum quinque Magiſter
Uſus idem ingenua voce referre queo.
Quod mihi, quod reliquis pietatem è fontibus ipſis
Scripturæ ſacræ tradidit ore pio.

c.) Quod purioris fidei ſtudium attinet tenaciſſimum, de iſto e ſequentibus judicabimus. Erat ob inſignem doctrinæ copiam Melanchthoni juxta atque Camerario perdilectus; interim tamen cum controverſiæ Adiaphoriſticæ vulgarentur, amicitiam veritatis amori poſtpoſuit, neque adduci potuit, ut easdem approbaret, ſiquidem & Eclogam Corydonis nomine inſignitam ſcripſit, in qua Camerarium in ſomniis ſuis Flacianos vehementer notantem acriter perſtringit. Innuitur Fabricius ſub Phœnicis nomine in Jo. Majoris Synodo avium p. 75.

Cernitur hos inter Vulcani ſubdolus ales
Clandeſtina ferens Cuculo ſuffragia Phœnix

vid. B. Felleri Commentar. ad iſtam ſynodum in Act. Litt. Struvii faſcicul. IV. p. 65. Quod Majorem attinet in Epiſtola ad Wellerum d. 11. Julii a. 1588. ſcripta, quam è κειμηλίοις Schubarthianis habeo,

beo, alienam a novitatibus iſtius animum ſuum profitetur: "Major, qualis qualis eſt duplici vir ore eſt, „& pectore infido, & nunc puniri dicitur in liberis, „aut potius in eorum morbo vocari ad pœnitentiam. Utitur peſſimo Sophiſmate, ſe non ita docuiſſe, ut accuſatur, opera eſſe ad ſalutem neceſſaria. Nam quod librum profanum & mendacem „edidit (certe titulus talis eſt, etiamſi coloribus ſe „pingat nitidis) id ipſum ſcribere non vult eſſe, ita „docuiſſe. Deus illius miſereatur, ut vere filium „honoret non confeſſione ſcripta, ſed ex animo „profecta, alioqui video, eum non mitius Latino „aut Pacæo periturum. d) De æſtimatione ſingulari divini verbi teſtentur jam ipſius verba ex Præfat. ad Chriſtophor. Winterum Regiomontanorum Prætorem Hiſtoriar. Sacrar. e Poëtis veteribus Chriſtian. libris duobus præmiſſa: à Bibliis ſacris quicquid aut colorem alienum aut ſaporem peregrinum habet, de cujuscunque hominis ingenio aut „vena manaverit, id purgandum & removendum „eſt, ut uni verbo divino ſuus maneat honor, ſua „conſtet dignitas atque majeſtas. Quantum vero Lutheri dederit monumentis ex Epiſtola ipſius ad Meurerum d. 20. April. 1564. ſcripta, (cujus excerptum in Struvii Act. Litt. faſc. VI. p. 5. habetur) diſcimus. "Si vitam mihi, inquit, conceſſerit Deus „urgebo meum inſtitutum & me Deo commendabo „& totus poſtea ero in lectione librorum Lutheri, „qui nos viam ſalutis primus docuit, a quo nos etiam noviſti diſſenſiſſe, niſi Italia nos docuiſſet. Pertinent huc etiam verba e literis ad Andream Fratrem miſſis 6. Junii 1562. Inter Theologos nova

ſub-

ſubinde disſidia oriuntur, quia multi non quæ-" runt, nec quærunt, nec quæſiverunt, quæ Dei ſunt," ſed quæ ſua. Recentiorum ſcripta non lego, con-" tentus Bibliis & interprete Luthero. „

XIII. Ut ipſe divina potisſimum beneficia in carminibus ſuis prædicare ſolitus eſt, neque in alia materia lubentius crebriusque ſuam divitem venam prodidit, quam qua gratum ſuum animum erga Deum teſtificaretur, & in legentium mentibus pietatem & virtutum optimarum ſtudium excitaret, adeo quidem, ut Sioniæ lyræ fidicen præſtantisſimus mereatur dici: ita ſtili ethniciſmum, ſi quis alius, vehementer fuit deteſtatus, & a ſuis profanæ religionis ſpurca Numina in verſibus noluit nominari, ob quam rem ſingulari laude nuſpiam non mactatur. a)

a.) Pertinent huc Dreſſeri verba ex Oratione de Georgio Fabricio p. 765. "Etenim in verbis eam curam adhibuit, ut ab iis quæ ethnicam idolomaniam redolent noſtramque religioſam pietatem" lædunt, data opera abſtinuerit; & recte quidem." Quæ eſt enim inſania in tanta luce verbi divini" cum cœcis Ethnicis cœcutire, quaſi vero Scriptorum Propheticorum & Apoſtolicorum tanta ſit in-"

„opia, ut ad ſcribendum Chriſtianum carmen Phra-„ſes nobis deſint, niſi ab Ethnica Idolomania mutu-„emur. Sed delectat ſcilicet juniores copia illa at-„que varietas, quæ in Ethnicis Poëtis admodum „jucunda eſt, ut ad eam tanquam ad Sirenum can-„tus adhæreſcant. Quod ipſum etiam ſibi accidiſ-„ſe juveni queretabur Fabricius. Ideoque tandem „ſuum errorem agnoſcens atque deplorans, tædere „ſe atque pudere dixit, eorum verborum atque lo-„cutionum, quæ ex Ethnica idolomania ſuis ali-„quando Poëmatibus adſperſiſſet. Nec poſtea Deum „alium aut Numen in ſuis verſibus legi voluit, quam „illud unicum verum & æternum, & amicum ge-„neri noſtro, patefactum ſcilicet illuſtribus teſti-„moniis verbi & filii unigeniti Domini & Salvato-„ris noſtri. Ceterum Diis gentium magnis & par-„vis, cœleſtibus, terreſtribus, ſilveſtribus & marinis „pollui & inquinari fœdiſſime ſcripta Chriſtiana ex-„iſtimavit. Inde ſane effectum eſt, ut carmen nul-„lum condere ſtuderet, niſi ſanctum, caſtum, ple-„num pietate & fide JESU CHRISTI, quem noſſe „ſolum & ipſe cupiebat, & ut alii noſſe poſſent, „operam dabat, quæ repetit Adamus in Vitis Philoſ. f. 119. Ipſe Fabricius in Dedicat. Carmin. ad Caſp. Nævium p. 595. collect. Baſileenſis minoris (nam in ultima majore editione ubi illa ad Nævium ſcripta compellatio prorſus aliter ſonat, verba hæc ſequentia non comparent;)

Noſtra Venus ſancta eſt, caſtis quia ſacra maritis
Non ferit illicitos ore licente jocos,
Ante aras adſtat prohibentes turpia ſacras
Ac pia ſollicita gaudia mente premit,

Et

Et ſi forte ſuis puer ille protervior alis
Obſtrepit audacem ſubmovet ipſa manu.

Idem Adami Siberi Epigrammatibus [1], quæ cum Cantici Canticorum & Threnorum Jeremiæ metaphraſi Lipſiæ 1553. in 8. prodierunt, epigramma ſequens præmiſit:

Sapphum & Alcæum gravemque Pindarum,
Antiqua vatum nomina,
Laudant, meliora qui probare neſciunt,
Divina qui nec noverint
Mihi ſacrati rore manans Spiritus
Deum celebrans unicum
Deique natum, cujus ortu gentibus
Apparuit vita omnibus,
Solatium in malis bonisque gaudium
Melis placet Davidica.

neque minus concinne in verſibus ad Lectorem pium Pæanibus Prudentii de Vita & Morte Chriſti præmiſſis:

Hunc canere quisquis negligit
Unum Deum & ter maximum,
Quicquid canit dignum ignibus
Perire & undis fluctuum

Digna ſunt etiam verba ex Epiſtola Georgii ad Paulum Eberum X. Calend. Maji 1561. miſſâ quæ hic apponantur, legenda in Celeberr. Tenzelii Bibliotheca Curioſa a. 1705. p. 360. "Placebit tibi, certo ſcio, ſummopere illorum ſanctisſimorum Viro-" rum (loquitur de Poëtis Chriſtianis quorum tum" parabat editionem) ſapiens & pius labor, quem" ego exoſculor, & non ſatior lectione. Pellemus" e ſcholis Chriſtianis Catulli & Martialis impuden-"

„tes & ſcurriles imitatores, & Muſis & Angelis ap-„plaudentibus.„ Inſuper in Dedicatione Poematum ſuorum collectionis ad Auguſtum Septemvirum Saxonem directa, male traduci ſcribit. M. Antonium Flaminium & Georgium Buchananum politisſimis ingeniis viros præditos, quod Eccleſiæ Chriſti canere quam delubris Minervæ aut Apollinis maluerint; ſed illorum gloriam apud Deum futuram eſſe æternam & immortalem. Imo velut ſignum quoddam & nota gentilitia verſuum Fabricianorum, quod Dei laudem celebrent & virtutum commendent culturam, commendatur in Monitione ad Lectorem eidem Poematum collectioni ſubjuncta, quæ ſummæ Evangeliorum a Pappo editæ etiam præfigitur & ita ſe habet:

Quod non concinit aut Deum perennem,
Aut refert benefacta magna Chriſti,
Quod non dat meritum piis honorem,
Aut mores facit elegantiores,
Quovis id titulo aut colore praſtet,
Noli Fabricii putare carmen.

ad quæ verba reſpiciens Pappus hos de ſuo verſiculos addit in Frontiſpicio ſummæ Evangeliorum, in quibus Fabricium Poetam vere Chriſtianum collaudat:

Quod ſolum canis aut Deum perennem,
Aut refers benefacta magna CHRISTI,
Aut reddis meritum piis honorem,
Aut mores facis elegantiores,
Nec vani tibi in ore ſunt Deaſtri,
Nec Chriſto ſine magnus eſſe tentus,
Nec famam temeras malus bonorum

Impu-

Impuros neque perdoces amores
Diceris merito tuo Georgi
Vatum judicioque ceterorum
Conceſſuque, POETA CHRISTIANUS.

Juvat vero & alios audire hanc Georgii extollentes ſollicitudinem. Hi ſunt Hieronymus Wellerus, qui in Elogio, quod Commentario in Geneſin additur, teſtatur, quod ſui carminis venam potiſſimum ad illuſtrandam Dei gloriam contulerit, David Chytræus, qui in Chronico Saxoniæ f. 670. "Georgius Fabricius, ait, Chemnicenſis, vir optimus at-" que doctiſſimus ac Vates vero Deo & Muſis caris-" ſimus venam ingenii a Deo donatam ad veræ pie-" tatis ac gloriæ Dei illuſtrationem præcipue contulit. Georgius Berſmannus, qui in Epicediis lit. D. 3.

Tu mihi Phœbus eras, ſed erat tibi Phœbus JESUS,
Qui tua cœligenis ora rigabat aquis;
Hunc tua, non Tegea, nec Dirces norat alumnum
Pagina ſacra Deo, nomine plena Dei,
Numina non Vatum decima cum Pallade divas
Et quos vana Deos turba Deasque colit.

Laurent. Finckelthaus, qui in iisdem E, 3.

Sed quia divino flagrabat totus amore
Solus cantanti Chriſtus in ore fuit,
Chriſtus in ore fuit, cui laudes ille ſonabat
Cui lyricum docto pollice movit ebur.

Jo. Andr. Pirnenſis qui in Epithalam. p. 75.

Fabricium ſacris juvat invigilare Camœnis
Et Chriſti ſumta facta referre lyra,

imo & frater Jacobus in Hendecaſyllabis Poëmatum præmiſſis collectioni p. 11.

Sic de fonte aqua limpido ſalubris
Secure bibitur: nihil verere
Putoris nihil his ineſt libellis,
Non eſt hic Camarina nec Mephitis
Anſanctique lacus paluſve Lernæ.

Nath. quoque Chytræus, Eccleſiæ CHRISTI conditor, ſvaſorem ſibi Fabricium extitiſſe tradit, ut feſta gentilia, tanquam impia & faſtis Chriſtianis indigna, omitteret, ejusque ſecutum ſe conſilium profitetur in Præfat. ad Faſtos. Tandem & Andr. Bailletus de cura iſta ſollicita pii Poetæ noſtri ex Adamo exponit & hæc tandem ſubjicit: mais ſa pieté n'a point ete aſſez forte, pour le rendre chef de ſecte, Jugemens des Sçavans T. IV. P. III. p. 311. His repertis ita teſtimoniis merito miror, quod nec Balthaſar Gockelius edito a. 1647. Tubingæ de ratione carmina ethnico more pangendi ſcripto, ubi magna copia Viros impiam illam ſcriptionem graviter notantes adducit, nec Jacob. etiam Thomaſius ſuffragantes illis alios adjungens in diſſert. de ſtili ethnicismo Lipſiæ 1678. habita §. 13. Fabricii ullam injiciant mentionem. Ceterum quando teſtimonia ita congeſſi, quæ curam illam mirificam Noſtri in profanitate ſermonis Latini fugienda confirmant, ab eadem tamen ſub initium muneris non alienum fuiſſe, progreſſumque demum ætate, ubi plerique rectius ſapere incipimus deteſtari eam cœpiſſe reperio. Sunt in manibus meis Epithalamia Ipſius in Nuptiis Leonardi Badehornii, & Wolfgangi Meureri ſcripta Elegiaco carmine, & ſeorſim excuſa Lipſiæ 1549. in quibus in Poematum collectione non inveniendis Hymenæus, Venus, Juno caſta Tritonia

vel

vel advocantur, vel ſollicitæ de nuptiis memorantur, inter alia Meureriano Epithalamio Gratulatio Jambica ſubjicitur, cui Cupidinis, Veneris & Thalasſionis nomina adſcripta ſunt. Hanc vero in collectione Poematum P. I. p. 412. offendo etiam ſed mutatam valde & à primum ſcripta diverſisſimam. Apponam utramque, ut appareat Lectori, quomodo λεωφόρῳ βαδίζων collegerit ſemet, & aliud inſtitutum cœperit tenere, cujus deinde fuit tenacisſimus. Gratulatio illa prior a. 1549. m. Febr. ſcripta ita fluit:

CUPIDO.

Manu Cupido fulgidas
Faces utraque concutit
Geritque bina flammeo
Coruſca tela lumine.
Facem tuo telum tuo
Meurere condit pectori.
Facem tuo telum tuo
Condit puella pectori.
Ut mutuis complexibus,
Sunt juncta pulchra corpora
Sic mutuis amoribus
Sint juncta fida pectora.

VENUS.

Te ſponſa Cypris aureo
Ornat venuſta cingulo
Tuumque blandas in ſinum
Fert Margaretha gratias.
Te ſponſe Cypris myrtea
Auget corona laurea
Quàm docta donavit cohors

Non invidens Apollinis,
Ite ite donis inclitis,
Formæ atque virtutis pares.
Non munus aliud hoc latus
Decet, nec illa tempora.

THALASSIO.

Florete dulces conjuges
Juncti perenni vinculo,
Veſter beatus ſentiat
Nullas amor moleſtias.
Florete pulchri liberi
Bonis ſati parentibus
Virtute veſtra vincite
Claram parentum gloriam.
Hæc ſolus dat Deus bona
Deum timete conjuges,
Deus piorum nam thoros
Beat pudicos conjugum.

at in Oporiniana collectione, quæ eſt a. 1567., dicta ſupra p. ejus iſte eſt tenor:

Manu eminente quid Deus
Faces utraque concutit,
Geritque bina flammeo
Coruſca tela lumine?
Facem tuo, telum tuo
Meurere condit pectore
Facem tuo telum tuo
Condit puella pectore,
Ut mutuis complexibus
Sunt juncta pulchra corpora:
Sic mutuis amoribus
Sint juncta fida pectora.

Flore-

Florete dulces conjuges,
Juncti perenni vinculo,
Veſter beatus ſentiat
Nullas amor moleſtias,
Florete pulchri liberi
Piis ſati parentibus,
Virtute veſtra vincite
Claram parentum gloriam,
Dat ſolus hæc Deus bona
Deum timete conjuges
Deus piorum nam thoros
Beat pudicos conjugum.

XIV. Illud etiam in Georgii prædicari debet virtutibus, quod ſcholæ admotus atque onus proin non vulgare nactus, omnes nervos induſtriæ ſolerter contenderit, & indignatus otium, cumque negotio gaudens committi, non docendo modo fideliter, quos traditos habebat ſibi in diſciplinam, ſed ſcribendo etiam & vulgando tot egregia ingenii ſui monumenta iſtud ſit conſecutus, ut langvide nunquam in opere dici queat verſatus, exſomnis ſemper providensque & agendi ſciens, tum & temporis apprime tenax a) *qui ut ſufficeret ardua*

perfunctioni temperantia cumprimis ſalubrique & moderato victu perfecit. b)

a) Ita ipſe Noſter in Epiſtola ad Meurerum a. „1564. ſcripta: "Ab illo tempore, quo ex Italia ve„nimus, nunquam carui laboribus & curis maxi„mis, illos tamen ſponte ſubii, qui otioſus eſſe ne„queo; has mihi attulerunt tempora: & in Dedi„cat. Elegantiarum e Plauto decerptarum ad Matth. Dabercuſium ad commune Reipublicæ quaſi ædificium aliquid apportaturum inter cæmenterios & bajulos non faſtidire ſemet adhiberi venuſte fatetur; iterumque ad Meurerum ſcribens a. 1549. "Schola „noſtra jam non impleta eſt, ait, ſed referta. Deum „æternum oro, ut mihi adſit in hac imbecilli ætate „regenda. Nam quantus ille labor ſit, ex animo „cupienti ſatisfacere muneri ſuo quotidie magis in„telligo„ Imo & ad Thom. Pitſchium, ludi Dreſdenſis Collegam, ſuum olim γνήσιον παίδευμα, ita nimiis curis implicitum & ſolatur & quid ſibi perferendum quoque ſit ſubindicat: "Ad M. Petr. „Glaſerum Compatrem meum ſcribo, ut rogaſti, ſi „qua pars oneris demi tibi poteſt. Memineris ve„lim illius dicti divini. Ego ſum longitudo die„rum tuorum: igitur & nos in laboribus firmabit „ad ſui nominis gloriam illo modo quo agricolas „in meſſe & in totius vitæ tempore homines omnes „laborioſos, inter quos non feliciſſimi, qui inſtitu„endo pueros laborant. Extat Epiſtola hæc a. 1569. ſcripta ad calcem Hymnorum duodecim Fabricii quos ille Pitſchius Germanicè reddidit C. 1. laudat ipſum tanquam σεμνότατον μουσῶν θεράποντα &

& ejus immenſam induſtriam Michael Neander in
Dedicat. Coluthi Græca ad fratrem Georgii Oper.
Antholog. p. m. 26. his verbis ad Jeſum Chriſtum di-
rectis: “διάσωζε ἡμῖν ἐπὶ μήκιστον τὸν γεώργιον
φαβρίκιον, κάλλιστόν τε καὶ σεμνότατον τῶν“
μουσῶν θεράποντα, ἵνα καὶ πλείους θεριστὰς πι-“
στοὺς διακόνους καὶ ἐργάτας εἰς τὸν σοῦ θερισμὸν“
ἀποστέλλῃ, ὥστε καὶ ἀπὸ τῶν κακῶν τῶν ἀντι-“
πάλων αὐτοῦ μίσους καὶ λοιδοριῶν ἀδίκων, ἅπερ“
διὰ τὴν εὐσέβειαν τε καὶ φιλαλήθειαν καὶ εἰ-“
λικρίνειαν ὑπομένει, ἐλευθεριαζόμενος, καὶ ἐν“
εἰρήνῃ ἡσυχίᾳ τε διάγων, καὶ ἀδεῶς τὰ αὐτοῦ“
διαπράττων ἡμᾶς στέργων μήποτε ἀπολήγειν,“
αὐτὸς φημὶ κόσμημα καὶ κλεός τῆς μισνίας“
πολὺ μέγιστον μετ᾽ ἄλλων ἀδελφῶν αὐτοῦ τῶν“
Ἀνδρέα καὶ Ἰακώβου καὶ Βλασίου βελτίστων ἀνέ-“
ρων θεοφιλεστάτων τε καὶ τῷ ἀνθρωπίνῳ βίῳ“
χρησι μωτάξωντῶν φίλων ἡμῶν, διὰ πολλῆς“
αἰδοῦς ἀεὶ τιμηθησομένων,„ Inſuperque Jo. Ca-
merarius in Dedicat. Virgilii, quem edebat ad G.
Fabricium, à quo MSCtum Virgilii codicem nactus
fuerat; “cum tu non modo docendo ſed etiam“
ſcribendo omnium noſtrûm induſtriam vincas,“
nullum intermittens tempus, quo non aliquid ope-“
ræ operi Muſico impendas. Vidi enim“
nuper, cum ad Vos Miſnam veniſſem egregia ope-“
ra Tua partim indicata, partim etiam perfecta, cum“
laboribus ſcholaſticis ita interea vacares, ut præ his“
aliis curis intendere animum Te poſſe pene incredi-
bile videretur. Libros nimirum ſemper etiam ſcri-“
pſit

pſit noſter, dum docuit, ſpectantque ad ejus hanc contentionem Schellenbergii, Annales Miſenenſes Carmine ornantis, verba f. m. 12.

Atque aliquid ſemper non unquam incude relicta
Fabricius fabricat docta quod ora legant,

itemque ejusdem aliud ex eodem carmine illud f. m. 10.

Qui ſi doctrinæ transfundere menſe vel una
Poſſit in os, & cor in puerile favos
Non detrectet onus, parcatve laboribus ullis
Cuncta ſuæ ſectans emolumenta ſcholæ.

Par eſt vero Michaelem quoque audire Schulteſium, Wicelebianæ Scholæ Rectorem, in Epiſtola Dedicatoria rudimentis pro ſchola Wicelebiana conſcriptis præmiſſa, ita de laborum pertinacia, quæ in noſtro fuit ſingularis, pronunciantem: "In hac „palæſtra magna cum laude nec ſine aliorum fructu „ſudavit hactenus Clariſſimus Vir, Georgius Fabri-„cius, quem admirari licet multis, imitari continget „paucis, propter ſingularem eruditionem & indu-„ſtriam pene infinitam, quam quia demittit ad ſtudia „illa humilia & plerisque odioſa, reponit in Re-„publ. literaria memoriam nominis ſui ſempiter-„nam. Tantos autem labores in umbra ſcholaſtica „nemo unquam ſuſcipiet, nemo perferet, nemo „etiam conficiet, præter Fabricium, Herculem eru-„ditorum.„ Sic autem in ipſum Georgium congruit exacte quod in bono Præceptore auditus eſt requirere ita in Dedicatione Elegantiarum è Cicerone ſcribens: "Atqui commoda ingenii puerilis „tractatio, non ſolum moderatorem & laborioſum „artificem qui & animadvertat, quid cuique ætati

atque

atque ingenio conveniat & id ſtudioſe ac ſedulo"
exequatur: in utroque enim peccatum eſt & cum"
labor deſtituitur præclara doctrina & eruditio non"
commendatur ſingulari induſtria.„ Sic bene Jo.
Vogelius in Carmine quo Siffridi Miſenenſis Epitomen ornavit f. 141. teſtatus eſt:

Quo, teneris pueros formando Magiſter ab annis
Vix unquam melior virgea ſceptra gerit

b) Ceterum de temperantia ejus Chriſtoph. Schellenbergium juvat audire in Epithalamio Fabricio ſcripto ita ſcribentem: Carmin. Nuptial. quæ ex officina Voegeliana edita teneo E. 5.

Ipſe ego dum tota trieteride ſede ſub una
Illius lateri junctus alumnus eram,
Non unquam Baccho vidi titubare Poetam
Pectora miratus numina plena DEI.

XI. Non reperio, quod cupiditatum ſemet dederit lenociniis Noſter, aut ullius voluptatis, niſi quæ petitur & literarum tractatione, ſe paſſus ſit illecebris deliniri; hoc reperio, vitæ ejus conſuetudinem excutiens attente, quod nactus laxamenti nonnihil a ſeverioribus curis vel carmini ſe ſcribendo accinxerit a) *vel ad rerum naturæ contulerit inveſtigationem & modo herbis ſeligendis* b) *modo ſcrutandæ animantium indoli vacave-*

caverit, c) *modo piſcium genera diſtingvere didicerit*, d) *imo neque Muſicis etiam nonnumeris permulſerit animum*, e) *quem & prodigia varia præſtigias nubium & mira in aëre atque terra ſpectata diligenter novimus annotaſſe.* f)

a) Quam pie negotiorum ſpatia otio diſpunxerit, ipſe nos doceat ita canens in Pæanum Angelicorum Dedicat. p. 265.

Dum turpe multos otium
Damnoſa per diem alea
Delectat, aut juvat mero
Curas tenaces ſolvere,
Aut perdere ævum crimine
Intemperante noctibus
Inter labores plurimos,
Quos ſuſtinere me Deus
Juſſit, levamen quæritans
Tuli manus ad Barbiton
Cœlo levatus & ſacro
Adjutus â ſpiramine
Sanctos amores, inclita
Facta Angelorum prodidi.

b) Habuit Fabricius amicum ſingularem Chriſt. Leuſchnerum Medicinæ Doctorem, & conditorem horti in hac urbe induſtrium, de quo infra quædam. Hunc multis conſitum plantis peregrinis & ſinu atque gremio herbas foventem deſcripſit Noſter ſub finem Annal. urbis Miſnicæ f. 121. rigavitque fonticulis, Poëtarum, verſus excerpendo videlicet de

Poe-

Poetis antiquis naturam herbarum variarum edocentibus. Hic meminit Atizari & ſe dicit hoc conſecutum opera Joachimi Camerarii Medici clariſſimi f. 122. barbulæ hirci, quem florem Petr. Matthiolus miſerat f. 123. ferulæ fruticis Italici, quem ſe vidiſſe etiam in promontorio Miſenæ tradit, non ſoli proinde adſcribendum Africæ f. 127. quæ induſtriæ ejus in herbis tum ſpectandis, tum in hortum etiam Leuſchnerianum inſerendis ſint documenta. c) Infra, ubi in ſerie Amicorum Fabricii G. Agricola comparebit, verba hujus ipſius adducuntur, e quibus, quod animantium etiam notitiam noſter ſibi comparaverit, conſtet. Sic docebitur proxime ſequenti numero, quod Geſnero ſe adjutorem præbuerit ſuum de animantibus concinnanti vaſtum opus. d) In Annalibus urbis Miſenæ L. III. f. 110. ſq. enarrat varia piſcium genera in Albi obviorum, diſcernendo hoſpites, qui vel e mari aſcendunt vel e fluminibus aut rivulis inferuntur â propriis & quaſi domeſticis noſtri fluminis, quorum quadraginta numero nomina â Sigismundo & Georgio Kerniis piſcatoribus didicerat. e) Muſicæ ſcientiæ non fuiſſe expertem, ex eo collegi, quod in honorem Georgii Zeleri Prof. Lipſienſis, cum Doctor Theologiæ fuiſſet nuncupatus, idque Noſter die Catharinæ reſciviſſet verba illa *Catharinam collaudemus* numeris adſtrinxerit Muſicis, quos Epiſtolæ, quam MSCtam adſervo die Barbaræ a. 1551. datam appictos habeo, quanquam in eadem Epiſtola hæc pro ſua addat modeſtia: "Ago gratias tibi, & quod in honoribus tuis mei memineris, & ejus etiam miſe-" tis, quod cariſſimis dari ſolet, monumentum. Mu-" ſicus,

„ſicus, ut ſcis, malus ſum, alioqui plura ceciniſſem, „præſertim ominis cauſa vel tibi vel mihi.„ Cum Godeſchalcus Prætorius hymnos quosdam & in his Fabricianos etiam numeris Muſicis a Martino Agricola adſtrictos Fabricio dedicaret ſcripta Magdeburgi a. 1556. Calendis Julii Epiſtola inter cetera hoc etiam habet; "Eos tuo nomini, Fabrici, Martinus inſcripſit, Nam gratus eſſe tibi volebat in eo, quod „Hymnorum tuorum à te munere fuiſſet ornatus. „Deinde cum admonitus â te de tuorum hymno„rum Melodiis fuiſſet, judicabat his quaſi præludiis „primum omnium ad te veniendum, quæ novæ deinceps deliberationes ſequi poſſent, quæ ſimiliter noſtri amorem in nobilisſimam artem indicavit. f) Hieronymus Wellerus laudat ipſius operam in conſignandis prodigiis adhibitam tanquam Eccleſiæ maxime utilem in Epiſtola Germanicè ſcripta Opp. German. T. II. f 235. Eorum longum Catalogum Epiſtolæ Prid. Id. Januar. a. 1551. ſcriptæ ad Paul. Eberum mittit, quæ ſuo ille Calendario debito quæque loco adpoſuit.

XVI. Hic in ſingularem Fabricii commendationem iſtud adjungi debet, quod ſummo ſtudio diligenterque curaverit ſemper, quæ fore utilia aliis erat arbitratus & iis maxime, qui ſcribendis libris inſudabant, nullum voluerit in ſe claudi commodum, ſed velut mutuo amore in commune conſtrictus auxilium con-

conſilio, ſuppetiisque & paratis nunquam non officiis humanitatis praeſto fuerit, id omni agens aſſiduitate ut ſua vita non uni hominum generi crederetur fructuoſa. a)

a) Vere de fratre hoc ſuo Jacobus in Epicediis, quæ Lipſiæ a. 1571. exierunt b. 4.

Sicut odoratis ſuccum delibat ab hortis
Inque facos dulces ſedula ſtipat apis:
Sic vita illius veluti mellatio dives;
Utiliter patriæ vere operoſa fuit.

Teſtatur Albinus lubenter ipſum & ſine invidia ſcripturos aliquid adjuviſſe Agricolam, Geſnerum, Eberum, Fincelium, Sleidanum, Munſterum, Humbertum, Schradæum, Golzium in Chronico Miſenenſi f. 364. Quod Agricolam attinet, hic in Epiſtola ad Wolfgangum Meurerum, qua ipſi rerum metallicarum nomina dedicat Opp. Baſil. a. 1657. f. 702. "Eodem beneficii genere G. Fabricius, Vir incredi„bili rerum cognoſcendarum pariter & dicendi ſtu„dio flagrans, me totum devinctum tenet. Non „enim ceſſat ad me mittere omnia, quibuscunque „juvari atque ornari mea ſtudia poſſent. Ipſe in Epiſtola ad Meurerum 1553. ſcripta, ſe viginti genera annatum ad Geſnerum miſiſſe ait, quæ ab aucupibus didicerit & ipſe Geſnerus in Catalogo doctorum Virorum, qui tum ad opus Hiſtoriæ animalium, tum & ad hiſtoriam aquatilium & piſcium imagines horum & deſcriptiones miſerunt utrique præmiſſo, Noſtrum nominat, & Tomum II, qui agit de qua-

drupedibus oviparis, Valentino Gravio, Decimario & Senatori Fribergenſi Idibus Februar. a. 1554. inſcribens, ita hujus in ſe juvando laudat humanitatem ut præſtitam ſimul a Fabricio operam extollat. Verba dedicationis ejus, quæ hoc probent, ea ſunt: "Multas & raras animantium volucrium, nantium „& terreſtrium figuras, tuo beneficio cum deſcripti„onibus & hiſtoriis etiam plerorumque optimus & „doctisſimus ille in omni literarum genere Georgi„us Fabricius, præclarum Germaniæ noſtræ decus, „jam aliquoties ad me miſit. Porro præter grati„tudinis officium, quod omnino præſtare debebam „hoc etiam obiter lucrari me video gaudeoque, „quod incliti nominis Tui patrocinio & auctoritate „ſplendoris & dignitatis non mediocre ornamen„tum operi noſtro ſit acceſſurum. Id enim certo „polliceor, qui ut eruditum in optimis literis te vi„rum eſſe gravisſimi Georg. Fabricii teſtimonio, ita „& humanisſimum ac ſtudioſorum hominum Mæ„cenatem ſingularē eodem & ipſa in me beneficen„tia tua adductus facile & libenter agnoſcam. Po-" „ſtremo hanc veluti coronidem & corollarium lu„cri mei mihi fore aliquando perſvadeo, ut tua cu„ra, induſtria, liberalitate, Oceani Germanici Bal„thicique aliquot piſcium & belluarum præter illas, „quas jam prius miſiſti, icones ac corporis naturæ„que ipſorum deſcriptiones accipiam. Hanc equi„dem ſpem quaſi vigilans ſomnio (ut ſuos quisque „amores ſolet) & opto hoc mihi ſomnium ratum „aliquando & hypar, ut Græce dicam, evenire. Nec „dubito, quin ad hoc conandum Georg. Fabricius „noſter tum excitare te tum ad perficiendum viam oſten-

oſtendere & velit & poſſit. „ Idem autor fuit Petro Lotichio ut Jac. Micylli opera Poëtica colligeret; quin & Jacobo Strasburgo Lotichii Poëmata edenti promte auxiliatus eſt; prædicante id hoc ipſo grato animo & Præceptoris ſui extollente benignitatem Epiſtola primæ Lotichii Carminum editioni, quæ ex Voegelini officina a. 1561. prodiit, addita p. 75. Similiter Matth. Dreſſerus ſcripto in mortem Fabricii & Erfurto miſſo Epicedio Epicedior. C. 2.

Qui mihi ſvaſor eras Ciceronis ſcripta legendi,
Sic demtis mendis ut meliora darem.

Michael vero Neander in Dedicat. Theologiæ Lutheri ad Fratres Fabricios, Georgium nunquam ſe deſiiſſe amore, in ſuorum numero habere, ſe prædicare & colere & Muſas ſuas invitare. Poſſideo Epiſtolam Fabricii MSCtam ad Michaelem Voitium è Bibliotheca celeberrimi in Academia Jenenſi Doctoris G. Schubarthi mihi communicatam, cum qua veteres huic Muſicos mittit è Thuringia ad ſe allatos Conradum Hirſaugienſem Abbatem, Bernonem Augienſem & alios inſtruitque cupidum ipſius conſilio, quod inſtitutum tenere debeat in edendis libellis Muſicis. "Quod ad Te pertinet," ſcribit, vellem libellum ſimplicisſimum προγυ-" μνασματικὸν colligeres, in quo prima elementa" digna demonſtratione artis, ſed tamen cum præce-" ptorum explicatione neceſſaria traderes, ad ca-" ptum eorum, qui primum inchoant eam artem" Deindè adderes ſecundum eum ipſum in quo fun-" damenta extruis quem mihi ſuperiori anno judi-" candum mittebas. Poſtea ſuo tempore progrede-"

„rebis longius, donec ad eum artis uſum, qui jam in „tot vocum varietate conſiſtit, pervenires, ſi idem „ſentis tu, facile efficiam, ut priores duo Baſileæ ab „Henrico Petro, Viro ſtudioſiſſimo exprimantur. Quanta diligentia & quam cupido animo Reinero Reineccio auxiliatus ſit Hiſtoriam Juliam concinnanti, infra docebitur ubi Reineccius inter amicos Fabricii eximios numerabitur.

XVII. Erat Fabricius ut admirabili optimarum rerum ſcientia copiaque cognitionis: ita ſapientia prœditus prope ſingulari. Jam inde ab adoleſcentia velut naturæ quibusdam invitamentis atque ductu propenſior ad Scholaſtici muneris perfunctionem deprehendebatur, & cum Rectoris ſuſcepiſſet partes, quam prudenter, quam ſagaciter & circumſpecte viſus fuit agere! Noverat explorare ſi quis alius ingenia & ad eorum indolem diverſam ſuæ inſtitutionis diverſe attemperare rationem, gnarus, quo doctrinæ cibo & quam modificato cujusque animi vires deberent firmari a) *Libros ſuis proponebat notæ melioris, & excusſis è manibus, quos ætas illa procude-*

cudebat, non probatos omnes uſquequaque è fontibus haurire potius ipſos, quam rivulos volebat conſectari cumque Ciceronem dicendi optimum artificem neque intelligendi minus etiam noſſet, eum ſtudioſe volebat evolvi, & ſtilum omnem genusque Latinæ ſcripturæ, cujus puritas curæ ei fuit imprimis, ad ejus orationis ſimilitudinem efformari. b) *Conſtat inter omnes, quam expeditam viam ad Carminis condendi rationem reddiderit, quam ſalubri conſilio ſelectas è ſcriptoribus optimis elegantias evulgaverit, ut memoriæ adoleſcentulorum conſuleret, quam operoſo ſtudio certis tabulis univerſam doctrinam Grammaticam incluſerit. Quæ ſunt non diligentiæ magis quam judicii libratisſimi & ejus eximiæ prudentiæ Specimina, quam ſcholarum moderatoribus ad obeundas rite commisſi muneris partes pernneceſſariam arbitramur & Fabricium noſtrum bonum profecto in Sparta,*

quam ornabat ratiocinatorem dediſſe neminem latet, imo ut præclari Rectoris imago haberetur effeciſſe. c)

a) Fabricius in Epiſtola ad Meurerum a quo ad munus ſcholaſticum capeſſendum fuerat invitatus Argentorato XI. Calend. Decembr. a. 1545. ſcripta ita ait: "Ego, mi Wolfgange, laborem ſcholaſti-„cum neque fugio neque detrecto, imo hunc mihi à „puero propoſui, & in eadem nunc quoque maneo „ſententia, quem etiam ſi non uno aut altero etiam „anno ſubeam, dummodo ſubeam & intra breve „annorum ſpatium, non puto me ideo patriæ de-„futurum aut officio meo, & dum illa mihi compa-„ro adjumenta, quæ ad tale negotium munuſque „neceſſario pertinent, & patria mihi ignoſcet & ami-„ci viri boni atque æqui concedent. „ Ad Rectoris ergo dignitatem evectus, ut æquaret ſe ſuorum ingeniis & ad cujuslibet conv. r. eret profectus neceſſarium pervidit. Bene in Dedicatione Proſodiæ quæ Elegantiis ejus Poeticis ſubjungitur p. 102. qui „puerum inſtituere vult, eum fieri puerum neceſſe „eſt, & ſe ita ad imbecillis ætatis captum accommo-„dare, ne laborem & operam in inſtituendo ludat, „quod etſi pleniſſimum tædii eſt, nobis tamen, qui „hanc ſuſcepimus provinciam & tueri conamur, iſta „moleſtia eſt nequaquam fugienda. Subjicimus his, quæ de ſua docendi ratione eleganter commentatur in Dedicat. Tabulis Grammaticis præmiſſa ad Johannem & Hugoldum Schleinitzios: "No-„ſtrorum, inquit, mores nos inſtituimus, primum „religionis & pietatis præceptis, quæ qui harum Re-

gionum

gionum Eccleſiis puriora tradiderunt, nomine an-" tiquo Catecheſin nominarunt: in quibus de vero" & omnipotente Deo, de ipſius animo & erga ho-" mines voluntate abſoluta doctrina, continetur: &" fœderum, quæ cum Deo nobis intercedunt certi-" tudo explicatur atque dignitas. Ad docendas de-" inceps linguas atque literas ſimplicisſima porro" adhibemus præcepta & quandam χειραγωγίαν" ὁδοποιητικὴν, qua veluti manu, via directa, neque" longa ducuntur ad faciendum ſermonem propri-" um, ad quæ præcepta inculcanda confirmandaque" in optimis ſtatim auctoribus rudes adhuc & impe-" ritos aſſidue exercemus, utque aſveſiant ad imitati-" onem, in qua meo judicio ſtudiorum excellentia" poſita eſt: pro viribus annitimur, ut intelligere" veteres & admirari optimum quemque diſcant. Ad" tale ædificium eruditionis magnæ fundamenta" quædam (qualia ſunt præcepta, de quibus libris in" his agitur,) eſſe neceſſaria nemo dubitat: & qui" protervitate aut inſcitia negant, ſero tandem &" cum dedecore fateri coguntur.„ Pergit deinde & de ſtudio Grammatico quod in ſcholis commendatisſimum eſſe debet, ita eleganter loquitur: "Quæ præcepta etiamſi ſpecie exilia & re ipſa minuta ſint" & plurimum operis nihil oſtentationis habeant, ta-" men ſi non negliguntur, & ſuo imbibuntur tempo-" re, peritos tandem Philoſophos, magnos oratores" politos Jureconſultos, eximios Theologos & in" Remp. & in Eccleſiam ipſam quaſi in colonias, e-" mittunt. Neque ego hoc dico quod ex his prin-" cipiis, tanquam e cerebro Jovis Minerva, confe-" ſtim exiliant aut evolent artifices: Sed affirmo cum"

„Peripateticis, eſſe inſtrumenta: dico cum Poſido-„nio eſſe rudimenta non opera. Quibus hoc ob-„ſcurum eſt, conſiderent in tota natura, è quibus te-„nuibus fontibus fluvi oriantur navigabiles, è quam „parvulis ſeminibus quantæ procreentur arbores, „tum videant ſimul, neque ſemen eſſe arborem ne-„que caput aquæ ipſum eſſe flumen; cœlum, ſo-„lum, cultura, tempus, aliquis interdum caſus mira-„bilia ipſis præbent incrementa; accidit idem in „animatis corporibus: neque elephas aut panthe-„ra tanto robore tantaque celeritate primum in lu-„cem prodeunt, quantum poſtea addunt anni & ex-„ercitationes, quæ illis ſunt belluis uſitatæ atque „communes. Eadem ædificiorum ratio eſt; arcis „alicujus munitæ extant muri & propugnacula; la-„tent fundamenta; inſtructæ triremis non apparet „carina, ſed cernitur altitudo mali; aparatus remo-„rum atque armorum veli & funium multiplex di-„verſitas. Tolle id quod oculis non ſubjicitur in-„forme atque rude quid relinques, præter ruinas & „naufragia. In alia Epiſtola ad Meurerum 4 Cal. Jun. à. 1546. ſcripta. "In ſchola mea multa reperio „emendanda; pueris à Rivio ſum publice commen-„datus, ſed a vobis nondum confirmatus. Vellem „Joachimum adventare, ut tandem hoc negotium „conſtitueretur; interim tamen puerorum ingenia „& profectum exploravi, ut libenter inirem ratio-„nem, qua libellos quosdam recentiorum ejicerem „& veteres eligerem, quod non fruſtra Tibi dico.

b) Teſtatur de cura puriori ſermoni impenſa Henricus Pantaleon in Proſopogr. P. III f. 504. "In eo „loco, pergens, optimos quosque auctores, imprimis

mis Ciceronem & ſacros Poetas expoſuit, atque ut" Latinæ linguæ puritas conſervaretur, ſedulo cura-" vit. Ego inſuper vero ex epiſtola ad Jacobum fra-" trem a. 1548. exarata, quam MSCtam ſervo, non-" nulla adjicio, ut qua ſolertia Latini ſermonis venu-" ſtatem complexus ſit, dilucidius conſtet: Deſidero" in verbis tuis proprietatem, cujus ratio habenda" maxime eſt, eam tibi paries imitatione & diligen-" tia. Ad imitandum tibi proponitur Cicero, opti-" mum ſane exemplum, quem ſi attente audies â Præ-" ceptoribus & ſequeris eam rationem, quam tibi do-" mi expoſui, brevi magnos progreſſus cum laude &" voluptate tua facies. In ſcribendo judicio opus" eſt; nec enim omnia, quæ primo ſe offerunt, ſu-" menda ſunt, ſed optima. Ea tamen quæ ſint, ſi" judicare per ætatem non potes, utere nullo, cujus" autorem idoneum atque elegantem non habeas, at-" que etiam qui tibi ad imitandum maxime eſt pro-" poſitus, Cicerone. Ita fiet, ut & Latine ſcribas &" prudenter. Judicium autem ætate & multo uſu" parabitur. Retinenda ante omnes contra opinio-" nem imperitorum in ludis literariis hæc ſententia" eſt, vera antiqua neceſſaria, nihil ſcilicet in oratio-" nem improprii aut inquinati admittendum. Ut" enim in veſtitu populari, ſic in communi ſermone" plurimum intereſt, ut apta & habilia omnia ſint &" conſvetudini honeſtæ conſentanea. Militum veſtes," quibus nunc femora tegunt velis nautarum eſſe vi-" demus laxiores & ita diſciſſas atque laceratas ut" Abſyrti aut Marſyæ corpus (quod in fabulis eſt)" mutilum laniatumque magis non fuerit: quam" cum in caſtris Turcicis militum captivorum corpo-"

„ra ad veſtium formam fuerunt diſſecta. Talibus „ſimiles ſunt, qui oratione incompoſita & diſſoluta „& abſurda loquacitate delectantur, quam inſuper „deformant levitate atque ineptiis: quos ſtultorum „militum fortunam experiri par eſt, ut ære diruti ca„piteve diminuti e Scholis perpetuo relegarentur „ad barbaros. Notis rerum propriis & cura ver„borum neglecta error & obſcuritas naſcitur, in „oratione autem, in qua labefactatur varietas & im„plicatur intelligentia, quid loci relinquitur pruden„tiæ? hac ſublata, quid omnino inter hominem „garrientem aut rudentem aſinum eſt diſcriminis? „Veterum ſapientum hoc ſtudium ſemper fuit, ut „cum perſpicue & diſertè tum etiam cum ornatu „animi ſui cogitata afferrent.„ Eam ob cauſam diu abſtinuit à lectione Poëtarum etiam Chriſtianorum, ne ſtilum corrumperet nimirum veritus. Audiamus, quæ ſcribit in Dedicat. Poetarum Chriſtianorum p. 8. "Legeram in libris de corruptis diſciplinis apud „Ludov. Vivem hæc verba; Juvencus, Sedulius, „Proſper, Paulinus lutulentæ & perturbatæ ſunt „aquæ. Ei autem viro tantum auctoritatis tribue„bam, ut quicquid ipſe diceret, id eſſe ſequendum: „quicquid ſtatueret, id eſſe ſequendum, ei aſſenti„endum arbitrarer. Talis igitur viri ſententia ab „illorum lectione, nec quales eſſent inquirendum „putavi, quem purum & liquidum eſſe debere me „docebant Præceptores.„ Tribuitur Fabricio proinde laus venuſtè compoſitæ orationis jure meritoque, nec abludit à vero, quod Andr. Ellingerus Jena tranſm ſſit elogium Epitaphiis mortuo ſcriptis inſertum. l. A. D. I.

Non

Non datum omnibus exarare libros
Culto carmine & eleganti proſa
Quales optimus edidit Melanchthon,
Doctus Fabricius, Sturmiusque,
Quales & Joachimus ille Francus
Edunt.

Imo vero etiam Michael Hempelius in Epitaphio ipſi ſeorſim facto b. 3. cecinit:

Nil affectatum, ſimulatum nilque coactum
Ambagesqut ſtilus Fabricianus habet,
Proprietas illi cura ſunt mundaque verba
Nec ſermone nimis luxuriare ſolet.

Exinde ſtili ejus venuſtas doctos etiam viros mirum quantum delectavit, ſuntque ſilentio non prætereunda ea quæ Melanchthon ad ipſum ſcripſit die Baptiſtæ a. 1549. "Adeo amant ingenium tuum & orationis ſanitatem & alii qui judicare poſſunt, ut" cum legerem apud amicos epiſtolam, certamen de" ea eſſet inter Marcellum & Vitum, cum uterque ſi-" bi eam donari peteret tanquam κειμήλιον." c) Abit Fabricius adeo in exemplum boni Rectoris, & utrique, & ipſi & Bartholomæo Walthero, cedit honori Rectori Scholæ Portenſis, quod hic a. 1590. mortuus comparari cum Georgio & tumulo ipſius inſcribi potuerit:

Me genitum Pirnæ Waltheri nomine quondam
Signabant, cujus membra teguntur humo,
Fabricius quod erat Miſenæ clarus Alumnis
Hoc tibi dum licuit florida Porta fui.

vid. Pertuchius in Chronic. Portenſi L. II. p. 167. Neque inconvenienter egiſſe cenſendus eſt Adamus Siberus, cum quatuor libros de educatione diſcipli-

næ

næ puerilis Scholaſtica ſub titulo *Jobelæus*, concinnans, cum priores Tuos Rivii nomine ſignaſſet, ſic ut quartus Magdeburgo Eberus inſcribebatur; tertium titulum dedit Fabricio-Dabercuſius, cujus iſta nimirum capita: Rector, hypodidaſcali ſubductores, pietas, diſciplina, artes, linguæ, autores, educatio, claſſis, lectiones, ordinum intermediorum, interpretatio, ordinis ſummi lectiones, repetitiones, pronunciationes memoriter, diſputationes, ſtylus, commonitiones de formando ſtilo, exercitationes, verſus & carmina, emendatio, progreſſiones claſſicæ, ſtratagemata, luſionum exercitia, animadverſiones & pœnæ vid. de libro illo, quem nulla induſtria potui invenire, forte nec editum etiam, Adami Theodori Siberi διαλέξεων Academic. Volum. I. p. 293. 294. ubi Chriſtophoro Cæſari de hoc parentis ſui fœtu cupienti erudiri, capita ſingula enumerat. Imo vere prædicare potuit Dreſſerus in Orat. de G. Fabricio p. 759. "quocunque aſpicimus & quam„cunque partem hujus illuſtris Gymnaſii contem„plamur, non veſtigia ſolum preſſa, ſed teſtimonia „etiam expreſſa ingenii, induſtriæ atque virtutis hu„jus viri invenimus, quem eximias ejus virtutes breviter complectens, annis viginti ſex fide bona, ſtudio indefeſſo, patientia laborum & onerum incredibili & præſtantia infracta ſuo officii munere functum eſſe ſubjicit p. 761.

XVIII. Quis negaverit modeſtum cumprimis, & ab omni cupiditate remotisſimum fuiſſe Fabricium, qui majores

res honores vera ſprevit animi magnitudine meritorum ſuorum æſtimator parciſſimus, neque votis ſuis ultra fas viſus unquam procedere a). *Quis vero placidi ſedatique animi eidem denegaverit laudem, qui ſine diſſenſione concordisſime cum ſuis vixit Collegis, neminique adverſus & fœdas altercationes nunquam non peroſus, ne tum quidem, cum Flacianum dogma veniret in contentionem, inque magnum excideret certamen, quantum vis ardens ipſe veri tenendi ſtudio, hortando tamen litigantes monendoque & ad lenitatem ac moderationem exacerbatos revocando mitisſimi ingenii ſui dare ceſſavit documentum* d).

a) Modeſtiæ Fabricii iſtud ſit argumentum quod a. 1552. in Profeſſoris Vitebergenſis Jo. Marcelli locum evocandus de ſuis tamen inferioribus ſubſelliis ſurgere renuerit, & in ſplendidius theatrum ſuas proferre dotes. Diſcamus ex Epiſtola ad P. Eberum, cujus conſilio res illa tum agebatur 4. Calend. Febr. d. a. ſcripta & in Gothana Bibliotheca latente, quam ſua ſorte contentus ipſe Vir fuerit: "Omnino ſcribit ſpoliata eſt magno ornamento Acade-" mia

„mia veſtra obitu Johannis Marcelli: & ego orba-
„tus ſum amico ſvaviſſimo, id quod cum aliis offici-
„is declaravit, tum binis literis ad me paulo ante
„obitum perhumaniter ſcriptis, in quibus cum de
„communi temporum miſeria & noſtrorum ſtudio-
„rum neglectione conquereretur, ita verba fecit, ut,
„quaſi ſublata ſpe emendationis diutius vivere non
„optaret, animo ſcilicet præcipiens propinquam ſibi
„ex his ærumnis liberationem, quæ ut viro optimo
„expectata fuit: ita ſine dubio eſt acerba multis qui
„ejus doctrina & virtute & ad humanitatem & ad
„decus uti potuiſſent. In ejus autem locum quod
„tuo judicio & quaſi ſententia nominatus ſum, in eo
„tuam benevolentiam minime mihi novam animad-
„verto, ac quod ad meam voluntatem attinet,
„quam tibi perſcribi requiris, de ea breviter ſic ha-
„beto. Ab eo mihi tempore, quo judicium de re-
„bus aliquod facere potui, propoſitum fuit tale oti-
„um, quod nec mihi inhoneſtum, nec infructuo-
„ſum aliis foret, ad quod etiam mihi talem faculta-
„tem parare conatus ſum, qualem & mediocritas
„ingenii & tenuitas mea paſſa fuit. Cum autem
„nihil viderem, quod utilitates uberiores haberet,
„quam viam diſciplinæ & virtutis monſtrare multis,
„ad ſcholas, ut ſic dicam umbratiles me contuli.
„Nam & natura ipſa timidior ſum, quam ut lucem
„ferre ac ſuſtinere multitudinis ſilentium queam: &
„iis etiam rebus minime inſtructus, quæ & negoti-
„orum magnitudini, de quibus ſcribis in literis tuis
„ac opinioni ex, neſcio quibus indiciis de me con-
„ceptæ, ſatis eſſe poſſit. Is præterea nunc rerum
„ſtatus eſt, ut loci mutatio novas mihi moleſtias &

graves

graves offenſiones ſit paritura. Quamobrem etſi" veſtram conſvetudinem maximi faciam & ſobrietatem omnibus anteponendam cenſeam: tamen" quod & naturæ ingeniique imbecillitas ac ipſa propemodum neceſſitas me hortantur, niſi & turpis &" contumax eſſe velim, ſequendum eſt. Tu itaque" optime ac doctiſſime Ebere, hæc bene & ex animo" ſcripta ita excipies, ut ſoles, & quod antea in me" provehendo feciſti, magna cum laude mea, idem" nunc in excuſando & defendendo facto ages, honoris mei gratia.,, Conf. Albinus in Chronic. Miſenenſ. tit. XXV. f. 363. qui, poſt mortem Melanchthonis, denuo Witebergam vocatum, connitente tum maxime Peucero diſcedere e Schola ſua noluiſſe; imo cum longe ante ao. 1547. Fribergam a Gravio invitaretur ſimiliter renuiſſe docet. Ita a. 1553. Sverinum deducendus, cui ludo deinde Collega ejus Dabercuſius, quod ſupra, n. X. monui, præfectus fuit, ad Meurerum ſuum die Servatii d. a. his ſcripſit verbis: "Melius convenit hiemi cum" æſtate, quam mihi cum aula: Spernuntur literæ" noſtræ & nos cum contemtu ludificamur. Iraſci" nolo, & patriam non deſeram; niſi deſerat ab ipſa.,, Quæ verum eſſe confirmant, quod Andreas Ellinger mortuo ſcripſit elogium in Epicediis D. I. ita ſe habens:

Longe a Fabricio tumens ſuperbe
Abeſt ambitio ſitisque honorum
Magnarumque fames opum invidenda,
Contento mediocribus, ſuisque
Ergo nobilis otii palæſtram
Et vitæ genus hoc laborioſum,

Nun-

Nunquam deſeruit ſcholas: hic illi
Præfixus ſcopus, optime mereri
De Republica & orbe Chriſtiano,
Auctoque ingenii ſui talento
Chriſto plurima velle fœnerari,
Sancto propoſito piaque mente
Sic vere generoſus ille, magni
Per veſtigia Rivii ambulavit.
Præceptorum imitans: & optima ſe
Depelli ſtatione non ſinebat,
Nec lucrum nec optima lautioris
Vitæ & conditionis expetivit,
Sat dives ſatis & beatus ipſa,
Virtute & ſolida eruditione,
Et fama integritate, ſanctitate
Morum, religione mentis, & qua
Sola Chriſte tibi ſide placemus.

b) Jam quod ſtudium concordiæ attinet & mores noſtri ſedatos, Michael audiatur Hempelius ita in Epitaphio quod Præceptori ſcripſit ſeorſim Vitebergæ a. 1578. excuſum b. 3. canens:

Fabricio ut placidi mores & vita modeſta
Sic quoque ſermonis vena quieta fuit;

& paulo poſt:

Commiſſi tenuit metas ſe muneris intra,
Officium fecit ſedulus ipſe ſuum,
Ac deploravit rixas, Eccleſia Chriſti
Proh! dolor hactenus eſt, quas lacerata nimis,
Non iſtis ſolitus ſe eſt admiſcere, Scholarchæ
Ut multi faciunt, quos nova tetra juvant
Collegas veluti fratres toleravit, amavit
Ceu natos fovit diſcipuloſque ſuos.

Per-

Percipiamus vero etiam, qua animi ingenuitate de ponendis litibus & controverſiis ad Melanchthonem ſcribat Epiſtola, cui annus non eſt annotatus, ſic ſonante: "Concordia ut ſit neceſſaria ſciunt" omnes, & tueri eam optimum quemque fas eſt;" violata vero cum ſit, ad eam ſanciendam ſua ſtudia" qui dirigunt, non ſunt reprehendendi. Annis ſu-" perioribus, quid dederint bella damni omnibus" Germaniæ Rebuspublicis meminimus, ſed quan-" tum eadem Eccleſiis intulerint calamitatis, nulla" æternitate obliterabitur. Multæ enim penitus va-" ſtatæ ſunt, in multas immiſſi aut crudeles Papiſtæ" aut Hypocritæ impii: noſtræ vero, quod omnem" vincit animi Chriſtiani dolorem, adhuc diſtrahun-" tur factionibus. Græcorum Eccleſiæ ad interitum" uſque pugnarunt de ſanctorum ſtatuis: noſtræ di-" ſceptarunt de ſacerdotum veſtibus, quæ bonos ali-" quot viros exuerunt miniſterio, ut in hoc quoque" oppido factum eſt, & ego vix contentionibus ob-" tinui, ne in noſtrorum puerorum colla conjiceren-" tur, ſcripto quodam in Principis nomen ficto," quod ego initio mei muneris nec videram nec le-" geram. Secuta mox doctrina de operum ad ſalu-" tem neceſſitate eſt audacter propoſita, majori te-" meritate confirmata, cum qua colluſerant libellus" Numberganus de Eccleſia & alius quidam: Hi" multis bonis dolorem attulerunt, quia Uſingi Mo-" nachi & Wicelii apoſtatæ errorem renovarunt." His decretis & ſcandalis animi eruditorum & ſoci-" etas Eccleſiarum diſtracta eſt. Bona autem in ſpe" fuimus, tuam & Illyrici congreſſionem proceſſu-" ram, quæ his malis afferret ſalutare & tempeſtivum"

„remedium: Sed ea, quia impedita eſt, ſtudent ad-
„huc homines de ineunda ratione & via, quibus ef-
„ficiatur, ut inter vos de rebus neceſſariis tutò collo-
„quamini. Cui ſententiæ favere me planè confi-
„teor & ab ea te nequaquam abhorrere mihi per-
„ſvadeo. Etenim tollenda Pontificiis, maximis
„Chriſti hoſtibus, exultatio, qui ſe prope adeptos
„victoriam confidunt, dum nos Thebanorum fra-
„trum odio telis mutuis invicem conficimus: adi-
„menda ſpes eſt hypocritis, qui, dum ex Eccleſiæ re-
„gno Ariſtotelicam aut Platonicam nequeunt Mo-
„narchiam conſtituere, tragicis exemplis ſæviunt in
„membra Eccleſiæ, ut nunc fit in Anglia: minuen-
„di ſunt animi cum ſuperbis illis, qui absque meriti
„Chriſti imputatione juſtitia inhabitante; tum his
„furioſis, qui ſine miniſterio verbi, contemplatione,
„neſcio qua, vitam æternam ſe ſomniant conſequi,
„ut nunc in Pruſſia & Svevia docetur: impugnan-
„da denique illorum ἀπιςία, qui ſacramenta con-
„taminant & quod comprehendere ſenſu nequeunt,
„id claro & perſpicuo DEI verbo recuſant credere,
„quorum hominum major, quam credi queat, mul-
„titudo eſt. Tot hoſtibus atque adverſariis no-
„ſtras ſcholas & Eccleſias quaſi circumvallatas in
„præſidium aliquod quietis poſſe deduci absque
„unanimitate atque pace, ſperandum non eſt: ad
„quam conſtituendam nemo dubitat te tua humani-
„tate, doctrina, autoritate poſſe plurimum, & boni
„quidam ſe in eo laborare ſignificant & ſua conſilia
„conferre cupiunt; quam rem pro tuo ingenti er-
„ga Eccleſiam ſtudio juvabis: Nam quando con-
„tentiones vigent, etiam bene dicta torquentur aut
calu-

calumniis depravantur, cum vero infirmorum fi-" des periclitatur, conſcientiæ turbantur, preces im-" pediuntur. Alia ejusdem eſt ad Matth. Flacium 9." Cal. Septembr. a. 1556. ſcripta, & cum priori e Bibliotheca Schubarthiana, quam Jena tenuit, ad me allata, cujus integer hic tenor eſt: "Clariſſime Vir, lectis ante paucos dies tuis & D. Philippi ad Hu-" bertum, meum quoque amicum literis graviſſi-" mum animo cepi dolorem, quia animadverti, te-" lam odioſarum certationum ingentem retexi;" quod fieri omnes pii abominantur, & ego ex ani-" mo iraſcor iis, qui congreſſum veſtrum calumnia," ut mihi videtur, impedierunt. Minime enim du-" bito, quin mutuus Veſter conſpectus & antiquæ fa-" miliaritatis memoria fuerit jucundum reconciliati-" onis initium: ad quod ſi in ipſa actione acceſſiſſent" de magnitudine rei & luctu Eccleſiæ iſtis certami-" nibus jam quaſi attonitæ, ſerii & amici ſermones," ſuſpiria, lacrymæ, illos ipſos animorum motus ac-" cendiſſet & gubernaſſet Spiritus ſanctus ad Eccle-" ſiæ ſuæ utilitatem atque lætitiam. Te, Illyrice," non credo ullâ cupiditate huc adductum, ut te ſe-" jungeres a Viro eo, quem pie coluiſti & obſervaſti." Nec D. Philippus accuſari poteſt in hac miſera &" corruptiſſima natura, ut circumveniantur ſimplices" & boni etiam decipiantur; & uſitatum Diabolo" opus eſt, levibus flammis oleum infundere, ut ad" augenda mala publica & diſturbandam piorum ſo-" cietatem incendia ſuſcitentur. Ex veſtra diſtra-" ctione alii voluptatem capiunt, ut adverſarii o-" mnes, alii commoda & gloriam venantur, ut ho-" mines cupidi & amici ambitioſi, ex quorum nume-"

„ro nemo ſerio ſtudebit, ut aut veniatis ad colloqui-
„um aut animis unquam aggregemini. Sunt au-
„tem Eccleſiæ amantes & Chriſtianæ pacis ſtudioſi
„plurimi, qui Vos conjunctos optant, è quibus me
„quoque eſſe profiteor vel eorum puerorum cauſa,
„qui mihi a Deo & patria commiſſi ſunt, ut ad eos
„quoque propagetur vera Dei notitia & cultus reli-
„gionis non barbarus. Caſu igitur nuper literis
„veſtris acceptis, aliquot piis & gravibus viris eas le-
„gendas miſi, qui congreſſionem impeditam ſecu-
„rare atque urgere velle polliciti ſunt, & a me petie-
„runt, ut autor tibi eſſem, ut ad conſtituenda talis
„deliberationis principia, a calamo temperes, donec
„tuto invicem loquendi facultas & opportunitas
„vobis daretur. Quamvis autem nulla inter nos
„nec vitæ nec literarum conſvetudo hactenus fuerit;
„amore tamen ac ſtudio & religionis & patriæ non
„potui hoc officium bonis & honeſtis viris negare,
„præſertim cum videam ejuſmodi turbis atque con-
„tentionibus & fidem infirmorum periclitari &
„perturbari conſcientias & preces impediri. De
„D. Philippo ſcio, plus ipſum temporis dare preci-
„bus quam ſtudiis, cum ſit Vir omnium laborioſiſſi-
„mus; de Te audio propemodum eadem. De lu-
„ctis vero animorum & certaminibus internis, qui-
„bus odio Diaboli nemo vere pius non vexatur, ju-
„dicare non poſſum, quia ea ſolus intuetur DEUS:
„ſed & illa fortaſſe non erunt diſſimilia in tanto ſtu-
„dio juvandi Eccleſiam & celebrandi Nominis di-
„vini. Faciat igitur Deus æternus, Pater Domini
„noſtri JESU CHRISTI, ut quem pari ardore invo-
„catis, pro cujus gloria tuenda quotidie affligimini,
in

in eodem quoque externo amoris vinculo ad lau-"
dem & amplitudinem Eccleſiæ, & ad exemplum"
omnibus piis totique poſteritati imitandum con-"
jungamini. Vale feliciter.,,

XIX. Fuerunt etiam calamitates, quæ afflixerunt noſtrum ſollicitumque reddidere atque ſortem ipſius viſæ ſunt plurimum aggravare. Nam ut taceam, quod in tenui re & minus verſatus ſit lauta, ex qua rei familiaris conditione nullo tamen dolore ſemet paſſus eſt angi, a) *graviter vexata Miſnia per bellum illud funeſtum, quod Schmalcaldicum dicitur, multa habuit pertimeſcenda* b) *& urbe hac noſtra gravi cum peſtilentia non una confligante duris periculis expoſitus atque rure etiam commorari coactus eſt* c). *In aquis vitæ adiit diſcrimen* d) *fuitque incommoda ſubinde valetudine de fracto morbis corpore identidem conqueri auditus* e). *Adhæc e morbis liberos ſuos & commiſſos ſibi aliquando invadentibus, ut plures una decumberent,* f) *ægritudinis*

nonnihil cepit, plurimum vero ærumnarum ex ipſa ſcholæ cura & ex diſcipulis quibusdam adverſus merita ejus ingratisſimis traxit. Super quæ cuncta tamen illud vehementisſime ipſum perturbavit ægrumque commovit animum, cum pesſimi hominis, fœdis criminationibus eum inſectantis, opera Auguſti Septemviri indignationem incurrit h). *Quæ aſpera perpeſſu cum multa tamen fiducia innocentiæ perinde tulit fortiter atque moderato animo caſus quoscunque acerbos placidisſime ſuſtinuit; fretus divina benignitate celſique ſemper & erecti animi adverſus ea, quæ homini accidere poſſunt* i).

a) De ſe fateri ſolebat Fabricius:

Artes tradiderat totius tempore vitæ
Et quæ ſunt mundi præmia, pauper erat.

Quæ ex ore ipſius Catalogo Rectorum Freibergenſium manu Michaelis Hempelii, qui noſtri fuit diſcipulus & Gymnaſium Freibergenſe rexit, adſcripta ſunt. b) Bellum iſtud Schmalcaldicum non exiguum terrorem & Noſtro injecit, maxime, cum è grege ſibi commiſſo a. 1574. die XVII. Aprilis tres & viginti Alumnos, tanquam obſides, abduci a Schmal-

Schmalcaldico exercitu & Vitebergam mitti videret, quos inter & Blaſium fuiſſe ſupra jam n. III. ex Annal. Miſenæ L. III. f. 97. docuimus. c) Quod peſtilentiam attinet, ea a. 1552. menſe Junio orta fuit, non minacior quam pernicioſior, ſiquidem ad finem anni ſæviens circiter duo millia extinxit, & huic etiam ſcholæ imminens Georgium Zauſchium Diaconum Afranum cum uxore & VI. liberis abſumſit; imo etiam Tetelbachii Paſtoris ludi illuſtris invaſit domum, & ipſis Calend. Januarii a. 1553. Jo. Rivium celeberrimum Virum è vivorum exemit numero, ſic ut non niſi menſe Majo hujus anni Alumni iſtius diſciplinæ juberentur redire, qua calamitate Fabricius non potuit non & ipſe graviter angi atque commoveri. Vid. Annal. Miſen. L. III. f. m. 101. Scribit de illa ad Meuretum non unis in literis v. gr. Calend. Octobr. a. 1551. "Diſſipatio nonnulla hujus ſcholæ incepit fieri propter peſtem, ſed plus nocent" huic oppido rumores vani, quam morbi vis, quæ" ultra ſex domos nondum invaſit. Non metuo ma-" gnum periculum ob hiemis vicinitatem, ſed quid" futurum vere ſit, neſcio. Nos ut ſcis locum ſalu-" brem habemus & ludo interdictum eſt iis, qui ex" oppido lectiones audierunt, exceptis iis, quos Pa-" ſtor noſter commenſales habet.,, At Calend. deinde Julii a. 1552. majus ex eadem nunciat periculum. "Hodie dilapſa eſt ſchola noſtra, decem fortaſſe reliquis pueris: Nam Oeconomi ancilla æ-" grotare pridie cœpit. Noluimus itaque puero-" rum ſalutem certo periculo exponere. Cogitavi" primum in patriam proficiſci, poſtea viſitare Wer-" therum: cum quo libentiſſime ſermones confer-"

„rem hoc tempore multis de cauſis. Vindicat „DEUS contemtum verbi ſui multis modis, fame, „bello, peſte: nec tamen adhuc homines deſiſtunt „male agere, peſſimè cogitare. Eidem 5. Idus Martii a. 1553. ruri ad Rederam, ubi tunc agebat, ſcripta Epiſtola Rivii ſui filiique Pauli & uxoris pientiſſimæ nepotisque ex filia & trium famularum mortem nunciat, & tandem die Servatii eodem a. gratias ingentes DEO agit, quod ad ſuum ſe tugurium poſt aſperam tempeſtatem reduxerit, ruri ſe doctiorem factum commemorans ſub Epiſtolæ finem, ſiquidem Servatium à ruſticis *den Neſer* appellari didicerat. Interim in illa calamitate non otioſus ſedit Noſter, ſed opus ſuum de Electoribus Saxoniæ & Marchionibus Miſniæ conſignare cœpit, quod in Dedicatione iſtius ad Chriſtianum Principem juventutis teſtatur, prout & Heptalogum ſuum 10. Calend April. d. a. Eraſmo Sarcerio Theologo Lipſienſi rure ad Rederam dedicavit & Victorias cœleſtes ibi fertur conſcripſiſſe. d) Quod jam pericula in aquis attinet, meminit ipſe alicujus non vulgaris in Miſa fluvio ita ſcribens in itinere Romano primo Itinerum p. 12.

Mox atro denſos effundens Jupiter imbres
Æthere, labentum de montibus auxit aquarum
Curſus, vix ope ſum Miſa ſervatus in undis,
Vectoris, quia me torta vortigine cœcum
Jam vortex celeri raptabat in æquora curſu.

Similiter in Itinere Chemnicenſi p. 85.

Non tamen exigui vada cæca effugimus Ili,
Qui me pene ſuis incautum perdidit undis.

Sic ad Meurerum ſcribens 13. Calend. Maji a. 1551. ſimi-

ſimilis periculi, quod eo ipſo anno in patria adierat, meminit his verbis: "Audi meum etiam caſum: XIV. Calend. Aprilis certorum negotiorum gratia" domum proficiſcens in foſſam, aqua plenam cum" equo cecidi, non minore periculo quam in Miſa" Piceni laborans, ſed DEO volente & nuntii, qui" mecum erat, ope, eluctatus ſum; eqvum vix ſer-" vavi.,, Iterum ad eundem literas dans 15. Calend. April. a. 1552. ejusdem diſcriminis recordatur: "Hoc die etiam mecum gratias age DEO, quod proximo anno clementer me conſervarit, cum in" foſſam plenam aqua prope patriam cum equo cum" maximo periculo inciderem,, e) De incommoda valetudine ipſe hic iterum loquatur ita de illa ad eundem a. 1553. XII. Decembr. ſcribens: "Morbus nuper ſubito me invaſit cum dolore capitis &" omnium membrorum laſſitudine ac tremore." Cauſa erat catarrhus, quem excitaveram novo vi-" no, quo tamen immodice uſus non eram, quo mi-" nus delector, propter firmitatem, quam hoc anno" habuit. Sedecim diebus fores cubiculi non ſum" egreſſus. Si quid habes, quo uti quotidie poſſim" ad conſumendos illos humores, qui capiti graves" eſſe ſolent, mecum communica. Iis enim ita ve-" xor, ut pomeridianis horis, ſi acriter aut etiam" continenter, quod mihi ſæpe neceſſe eſt, loquen-" dum ſit, in medio ſermone vocem intercludant." Sedentarius ſum & laboro non mediocriter & ac-" cedunt moleſtiæ gubernationis tam depravatis ani-" mis ac moribus hominum.,, Sic a. 1557. 6. Idus Octobris ad Paulum Eberum ita ſcribit: "Habes Epiſtolam prolixam quam in otio minime optato"

„dictavi alteri. Morbus enim iſte Epidemicus, qui „nunc graſſatur & quem ignorant Medici, me quo„que detinet ab uſitatis laboribus ſcholaſticis.„ Quo vero animo morbos tulerit, conjectura aſſequi licet ea, quam Epiſtolam conſolatoriam legentes ad Georgium Ketwigium a. 1562. ſcriptam facimus: Eleganter ibi graviterque Fabricius ſolatur hunc ſuum affinem his verbis: "De morbo tuo veteri in„tellexi cum dolore: ſed forti animo ſis velim. „Quicquid enim in hac vita eſt, totum eſt momen„taneum: tabes autem carnis eſt ſalutis integritas: „morbi vero continuati nobis maturant iter in pa„triam cœleſtem. Has conſolationes ſi noveris, „ſuſtenta Te patientia & fide. Hæreditarium no„bis eſt peccatum, hæreditaria imbecillitas, hære„ditarii morbi: & ea omnia a parentibus. Hære„ditaria quoque eſt ſalus & vita æterna per Filium „DEI, Dominum & fratrem noſtrum, præ qua ſpe „& felicitate, quicquid eſt in hoc corpore grave, „acerbum, caducum, animo æquo ferendum eſt. „Sæpe autem DEUS pater cœleſtis, corpus affligit „ad tempus, ut animo conſulat perpetuo. f) Imo vero ex ægrotatione tot ſibi charorum dolorem aliquem concepit & ſunt teſtes ejus rei literæ ad Jo. a Croca in familia Carolovicii, Patroni ipſius, agentem ſcriptæ Calend. Febr. a. 1570. quæ ſubjunguntur cum aliis Originibus Saxonicis f. 886. ubi ita: "Et „ſcio certe, preces eſſe efficaces, quod nunc loquor „experientia. Nam in mea Eccleſiola domeſtica „ſanati ſunt magnifici Noſtri Patroni filii ambo, ſa„nati duo filii mei natu majores, quos tamen extra „domum ire non patiar, niſi facto cœlo ſereniore.

Sana-

Sanatus Martinus a Maxen, neve intermittantur" preces, decumbit Fridericus Schönbergius, filii" mei duo minores: filiola natu major. Video DEI" præſentiam & animo ſum paterno, modo magno," modo molli.,, g) Jam ad ingratos erga bonas artes docentes deveniendum; quorum protervitate non parum afflictum fuiſſe ipſum, in concione funebri mortuo habita D. Jacobus Lechnerus Paſtor ad D. Afræ inter alia fatetur, quin nec ipſe diſſimulat, ſubobſcurius quantumvis, & Dabercuſium vult ſecum animum obfirmare adverſus contemtores rectioris doctrinæ. Sic enim eleganter in Dedicat. Elegantiarum e Plauto: "Itaque literarum inquit, neglectio & hominum ingratitudo, quamvis omni-" bus temporibus magna depravatis pene intolera-" bilis extiterit; non ideo tamen doctrinam virtu-" temque vulgi ac turbæ judicio debemus conte-" mnere: nec opinionibus indoctorum, aut ingra-" torum moribus diſcedere ab officio aut remittere" impetum bene merendi de plurimis. Primum" enim recte factorum conſcientia & functionis ho-" neſtisſimæ recordatio prœmium ſingulare & pul-" cherrimum eſt. Deinde ipſe DEUS illos, quibus" quaſi incunabula ſuæ commiſit Eccleſiæ, egere non" patietur, cujus in Te nuper exemplum nobis opta-" tisſimum propoſuit.,, Neque ſcite minus, quod & huc quadrat & pie ſimul ad Baſil. Fabrum in Dedicat. L. IV. de Re Poetica p. 344. "Ut nulli beneficiorum meminerint, Deus ipſe beneficus ſuo fun-" gentes officio cum fide & invocatione, præmiis af-" ficiet, & laborum honeſtorum unicuique præmi-" um ſua dabit conſcientia DEO ipſi cognita & pro-" bata.

„bata. Quamobrem nihil permoti animis atque „factis hominum ingratis, conſtanter conemur pro„deſſe ætati imperitæ nihilque omittamus neque in „moribus, quantumvis minutum aut in ſpeciem hu„mile videatur, modo inde fructus aliquis dignus „proveniat: memores ſemper, CHRISTO nos ſer„vire, dum parvi niduli integri ſervantur Eccleſiæ „& ſua ſeminaria incorrupta populo Chriſtiano. Cumprimis tamen de trib9 ingratis valde cuculis per reliquam vitam ſuam conqueſtum Fabricium Petr. Albinus tradit, quorum Legum unus ſtudio invigilaverit, reliqui duo Theologiam didicerint, in Chronico Miſenenſ. f. 364. h) Qua ratione Fabricius apud Auguſtum Saxoniæ Electorem indigna quadam criminatione delatus ſit, Michaelis Bojemi verbis hic apponetur, qui in libro de ſomniis L. II. p. 211. 212. hæc habet: "Poſt bellum Gothanum, ge„ſtum ex decreto totius Imperii anno ſexageſimo „ſeptimo, duce Auguſto Saxoniæ Electore, aliquo„ties ſe inquietari conqueſtus eſt Georgius Fabrici„us, ſomniantem morſus canum & equorum, a qui„bus inter dormiendum non ſine terrore impetere„tur. Pauci dies ierant cum domum rediens e „templo Afrano die ſolis, quo ſacra Synaxi uſus fue„rat, literas accipit, Saxoniæ Electoris indignatio„nis plenas, quod diſcipulis & alumnis ſcholæ pro„vincialis precibus pro Electore, patrono ſuo mu„nifico, bellum tunc adminiſtrante Imperii nomine „ad Gotham, interdixiſſet. Tum ſortem ſuam in„dignam & calumniatorum immanem impudenti„am deplorans, oſtenſis literis miniſtro & amanuen„ſi ſuo; Hi ſunt, inquit, iſti morſus canum & equo-

rum

rum de quibus toties dixi. Evaſit tamen ex his pe-" dicis ſecundum DEUM, bonitate & æquitate Prin-" cipis prudentis, qui non paſſus eſt, ſe transvorſum" agi improbis calumniis & acceſſit viri nobilis ac" docti intercesſio.,, i) Exantlavit ærumnas omnes forti tamen animo Georgius noſter, qui in Epiſtola quadam ad Meurerum ſcripta a. 1568. & ego, inquit, fero, ac me ipſum patientia, quam multum in" hoc munere didici, vinco, cui Jo. Andreæ in Epi-" thalam. p. 74. ita accinit:

Triſte quidem carni crux eſt ſudorque dolorque
Sed bonitate ſua mitigat illa DEUS.
Et conſveta Tibi patientia multa levabit
Aſſiduaque preces aſſiduusque labor.

XX. Diligentiam Fabricii jugesque vigilias & contentiones tot accuratæ ipſius & meditatæ commentationes loquuntur, ſuntque in manibus noſtris docti libri plurimi, quos teſtes citare poſſumus ſtudii ejus curarumque, unde & nos eorum lectores utilitatis permultum hodienum haurire grati fateamur memoresque. Comparet eorum Catalogus in Petri Albini Chronico Miſenenſi in Jo. Jacobi Friſii Bibliotheca Geſnero-Simleriana, in Teisſierii Additionibus ad Elogia e Thuano excerpta, in Jo. Alber-

berti Fabricii Centuria Fabriciorum, imo & nonnullorum in vitis doctorum Virorum, quos perſonatus Clarmundus edidit. Nos ordine mutato paululum eosdem recenſebimus, ſeparantes libros, quos ipſe concinnavit tum ab aliorum laboribus, in quibus evulgandis illuſtrandisque imo augendis interdum etiam operam poſuit, tum ab iis quoque ſcriptis, quæ ipſum vel meditatum fuiſſe, vel inchoate reliquiſſe conſtat. a)

a) Catalogum illum ex parte ab ipſo confectum Fabricio in iſto Albini Chronico reperies tit. XXV. f. 364. in Jo. Jacobi Friſii Geſneriana Bibliotheca habebis eundem f. 267. Teisſierius ipſum dabit ſed immutatum P. I. p. m. 393. 394. Celeberrimus Fabricius paulo ordinatius Georgii recenſet libros in Centuria Fabriciorum p. 26. & primo loco Poemata varia ponit, quæ ſacra deinde & Miſcellanea quædam ſubſequuntur; hæc ſcripta hiſtorici argumenti & veteres ſcriptores poſtmodum recenſiti vel illuſtrati & in uſus tandem puerorum & ſcholarum evulgati libri excipiunt. Clarmundus denique in Vitis ſuis P. III. p. 157. Georgii vitam & quædam ejus ita quoque ſcripta memorat, quos omnes in hac de literariis illis Noſtri monumentis expoſitione placet conferre.

XXI. Scripſit Noſter pro amore, quo veram & inſucatam pietatem complectebatur, ut ſacrarum literarum ſtudium & commendaret ſuis & expeditum redderet, nonnulla, Commentarium *puta* in Geneſin, *quem e majori D. Lutheri in primum illum ſancti codicis librum σωματοποιῶν anno circiter 1551. diſcipulis ſuis diebus Dominicis fideliter dictitaverat, quemque Michael Hempelius triginta & duobus annis poſt, mortuo jam Præceptore ſuo optimo, evulgavit, ſuccum quaſi ſanguinemque cujusque capitis exprimentem, ſingulisque bis, ornatis imaginibus, quales tum temporis formabantur, piam precationem comprehenſam verſibus ſubjicientem;* a) ſummam *deinde* Evangeliorum Dominicalium *& eorum quæ præcipuis feſtis diebus ſolent explicari, in qua poſt mortem* b) *Viri a Jo. Pappo Theologo Argentoratenſi primum evulgata cujusque Evangelii ſcopus & quid doceat, uno diſti-*

diſticho comprehenditur & quæ partes doctrinæ in unoquoque contineantur fideliter oſtenditur. b) *Addimus his* Hiſtoriarum ſacrarum Libros X. *in quibus magni nominis Virorum, Patriarcharum, quos ſacræ memorant paginæ videlicet, Ducumque & Regum populi DEI, ſacerdotum inſuper & Prophetarum, tum & Principum in aliis gentibus, imo & populorum, qui vicini Iſraëlitis Dei adverſati ſunt Eccleſiæ & ſeparatim Regum Aſmonæorum res memorabiles, atque Judæorum tandem etiam ſectas elegantisſime deſcripſit.* c)

a) *Commentarii in Geneſin* nulla in Catalogo Albini mentio, neque in Friſiano aut apud Clarmundum eſt, verum in Teiſſeriano p. 394. in Fabricii Centuria p. 27. Ejus duplicem adſervo editionem, Michaelis Hempelii ſupra memoratam quæ Lipſiæ 1584. in 8. prodiit, & Argentoratenſem eod. a. 1584. in 4. procuratam. In Priori Hempelius ſcripta ad Senatum Chemnicenſem Dedicatione prolixa & pia lit. A. eleganter ita loquitur: "ex illo ampliſſimo & „uberrimo campo Vir excellentisſimus Georgius „Fabricius Chemnicenſis, Dominus & Præceptor „meus, patris perpetuo mihi loco colendus, ope „Spiritus S., cujus præclarum erat organum, tanquam

quam ſedula & ingenioſa apicula ſuccum optimum“ & ſvaviſſimum extraxerat, & ordine in ſuam quod-“ que cellulam artificioſe diſpoſuerat, ut vere ſit hic“ liber veluti pomambra, languidos cerebri confor-“ tans Spiritus, cor preſſum anguſtiis aridum refici-“ ens, & animam in quovis tentationum genere tri-“ ſtem recreans: quam diligentiſſime ab omnibus le-“ gendus & ut magis magisque dulceſcat nôtusque“ fiat relegendus. Neque dubito quin ſi divinus“ Lutherus cum Eliſæo ſuo Melanchthone & con-“ ſtanti ſuo diſcipulo Wellero noſtro adhuc viveret,“ hunc pium & ſanctum doctisſimi & optimi viri la-“ borem omnes eſſent approbaturi.„ In poſteriori quam Jo. Pappus Theologus Argentoratenſis D. Auguſto Electori Saxoniæ, Blaſii Fabricii, qui Georgii frater erat, nomine & rogatu inſcripſit, hic Dedicationis ejus autor ob duo potiſſimum laborem commendat, quod in iſta brevitate, ubi vaſtam Lutheri ſcriptionem in compendium mittit, omnes nihilominus circumſtantias accuratisſime evolvat & quæ ſine aliqua utilitate profanis mentibus poſita eſſe videntur, ita apte & pertinenter explicet, ut ſine illis manca & mutila hiſtoria futura fuiſſe appareat; deinde, quod ex illis ipſis Patriarcharum encomiis & privatis actionibus, quæ indignæ commemoratione librorum maxime ſacrorum videntur eſſe, Ethicen vere Chriſtianam exſtruat & tanquam ſilenos Alcibiadis, ut eſt in vetere Græcorum proverbio, intus contemplandos exhibeat. Luculentior haud paulo Pappi eſt editio, ſed differunt inter ſe ambæ, quod hymni & precationes ſingulis capitibus accommodatæ in Hempeliana ipſis adduntur

capitibus, in Pappiana ſub finem Commentarii junctim exhibentur; & Hempeliana etiam imaginibus pro temporis iſtius ratione ornata eſt. b) *Summam Evangeliorum* unus Fabricius Argentorati editam docet a. 1583. in 8. & in Lipenii Bibliotheca f. 643. a. 1602. etiam emiſſam lego, inter meos libros vero novam ſervo editionem, quam Jo. Nicol. Franck. Concion. Aulicus & Superintend. Eiſenbergenſis Jenæ a. 1705. adornari curavit, cui Pappi modo dicta Argentorati forte obtigerat. Bene celebris hic Theologus in Dedicat. ad Blaſium Fabricium, exemplo futurum iſtum laborem arbitratur, non modo bonarum artium diſcipulis, ut cum iis veram pietatem conjungendam & a teneris timorem Domini imbibendum eſſe intelligant, ſed ipſis etiam literarum Magiſtris; ut quod in ludo illuſtri Miſnenſi Virum Cl. feciſſe vident, id ſui quoque muneris eſſe ſtatuant: ne ſi literas ſine vera pietate tradant, furenti quod ajunt, gladium porrexiſſe videantur; Franckius vero recens editum libellum mira brevitate concinnatum præ ſe ferre ſcribit illos locos, tanquam theſauros argumentorum notatos, unde Orator ſacer poſſit haurire fuſius diducenda, fateturque ſe divino maxime auxilio adjutum, ſæpius Fabricii manu quaſi ductum uberiores ingredi poſſe meditationes c) *Hiſtoriæ S.* memorantur in omnibus Catalogis, ſi Clarmundum excipias. Harum libros IX. ipſe autor ediderat Lipſiæ a. 1564. dedicatos Chriſtiano Principi Juventutis Electoris tum imperantis Auguſti filio (ut venerabilis Præceptor meus Jo. G. Wilckius Saxonicas Hiſtorias D. Jo. Georgii III. filiis tum adoleſcentulis Jo. Georgio & Friderico Auguſto

guſto ſubmiſſe offerebat) & addiderat deinde a. 1570. librum X. ipſi D. ſacratum Electori. Secutæ deinde ſunt aliæ editiones Lipſiæ omnes a. 1574. & a. 1578. & quæ in Catalogo Bibliothecæ Thuaneæ p. 185. memoratur a. 1580. imo & Cygneæ in Bibliotheca ſcholæ adſervata a. 1596. & alia a. 1601. pleniorque a. 1610. a filio Georgii, M. Jacobo Fabricio adornata & ſcholarum Provincialium Alumnis, tum & aliarum ſtudioſis pueris inſcripta, in cujus margine notulæ quædam tractatarum rerum quaſi titulos ſignantes & dicta SSæ comparent, quæ ipſe Georgius cogitaverat addere & conſpiciuntur ſub finem Libri duo Hiſtoriarum ſacrarum è Poetis veteribus Chriſtianis congeſti, quos Pater jam a. 1565. emiſerat, de quibus infra dicetur. Subjecit etiam Jacobus tribus priorum editionum indicibus quartum, in quo breves enotationes nominum propriorum habentur. Cum ex eo tempore per bellum tricennale, quod Germaniam maxime afflixit, hujus libri obliterata tantum non eſſet memoria operæ ſe pretium ratus eſt facturum Celeberrimus Vir Jo. Sebaſtianus *Mitternacht* ſi eundem adoleſcentibus bonarum artium ſtudioſis offerret, denuoque ſpurcis ereptum tenebris, & in ſcholis volvendum iterum nova editione exhiberet. Fecit iſtud tum adhuc illuſtris Rutheni R. a. 1657. & Notis Philologico-Theologicis libellum illuſtravit dedicatum ſereniſſ. Principi & Electoratus Saxonici hæredi Jo. Georgio IIdi filio, ut & ipſis provectioribus & S. Theologiæ Conſecraneis uſui eſſe poſſet, non vano ominatus" augurio, fore ut quo diutius hactenus latuit, eo" magis poſthac inclareſcat, ac ſui autoris memoriam"

„intercidere aut emori nunquam patiatur, quæ ejus „verba ſunt in Alloquio de nova ſua editione Indicibus præmiſſo, quorum tres ipſi retinere placuit omiſſo quarto illo Jacobi Fabricii, quem dixi. Habemus editiones ergo Mitternachtii a. 1657. & iteratas plurimas quæ pubis Scholaſticæ manibus paſſim teruntur. Memorandum hic eſt etiam Magnum Danielem Omeisſium, Profeſſorem Altorfinum cum Noribergæ a. 1699. Hortum ederet Ciceronianum, & poſt Meiſnerum centum colligeret tum Apophthegmata tum hiſtorias e Scriptis Tullianis, hanc Syllogen Hiſtoriarum Biblicarum e Fabricio depromtarum auxiſſe ſemicenturia, ut eum Civilibus e Cicerone excerptis ſacras etiam jungeret non ſine fructu. Easdem Hiſtorias à Joachimo Wethmanno Jaurano Carmine Elegiaco redditus Islebiæ a. 1595. exiiſſe, tum & a Jo. Meurero, Scholæ Gryphsvvaldenſis Collega, in linguam Germanicam translatas fuiſſe e Catalogo Bibliothecæ Schraderianæ didici P. I. n. 1298. eſtque notandum hic, Fabricianas aliquot hiſtorias, non nominato ſcriptore, integras legi in Andreæ Hondorffii Theatro Hiſtorico, quod Philippus Lonicerus fecit Latinum, evulgatum Francof. a. 1590. dumque novis paſſim ſcenis exornat, quod in Præfatione ſcribit, & nova intertexere aulæa conatur, iſtius plagii ſine dubio reus eſt, cujus mihi exempla quædam Collega meus & Amicus integerrimus, Dn. M. Kauderbachius, monſtravit. Hæc ad hiſtoriam Hiſtoriarum Fabricianarum placuit conſignare, quas noſter ea de cauſa ſuis dictitaſſe primum & cum aliis publice communicare ſcri„bit, ut quaſi viam legentibus muniret ad hiſtorias

ex

ex ipſis fontibus majore cum fructu ac voluptate" imo etiam cultu atque veneratione hauriendas in" Ded. ad Chriſtian. Auguſt. filium a 1564. confe-" cta, cui pium hoc ſubjicit votum: "Deus omnipotens gubernet ætatem atque indolem Tuam, ut feli-" citate Davidi, bonitate Ezechiæ ſis comparandus," utque Tuo, Chriſtiane Princeps, ductu & exem-" plo noſtri etiam liberi Chriſtum ament & veneren-" tur & in vita tecum gaudeant beata & cœleſti.,, Has Præceptoris ſui optimi Hiſtorias Sebaſtianus Schefferus Aldenbergenſis in Poematibus ſuis Francof. ad Mœnum a. 1572. junctim editis p. 112. ita celebrat;

Accipe diſcipulo pie dante Jacobe libellum,
Eſt brevis; at grandes æquat honore libros.
Dic mihi Fabricii brevitas quid inutile fecit
Unquam, vel ſoleat quod ſine laude legi?
Rivulus eſt ſacra deductus fonte, juventus
Cura Deo poterit quo relevare ſitim,
Quicquid habent fuſum ſinuoſa volumina Moſis
Succinctum præſens hic labor illud habet,
Parva tibi mitto munuſcula, parva, quod ajunt,
Sæpe tamen magnis ſunt potiora bonis,
Hoc Adamas, Cyanos, Sapphirus Jaſpis & auri
Lamina contigui Sardonychata probant.

Laudat librum alter etiam diſcipulus Michael Hempelius in Epitaphio Præceptori ſuo ſcripto & Viteb. a. 1573. ſeorſim edito in 8. & ſe Germanice eundem redditurum pollicetur quod tamen factum eſſe non reperio. Verba Hempelii b. 2. ita ſemet habent:

Hiſtoriasque ſacras eſt terſa locutio, quarum
Digna legi cœtus dum puerilis erit.

Has quia me juſſit Germana reddere lingua,
Vulgus ut his poſſet commoditate frui,
Edere eas gratum ut decrevi fiat amicis
Quod CHSISTO fiet ſpero juvante brevi.

Eſt vero & grave earum elogium, quod in ſupra dicto Alloquio Mitternachtius ipſis dedit repetendum hic jure meritoque: "Si verum eſt, quod in Platonis Protagora legimus, videlicet poſſe brevibus „plura complecti, id viri abſolute docti eſſe, certe „maxima Fabricio laus debetur. Hic enim quas „Veneres, quosque flores Florus, Salluſtius, Curtius aliique tales habent, quaſi in faſciculum collectos exhibet, vaſtiſſimamque hiſtoriarum copiam „paucis pagellis intexuit.„ Lubet hic etiam e Centuria Fabriciorum Magni apud Hamburgenſes Polyhiſtoris p. 31. verſus transſcribere, quos Jacobus Thomaſius caſu reperto in Collegio a ſe codici ſua addiderat manu:

Dum loca Paulino qua ſunt ſub carcere luſtro,
Hunc ubi verſiculum Sancta Maria gerit:
Ortus & Occaſus Aquilo mihi ſervit & Auſter
Quæ lapſa e Cameris Jenckia ſigna tenent,
Fabricii invenio ſacram, quam forte quis olim
Incola projecit carceris Hiſtoriam,
J Fabrici mecum, quantumvis ſqualide dixi,
Quis tam fœtenti te ferat eſſe loco?
Servator tibi ſim: me perreptaſſe vicisſim
Hoc antrum, gratus tu mihi teſtis eris,
Cetera non tango, nec enim ſum naru obeſæ,
Satque habeo quod te vindico ab interitu.

XXII.

XXII. Deinde ad patriam ornandam converſus etiam eſt Georgius, & rerum in eadem geſtarum memoriæ conſulturus pro virili reliquit nobis rerum in Germania Magna, præcipue Saxonia, memorabilium L. II. *in quibus a Saxonum cum Cn. Papirio Carbone Conſule R. prælio orſus, atque adeo vetuſtisſima tempora, quæ CHRISTI nativitatem antecedunt, attingens, ad ſuam ætatem uſque quæ notatu digniora in hiſtoria occurrunt Univerſali ita conſignavit, ut quid Saxones egerint ſuo ſemper loco memoret, quem fœtum poſthumum filius Jacobus ad annum uſque nonum Seculi XVIImi continuavit.* a) Rerum deinde Miſnicarum *idem extitit conditor atque in his Saxoniæ Ducum, quorum in eligendo Imperatore judicium & ſententia valet, uno libro memoriam perſecutus eſt, à Bernhardo I. qui Ottoni III. Imperatori percharus fuit, ad Auguſtum uſque procurrens;*

Marchiones deinde Miſniæ novo libro ſuppeditarunt materiam, quos à Thimone, quem Henricus IV, ſeculò finiente undecimo iſthac ornavit dignitate, ad Henricum Pium uſque elegiaco carmine perpetuo celebravit; ſequuntur urbis Miſnæ Annales, tribus comprehenſi libris a primordiis ad a. ſeculi decimi ſexti nonageſimum nonum, quibus Siffridi Miſnenſis Presbyteri Chronicon in compendium miſſum ſubjecit b). *Super hæc* Originum Saxonicarum Libr. VII. *reſidui ſunt, in quibus exorſus ab Imperatoris M. Antonii tempore, ad obitum Georgii Saxonum Ducis, quod inchoaverat, pertexens, quid in Saxonia actum fuerit commemorat, quod opus cum primo illo ſimiliter poſthumum eſt* c). *Tandem & libellus hic nominari debet, qui* Fribergi deſcriptio & Annales *inſcribitur, exponens originem urbis ſitumque & gloriam, breviterque deinde & ſtrictim, quid ab urbe condita ad annum*

quinqua-

quinquageſimum terſupra milleſimum quinquageſimum actum ſit. d)

a) *Rerum memorabilium Libros* neque Albinus neque Friſius, neque Teisſierius nominant, neque poterant illi cum poſt mortem iſtius atque evulgata etiam jam pridem Bibliotheca Friſiana a Jacobo primum editi ſint, eorum tamen mentio apud Fabricium in Centuria p. 28. apud Clarmundum p. 160. ſeorſim etiam apud Hanckium qui de Romanarum rerum ſcriptoribus P. II. c. 60. p. 366. de poſthumo hoc libro hanc conjecturam ſubnectit; "ubi deſierit, non habemus exacte cognitum, quoniam filius" Jacobus Fabricius, qui continuationem addidit, ne-" que finem paterni laboris neque ſui principium in-" dicavit. Vero ſimillimum a Georgio Fabricio con-" ſtantis diligentiæ Viro, ad extremum ætatis annum" annotata fuiſſe notabilia: ut nihil fortaſſis erratu-" rus ſit, qui rerum memorabilium ab ipſo literis" conſignatarum terminum in anno 1570. ſtatuerit.,, E quibus, cum auctos illos libros eſſe conſtet omnino, non video tamen, quomodo Caſp. Sagittarius exiſtimare potuerit, magis filii quam Parentis ejus deberi ipſos diligentiæ Introd. in H. E. p. 213. Dedicavit Jacobus opus hoc Chriſtiano Gulielmo, Marchioni Brandenb. & Adminiſtr. Magdeburgenſi, Heinrico Julio Duci Brunſvicenſi & Adminiſtrat. Halberſtadenſi, Philippo Sigism. Duci Brunſvicenſi & Adminiſtratori Verdenſi atque Oſnabrugenſi Eccleſiarumque cathedralium Præpoſito Decano & Canonicis, atque in Monito ad Lectorem, quare Magna Germania dictus ſit ab ipſo Parente liber,

docet, quoniam ſcilicet Germani a reliquis gentibus propter ſcientiam armorum eximiam & res bello geſtas præclare magni ſunt habiti, Principesque habuerunt etiam Magnorum ornatos cognomento, Carolum puta, Ottonem Wittekindum & Mauritium. b) *Rerum Miſnicarum* libros Catalogo ſuo inſeruit Albinus f. 366. Friſius f. 268. Teisſier p. 394. Fabricius p. 28. ubi pro 1669. quater ſcribendum 1569. Clarmundus, qui confuſe tamen res Miſnicas nominat, & iisdem deinde Marchiones contradiſtingvit, non inſpecto videlicet libro in Vitis P. III. p. 160. Hanckius etiam de rerum Romanarum ſcriptoribus P. II. p. 367. ſeparatim illos rerum Miſnicarum libros recenſet. Hos Lipſiæ curante Erneſto Vögelino ipſe Georgius edidit primum a. 1569. & inſcripſit Septem Viri Auguſti filio, Chriſtiano, memoratque in Dedicatione, ſe ante ſedecim illos annos, cum otii aliquantulum a munere ſolito propter morbi contagioſi popularitatem nactus eſſet, ludo diſſipato & diſperſis adoleſcentibus, Ducum Saxonicorum facta laudabilia annotare cœpiſſe, tum honoris & venerationis Principum ipſorum, tum ſuæ memoriæ cauſa. Ita Vir optimus ſuum iſtud otium rerum Saxonicarum meditationi dederat, quemadmodum Præceptorem meum, beatum Wilckium, nunquam ſine laudis nominandum præfatione, Nepotem Saxonicum tum adornaſſe novi, cum in hac etiam urbe a. 1681. peſtis ſæviret. Seorſim Siffridi Presbyteri Epitomen Laurentio Badenhornio dedicavit JCto & Conſ. Lipſienſi, ſicut Annales Miſenenſes, qui Siffridum antecedunt & in rerum Miſnicarum libris tertio loco comparent, pia

ſcri-

ſcriptione Conſulibus & Senatui inſcripſit Miſenenſi, in quibus ad annum 1556. f. m. 105. Jo. Fritſchium Syndicum laudat Miſenenſem, Compatrem & Affinem ſuum, quod in Annalibus his condendis ſuo ſtudio & diligentia plurimum ſibi profuerit, librosque, quos habuit, & alia ſuppeditarit liberaliter. Subjicitur his Horti cujusdam deſcriprio Miſenenſis, quem ad Chriſtophorum Leuſchnerum Medicinæ Doctorem ſpectaſſe ex Annalibus ipſis f. 104. intelligo. Annalium Miſenenſium editionem Andr. Ellingerus Med. & Martinus Salbachius verſibus celebrarunt, iidemque Chriſtophori Schellenbergii ornantur etiam Carmine, in quo optimi Præceptoris ſui prædicat merita non ſine animi quodam legenda motu. Hi rerum vero Miſenenſium libri ab auctore ipſo primum, quod dixi, editi ſunt, deinde etiam Originibus Saxonicis, Jenæ 1598. evulgatis, iterumque Memorabilibus Saxonicis a Jacobo primum luci datis publicæ a. 1609; ſed in hac editione aliorum ſcriptorum aucti adjectione. Enimvero libro de Marchionibus Miſniæ Petri Albini de iisdem diſticha & Petri Lotichii Secundi Heroes ac Principes familiæ Saxonicæ verſibus deſcripti, ſubnectuntur. Univerſo operi deinde Auctarium ſubjicitur, in quo Reineri Reineccii comparet Commentarius de Miſenorum origine, rebus geſtis, mutationibus e Germanico Latinus factus ſtudio Eliæ Reuſneri; inſuperque Philippi Melanchthonis Oratio de gente & regione Myſorum, Petri Albini Oratio de familiæ Saxonicæ antiquitatibus incrementis & ornamentis & fragmentum tandem de migrationibus & mutationibus gentium in Occidentis Imperio.

perio. Addo iſtud; cum in prima omnium editione Annales Miſenenſes in Sexageſimo nono anno deſinant & commemorent ultimo parelios VIII. Cal. Octobr. viſos, Jacobum ſuppleviſſe aliquid adhuc in anno iſto, & duos ſuperaddidiſſe inſuper atque in ultimo, nempe ſeptuageſimo primo Georgii memorare mortem; eſt & Index ultimæ editionis locupletior. c) *Originum Saxonicarum* his verbis meminit Albinus f. 366. "Genealogiam Saxonicam ſub manibus habuit librorum novem. Abſoluti autem ſunt ſeptem atque in aulam illuſtriſſimam miſſi, qui fere nunc interierunt. *Ich habe ſie biſsher o noch nicht alle können zu ſehen bekommen*;" neque potuit Friſius nomina Origines poſt editam Bibliothecam evulgatas; editas vero indicant Teisſierius p. 394. Fabricius p. 28. ubi pro libri VI. ſcribendum VII, ſi ab ipſo Georgio confectas attendas, vel IX. ſi a filio adjectos duos una numeres: Clarmundus p. 159. Hanckius de Romanarum rerum ſcriptoribus P. II. p. 366. nec non Thomas Pope-Blount, qui eas Decreto quodam Romano a. 1634. die 23. Auguſti prohibitas docet in Cenſura celebriorum Auctorum f. 515. His libris poſt patris obitum ſimiliter filius Jacobus obſtetriciam commodavit operam & a. 1598. Jenæ Henningii Groſſi impenſis VII. priores juſſit exire, quibus deinde a. 1606. duos alios e ſchedis Patris confectos ſubjecit, & ſub Saxoniæ illuſtratæ titulo omnes evulgavit. Præter has duas editiones alia nominatur in Catalogis anni 631. ſed eam nullibi potui reperire, monuitque rerum apud Saxones geſtarum ſcientiſſimus Vir Dn. Jo. Conr. Knauthius pro ſua huma-

humanitate, nec ſibi viſam eam ſine dubio non exiiſſe in lucem publicam & Groſſios forte eam fuiſſe meditatos, neque tamen perfeciſſe, quod fieri ſolet, alia re impeditos. Fuerat Origines conficiendi labor iſte Agricolæ primum commiſſus, pro quo ducentos ipſi thaleros ſolvi Noſter ad Meurerum ſcribit Epiſtolæ die Simonis Judæ a. 1553. exarata, ſed ille deinde in Fabricium derivatus eſt, id quod Albinus in Chronico f. 303. & ipſe in literis ad Meurerum de die 9. Martii a. 1556. perhibet his verbis: "Genealogiam domus Saxonicæ ab Agricola in-" choatum ego impetravi, (nam Germanice ſcripta" eſt:) & augere atque implere mandato Illuſtris E-" lectoris juſſus ſum. Tentabo ac moliar, quantum" potero & illud opus abſolvam. In aliis die 20." Aprilis a. 1564.„ ſic ad eundem de hoc ſuo labore ſcribit: "Ignoſce mihi rarius ſcribenti. Nam certè raras aut breviſſimas ſcribo & in abſolvenda Sa" xonica Genealogia deſudo: in qua mihi duæ offe-" runtur maximæ moleſtiæ, quod auctores lego im-" peritos & barbaros, & quod nullum rerum ordi-" nem invenio. Nam temporum quoque ipſorum" notationes pugnant: circumſtantias actionum" nullas habent, nullas explicationes conſiliorum," quibus mihi in texenda narratione brevi maxime" opus eſſet. Igitur mihi nihil difficilius eſt, quam" ut ita cohæreat narratio omnis, ut & legi poſſit &" intelligi. Interea officium non negligo & quaſi" fur quidam temporis celerrime ſe ſubtrahentis no-" ſtra ſtudia provehere & ornare cupio, quibus eo" magis delector, quam ſcribendis Originibus homo" ſemper obſcurus, nec ad ullius rei magnæ conſilium"

unquam

„unquam adhibitus, ut aliquando ſit infamiæ futu-„rum magnis noſtris oratoribus, qui mihi rem tan-„tam commiſerint. Mihi ſat eſt ad voluntatem „meam rectam tuendam, quod magiſtratui meo pa-„ruerim, fortaſſe non famæ ſolum ſed vitæ quoque „periculo; quæ Epiſtola integra legitur in Struvii Actor. Lit. faſciculo VI. p. 5. 6. In his Originibus nationis Saxonicæ Origines & incrementa & invictisſimorum Imperatorum, Regum, Electorum, Ducum ſtemmata continentur ac res pace belloque præclare geſtæ. Finivit opus Georgius in exceſſu Ducis Saxoniæ Georgii, i. e. a. 1539. ex hiſtoricis fide dignis & Archivis Principum diplomatibusque concinnatum, quod filius deinde Jacobus ad dictum ſupra annum duobus libris auxit & omnes Lipſiæ curavit evulgari. Dedicatum eſt Saxoniæ Ducibus utriusque lineæ, & memoratur in illa præfatione, quod impulſu & auctoritate Auguſti Electoris hunc laborem in ſe ſuſceperit. Fabricius, nimiam vero voluminis prolixitatem & additione heterogeneorum, non tam quoad materiam, quam quoad auctores diverſos, de qua plurimi grati Georgii diſcipuli qveſti ſint, horum ſeparatione Editor ipſe contraxerit. Sequitur ipſius Georgii præfatio ad Electorem Auguſtum, ſed cui ultima non eſt impoſita manus, in qua modeſtisſimus Vir ſemet extenuat, & quod mandato Electoris delatum ſibi munus ſuſceperit, ut ut impar illi, obſequii videlicet religione ductus, profitetur, eſtque notandum omnino, quod ſuis quaſi viribus diffiſus iſtas origines inchoaverit. Excipit hæc imago Georgii cui N. R. D. ſubſcripti verſus tumulique deinde Inſcriptio in templo Afrano legen-

legenda. Comparent in hoc volumine variæ etiam Epiſtolæ a Fabricio ſcriptæ in quarum una VII. Calend. Aprilis a. 1560. exarata Ulricum Mordeiſenium, Conſiliarium Electoris intimum, docet, ſe in hoc negotio res Saxonum exponendi ſibi impoſito nec ſumtibus aliquibus nec valetudini parcere; Ipſius ſe commendat fidei, ſperatque eum futurum autorem, ut ſibi pro laboribus & vigiliis quædam præmia decernantur. In alia Epiſtola ad Ulricum Mordeiſenium de die VIII. Calend. Junii a. 1557. quam B. Schubarthus Jenæ aſſervavit ſcriptam manu, Noſter hæc de hoc opere ſuo habet, quæ ad ejus hiſtoriam facientia appono: "Quod ad Genealogiam Familiæ Saxonicæ attinet, bis jam ex aula ad-" monitus literis ſum, ut in ea pergam; quod qui-" dem facio, quantum per ſcholæ occupationes li-" cet, cotidie; ſed tamen otium mihi tempusque" concedendum; Nam & multa percurrenda ſunt" ſcripta & ſumma diligentia conferenda. Jam" verſor in ſecundo libro , quod continet hiſtorias" Imperatorum, Henrici & Ottonum & qui ab eis de-" ſcendunt , qui quidem eget collatione accurata," propter varietatem ſcriptorum & rerum geſtarum" amplitudinem. Scribo autem latine, ut etiam uſu" & tractatione Oratio mea & ipſa narratio fiat cul-" tior. Hæc enim tota ex autoribus barbaris eſt pe-" tenda , quales ſuperiorum fuiſſe temporum non" ignoras: Labor autem vertendi in linguam verna-" culam minus erit operoſus. Hæc ſignificanda pu-" tavi præcipue Tibi, a quo mandatum accepi: &" Viro intelligente, qui me tueatur, & verum etiam" tempus otiumque impetret ad perficiendum. Nam"

quan-

„quantum quidem progredi poſſum, progredior in „re obſcura & è variis monumentis, quaſi conſarci- „nanda.„ Audiamus hic præterea quid ad eundem 10. Calend. Octobr. a. 1558. ſcripſerit, ut quam plenum difficultatis habuerit negotium Origines ſcribendi diſcamus, & quod Mordeiſenio potiſſimum in ea re adjutore & Patrono uſus ſit, conſtet: "Originum Illuſtr. ſtirpis Saxonicæ libros duos te ab- „ſente tradidi Viro Ornatiſſimo Joanni Punicæ, de „quibus expecto judicium Tuum petoque ut eos, ſi „digni videbuntur, Illuſtriſſimo Electori meque „ipſum commendes. Scriptores, quos lego, bar- „bari & indocti ſunt &, quæ notarunt, nullis additis „cauſis, nullis circumſtantiis, nullo ordine ſunt ex- „poſita: Quamobrem mihi multiplex difficultas „objicitur, & in intelligendo, & in narrando, & in „diſponendo ita, ut narrationis formam ſimplicem „& apertam habeat oratio. Neque ego ſatis in- „tellexi, quam onus valde meis humeris atque pro- „feſſioni impar ſuſceperim. Quamobrem, quod „Te ſæpius rogavi & tamen mihi benigne recepiſti, „nunc etiam rogo, ut Tuo me favore ſubleves & au- „toritate tuearis. De Chronico de quo ſcripſi pro- „ximis literis, curæ Tibi erit, ut conſequar. Jam „inquiro Gallici ſcriptoris librum vernaculum de „Ducibus Sabaudienſibus. Adjunxi ad literas o- „mnium ſex librorum argumenta, ut doceri poſſit „Dux Illuſtr. de materia Novi D. Agricolæ, dum „ſcriberet, habitum honorem, quo eſſet ad ſcriben- „dum alacrior: quod cum non immerito fieri in- „telligas, pro Tua veteri ac propenſa in me benevo- „lentia meis quoque rationibus conſules.„ Conſtat

ex Epiſtolis in Originibus reperiundis, ad Jo. a Krokau, quod iſtos Originum libros identidem ad Chriſtophorum Carolovizium miſerit emendandos, ſi quid minus occurrat probandum, ad quem miſſis Cal. Novembr. a. 1551. literis, e Bibliotheca Schubarthi Jenenſis mecum communicatis, ab Illuſtr. Electore triginta nummos unciales ad emendandos libros ſe impetraſſe narrat, Agricolæ hæredes aſperiores fuiſſe conquerens, a quibus ſui mandato Principis nihil conſecutus ſit, ceterum de familia Principum Saxoniæ, prout cum aliis in Italia illuſtribus familiis conjuncta fuit, nonnulla edocens: Imo & Simonem Piſtoris quædam ad vitam Ducis Georgii pertinentia correxiſſe apparet ex hujus ſcripta Epiſtola poſtridie Iduum Decembr. a. 1561. quæ cum aliis Schlegelianis ad me fuit allata. De his Originibus Schurzfleiſchius, ubi de operis Chytræani agit continuatione, ita ad Franckenſteinium ſcribit Epiſtol. 285. p. 409. "Fabricii continuatio multo eſt facilior, quia uni argumento immoratur, & a Chytræo is multis modis vincitur, niſi quod hujus ſtilus decorumque pragmaticum non ſemper expectationi reſpondent.„ Notat eas etiam cum Struvio Celeberr. Tenzelius in Bibliotheca Curioſa Repoſ. I. p. 239. quod in remotiorum temporum hiſtoria ipſis non tuto ſatis fidatur, excuſans tamen beatum Virum qui ultimam ipſis manum adhibere non potuit optansque, ut liber ille, præcipuus in Saxonum hiſtoria, denuo evulgetur, cum obſervationibus textui ſubmittendis. Imo & recens Autor Vitæ Aventini G. H. A. non ſuffeciſſe humeros Fabricianos iſti operi, quod erat impoſitum, judicat in illa

Gundlingianæ editioni, quæ ante hoc ſexennium comparuit, præmiſſa Præfatione ſcribens: "Quod „ad Fabricium attinet, præſtabat doctrina, ſed quod „in Schola plurimam vitæ partem conſumſerat, im-„par operi huic fuiſſe omnino creditur. Multum „intereſt inter eos, quia in luce publica verſantur, & „deliteſcunt & qui apicibus & qui nervis omnia me-„tiuntur.„ Quibus verbis notam addidit Excellentisſimus Gundlingius quædam ex Epiſtola ad Meurerum modo adducta continentem verba, quæ teſtimonium perhibent; de Fabricii modeſtia & quod quicquid ſcripſit, ſi minus accurate ſemper, non ductus tamen arrogantia quadam ſed obſequii pietate ſcripſerit incitatus. d) *Deſcriptionis Freibergæ* in nullo ſcriptorum Fabricii Indice fit mentio, bene tamen a Jo. Conr. Knauthio Hiſtoriæ Patriæ cultore impigro, qui in pagella a. 1708. de Hiſtoricis Miſniæ typis exſcripta ſub Commentarioli urbis Freibergæ titulo ipſum adducit. Accepi ante annos aliquot ejus Apographum a fratre modo dicti Knauthii, Samuele, Polyhiſtore doctisſimo, & Amico meo jam a condiſcipulatu inde certisſimo, qui Codicem quendam rerum Miſnicarum libros continentem aſſervat, in cujus calce hic ipſe libellus, neſcio cujus deſcriptus manu, comparet. Edidit illum deinde, forte ex eodem iſto codice M. Godofredus Wagnerus Viteb. a. 1709. in 4. Utrobique Fabricium a. 1564. illam Annalium deſignationem (ita appellare malim laborem iſtum) confeciſſe legitur & Mollerus quidem in Theatro Chronico Freibergæ ſtatim ſub init. Lipſiæ a. 1573. in 8. editum ſcribit libellum, quod & Wagnerus monet, ſed nul-

la per-

la perveſtigatione, ubi lateat impreſſus ità, potui reperire. Reperi verò diſtichon Hempelii in Epitaphio Carmine ipſi ſcripto b. 4. quod ita ſonat:

Annales etiam Freibergi abſolvit; at ipſos
Deploro quod non edidit ante diem.

Hæc de libris Fabricii ad Patriam ornandam ſpectantibus, quos dum cogitat Dreſſerus in Oratione Præceptori ſcripta p. 764. ita ait: "Nam & res Misnicas verſibus & oratione ſoluta ornavit & inclitam Ducum atque Electorum Saxoniæ familiam attigit; ut non tam Rector Scholæ bonus quam ſcriptor purus atque fidelis jure dicatur: nec injuria de eo prædicari elogium hoc poſſit:"

"*Gymnaſiarchus erat præſtans ſcriptorque diſertus.*"

"Eſt enim in his, quæ in iſto genere ſcripſit, & mira orationis puritas & rerum ipſarum, quas perſecutus eſt, inſignis, perſpicua tamen & apta brevitas."

XXIII. Ut traditis ſibi in inſtitutionem non doctrina modo quotidiana præceptisque e cathedra audiendis, verum calamo prodeſſet quoque, nonnullis libris eas artes complexus eſt, quibus puerilis ætas cumprimis debet erudiri. Proinde manibus induſtriorum evolvi potuerunt Partitionum Grammaticarum Libri III. *in quibus illam recte loquendi ſcribendique artem tabulis delineavit,*

& memoriæ diſcentium ut conſuleret, ordine quævis digesſit exquiſito, ejusmodi confectis utique ſtudio, ut ex obſervationibus non vulgaribus plurimum haurire nobis etiam liceat, qui Grammaticam docemus bonam ætatem tum inter cetera etiam f. 58. Conjugationum ſchematiſmo, qui monumentum aliquod mira arte extructum repræſentat, ornatis. a) *Voluit vero Georgius ſuorum etiam in Græcæ linguæ ſtudio adjuvare diligentiam atque adeo* de Syntaxi partium orationis apud Græcos *evulgavit librum in qua conſtructionis docuit formam & inſtituto non inutili, è Cyropædia Xenophontis quædam decerpendo, ſecundum regulas ſuas omnia examinavit accurate, ſicut in aliis exemplis, naturalis dictorum ordo qua ratione pueris oſtendi debeat, monuit.* b) *Deinde cum Poſidonium cum Grammatica Dialecticam etiam & Rhetoricam ad puerilium artium, referri ſciret cenſum, neque hic*

ceſſare

ceſſare viſus fuit deditque artis Dialecticæ rudimenta, *in quibus tamen nonniſi Prædicabilia & Prædicamenta percurrit, earumque definitiones, tum Latinis, tum vernaculis verbis, exhibuit conceptas quam in definiendo dividendoque illorum uſum habeat cognitio dilucide commonſtrans* c) *dedit autem* Inventionis & Diſpoſitionis Rhetoricæ *explanationem ſuis ſimiliter per quæſtiones & reſponſiones concinnatam, ut expeditam ad Eloquentiam viam conficeret & ſcite loquendi cupidos juvaret, gnarusque cumprimis mature in ſcholis adoleſcentes ad Epiſtolas venuſte exarandas velut manu ducendos, & ad pangendi carminis ſtudium incitandos eſſe, propterea quod Poetarum lectio juxta atque imitatio ad limanda ingenia poliendaque & ad ipſam Latini ſermonis culturam non parum ferant adjumenti, manus & ſic porrigere juventuti in iſtius laudis poſſeſſionem poſituræ pedes non*

abnuit. Habemus enim de Epiſtolis *ad* Ciceronis imitationem conſcribendis *Noſtri Commentarium cujus ſcriptorum ſuorum firmavit rationem* d) & *cogniti ſunt ſatis etiam laudatique* de re Poetica Libri VII. *in quibus verſus dimetiendi elaborandique modus explicatur præclare, ſubſidiaque monſtrantur artis apprime profutura* e)

a) *Partitionum Grammaticarum libros* ſolus nominat Albinus in Chronico f. 365. quos Baſileæ per Jo. Oporinum in fol. impreſſos dedicavit Johanni & Hugoldo Schleiniziis, filiis Johannis, cujus, Scholæ illuſtris tum Inſpectoris, favorem erga ſe prædicat eximium. Perelegans eſt, prolixiorque Præfatio in qua de uſu & dignitate Grammaticæ artis agit accurate, eandemque commendat. Quo conſilio iſtas tabulas delineaverit, Meurero ſuo edifferentem in Epiſtola d. VIII. Octobr. a. 1555. ſcripta audiamus: "Tabulas Grammaticas conficiam, ut Erythræus Di„alecticas ex Sturmii Præceptis collegit. Multum „autem laboro in eo, ut præcepta ab Obſervationi„bus diſtinguam, & ut veterum veſtigiis, quæ ad „uſum noſtrum pertinent, inſiſtam. Cogor hoc fa„cere tuendi muneris & exiſtimationis meæ cauſa: „Nam jam pridem hanc ſuſtineo calumniam, me „nec ſcire, nec tradere pueris Grammaticam, idque „è Cumis venit oraculum, quo tamen in oppido ci„ves omnes decepit aſinus ſimulator.„ Ornavit tabulas

tabulas carmine Georgius Berſmannus in Poematum ipſius collectione legendo etiam p. 137. in quo ita;

Grammatica parvo comprendens dogmata libro
Quæ prius in veterum ſparſa fuere libris,
Quæ non craſſiloqui potuère volumina Gotthi
Scrinia nec Galli tradere vaſta ſenis.
Explicat illa tribus feliciter omnia chartis
Ambiguum brevibus perſpicuisque magis
Ac ne quid ſtudiis poſthac juvenilibus obſtet,
In tabulis eadem conſpicienda dedit
Quarum ſi poſſet manus æmula reddere formam,
Non magis hic Coi pulchra tabella foret.

Barthius vero valde ſane eruditum opus easdem vocat ad Statii Achill. I. p. 1577.

b) *Syntaxis Partium orationis* editionem indicavit Albinus f. 365 Friſius p. 268. Teisſier p. 394. & Fabricius p. 32 Edita eſt Argentorati a. 1546. Uratislaviæ poſtmodum a. 1549. & Pariſiis apud Gulielmum Morellum quas iteratas editiones Friſius laudat, ſed præter eas mihi alia eſt Argentoratenſis a. 1555. imo & vetuſtior habetur Cygneæ in Bibliotheca anni 1551. & recentior fuerat in Bibl. Schraderiana Colonienſis a. 1564. occurritque eadem Syntaxis quoque in Scholis Fabricianis mox dicendis. Dedicavit illam Sigismundo Georgio a Dietrichſtein Baroni Stirio, cujus fratres, Adamum & Carolum, ad exemplum hujus amplecti vult, quod rectum eſſe probavit, quodque magna conſtantia fuerat jam inde a puero perſecutus. Teneo vero Epiſtolam ad Meurerum Profeſſorem & Senatorem Lipſ. Argentor. a. 1546. ſcriptam, cui adjunxerat Syntaxin

emendandam a Meurero, cum in illa falſa quædam exempla poſita ſint, in verbis imperandi & ſequendi, quæ inter ſcribendum feſtinantem fefellerant. *Artis dialecticæ rudimentorum* nullibi fit mentio, ſcripſeratque iſthæc Fabricius etiam in Scholæ iſtius uſum, quam Heinricus a Viceleben eo tempore condiderat, eidemque Noſtrum conſtituerat Inſpectorem, quod M. Wilhelmus Sculteſius Scholæ R. qui rudimenta iſthæc cum Jo. Rivii Grammaticæ rudimentis Lipſiæ a. 1559. curavit excudenda in Dedicat, ad Patronum ſuum gratus profitetur. Liber *de præceptis inventionum* & *diſpoſitionum Rhetoricæ* uni Teisſierio p. 394. memoratus, poſthumus eſt junctim cum altero de ſcribendis epiſtolis a Michaele Bohemo Ludi Torgavienſis R., & Georgii diſcipulo, Lipſiæ a. 1593. emiſſus. Ut de illo, qui in hac tamen editione ultimo demum loco comparet rectius conſtet, verba nonnulla editoris hic apponemus, quæ in Præfat. ad Jo. Martinum, Frider. Wilhelmi Electoratus tum Adminiſtratoris & Ducis Saxoniæ Secretarium intimum, ſic ſonant: "Si vere judicare vo„lumus (ſalvo tamen cujusquam doctioris & rectius „ſentientis judicio) a ceteris libellis, complectenti„bus initia Rhetorices, hic Georgii Fabricii libellus „excludi non poteſt, quo rationem Inventionis & „Diſpoſitionis (de his enim duabus Rhetorices par„tibus ſive membris eloquentiæ ſolummodo agit) „aperte & ſimpliciter proponit Græcos imitatus, & „exemplis uſum præceptorum demonſtrat & quo „modo tractanda ſit propoſitio in ſingulis cauſarum „generibus & ſtatibus ita oſtendit, ut non quidem „Oratorem efficiat (majoris enim facultatis opus eſt,

eſt, quemadmodum dictum eſt ſupra) ſed tamen" rationem præſcribat intelligendi artificium in Ora-" tionibus Ciceronis (quem tanquam præſtantiſſi" mum apud Latinos nomino) & ſi velimus facere" periculum noſtrarum virium ſtructura Ciceronia-" na penitus introſpecta, ad ejus ſimilitudinem ali-" quid exprimendi.„ Hæc præcepta e Rhetoribus maximam partem deſumta, propoſuit nobis Fabricius ante annos triginta & tres fere in Schola illuſtri Miſenæ. Apponemus vero etiam in commendationem libelli de Epiſtolis ejusdem Bohemi verba ſequentia è Præfat. ad Marcum Gerſtenbergerum ejusdem Friderici Wilhelmi Cancellarium: "Habet hoc peculiare, ut filum Præceptorum Rhetorices" ſecutus horum uſum in Epiſtolis monſtret." Non enim regulas tantum generales tradit, ſed ad" ſuum quodque genus cauſarum, ex quibus promanant," tanquam tribum certam & claſſem, ſingulas" refert: oſtendendo quæ ſint partes: qui modus" tractandi; qui partium poſitus, quæ in ſingulis" conſideranda tum quod ad res, tum quod ad perſonas." Illud vero peculiare præ ceteris habet, quod" cum ceteri, e Plinio, Seneca, etiam recentioribus" exempla in medium afferant, hic autor ex uno Romanæ" Eloquentiæ parente & Principe, Cicerone," exempla ſumit, eoque ut anatomicus omnes corporis" partes & minimas fibras imitatur: ita quaſi" reſolutas & diſſectas epiſtolas oculis diſcentium" ſubjicit, ut nihil fallere aut latere diſcendi cupidum" & mediocriter attentum, nec prorſus hebetem," poſſit. Qua in re virum ad excolendam juventutem" & ſcholas natum, & naturali vi & facultate in-"

 ſtru-

„ſtructum prudenter feciſſe illi indicabunt, qui „amant purum & æquabile dicendi genus, in quo „non melior eſt Cicerone ætate præſertim juvenili, „quam uni alicui certo autori eique optimo innu„triri oportet, donec maturitate judicii accedente, „quid in aliis bonum ſit intelligat: & uno imbuta, „quidquid legit, veluti arbor ex terra liquorem ex„tractum in ſuccum ſuum convertat, ne diſſonum „aliquid aut diverſum audiatur.„ His ex eadem Præfatione addi debet, quod Fabricius Commentariolum hunc ſcripſerit a. 1539. eo tempore, quo evocatus Argentorato in Italiam ſtudiorum cauſa abierat, cum Wolfgango Werthero eundemque retexerit a. 1546. quo evocatus Argentorato Scholæ Provinciali Miſnæ ad S. Afram gubernandæ fuit præfectus, & arbitratur Bohemus initio hanc doctrinam auditoribus ſuis Georgium propoſuiſſe. Reliqui ſunt *de re Poetica Libri VII.* quorum titulus legitur apud Albinum f. 365. Friſium f. 268. Teisſier p. 394. & Fabricium p. 31. Duas uſurpavi eorum editiones, minorem librorum nonniſi quatuor, quæ Lipſiæ ex officina Hæredum Valentini Papæ prodiit a. 1560. in qua primus liber agit de ratione cognoſcendarum Syllabarum, ſecundus Elegantias exhibet ex Ovidio Tibullo Propertio ſelectas, tertius habet exempla varietatis & copiæ & quartus varias Deſcriptiones è Poetis antiquis decerptas; & majorem Lipſienſem quoque ſed ſine anni mentione quam Vögelianam & ipſam eſſe inſigne typographi, arca fœderis, oſtendit, ſed vidi vero Vögelianam quoque a. 1572. & in Catalogo quodam Lipſienſi annotatas alias annorum 1574. & 1580. iterumque novam anni 1595.

Fri-

Friſius vero Lugduni ſed quatuor tantum libros excuſos ſcribit, prodiitque hæc editio a. 1583. apud Jo. Gaſonem in 16. cui Latinorum Poetarum comparationes e Julii Cæſaris Scaligeri Critico deſumtæ adhærent. Pariſienſem a. 1584. quam Hieronymus de Marnef. curavit VII. libros omnes complectentem Celeberrimus Vinholdus e Bibl. Cygnea ad me miſit humaniter, luſtrandam, ſed & in Catalogo Bibliothecæ Thuanæ P. II. p. 303. Heidelbergæ a. 1604. iſti dicuntur recuſi. Ediderat priores quatuor Jo. etiam Oporinus cum VII. aliis Fabricii libris Baſileæ a. 1564. dederatque illis omnibus, qui ſupra iſtos quatuor, penultimo loco poſitos, ſunt ſequentes Elegantiarum ex Cicerone L. III. Elegantiarum e Plauti & Terentii Comœdiis L. II. Publii Mimorum & Sententiarum Liber I. de Syntaxi Partium Orationis apud Græcos Liber I. hunc titulum: *Schola Fabriciana puerilis Libr. XI.* quibus doctrina continetur Latine & eleganter ſcribendi loquendique cum orationem ſolutam & popularem, tum etiam numeroſam & eruditam quod ſemel hic ſufficiat memoraſſe, ad hanc collectionem ſubinde provocaturo. Habentur autem quatuor de arte Poetica libri in Biblioth. Freiberg. & adſervantur, ad egregii κειμηλίȣ inſtar, ipſius B. Viri ſcripti manu, quos celeberrimus Scholæ Freib. R. Dn. M. Samuel Müllerus, Fautor meus & amicus integerrimus, luſtrandos mihi communicavit, in quorum prima pagina cum Fabriciana manu, mihi valde nota, adſcriptum legerem *MDXL. Menſe Junio Patavii*, quando laborem illum ſuſceperit in ſe Fabricius, & quam non otioſus fuerit peregrinator vel inde, ſi non

alia

alia ad manus forent documenta, poſſit colligi. In hoc Codice MSCto unicuique libro verſus eſt adſcriptus ſummam ejus indicans; primo hic:

Nomina primus habet diverſis addita verbis,

ſecundo iſte:

Addita nominibus diverſis verba ſecundus

tertius hunc habet præfixum:

Tertius at dictis rem profert pluribus unam

& quartus ſequentem:

Eloquitur quartus variatis multa figuris;

quos verſus in typis exſcriptis Editionibus, quas vidi, non inveneris, prorſus etiam immutatis & alio longe habitu comparentibus. Ceterum liber Primus, qui de cognoſcenda ſyllabarum ratione & diverſis generibus agit Jo. Sculteti Pirnenſi, Jo. filio, eſt inſcriptus Elegia venuſtisſima, in qua inter cetera Noſter:

Dicebat puero clarus pietate Melanchthon:
Diſce bona imparibus jungere verba modis
His Domino grates ut poſſis dicere CHRISTO
Et ſanctius dulci voce referre preces,
Neve mali ſtudiis auſint impune nocere,
Ingenii ut timeant libera tela tui
Te quoque cara pii ſoboles Patris ore Philippi,
Hortor ut has artes ingenioſus ames.
Ut CHRISTUM celebres & pravis bella mineris
Ætas adveniet cum tibi plena viri.

ex quo loco, quem in finem carmini pangendo operam voluerit navare, conſtet. Idem hic liber Primus ſive de Proſodia fuerat etiam editus cum Elegantiis Poeticis ex Ovidio Tibullo Propertio ſed brevior & nonniſi plagulis octo conſtans, cum in editio-

editione mea de re Poetica viginti & octo occupet ipſe hic, de quo nunc agimus. Secundus, qui exempla laudandi & vituperandi varia è Poetis optimis antiquis ſub ſuis titulis congeſta habet & in minori editione tertius comparet, & Tertius, in minori editione quartus, qui deſcriptiones continet ætatis, ſignorum cœleſtium, & temporum ſimilitudines itidem & comparationes ex reliquis vatibus Chriſtophoro Schleinizio ſacratur Judæ Simonis F. W. & V. de epithetis nominum tum appellativorum tum propriorum. Baſilio Fabro Quedlinburgenſis Lycei Rectori VI. qui virtutes & vitia carminis Elegiaci percurrit Andr. Wincklero ludi Uratislavienſis R. præfatione docta, in qua obſolete loquendi morem improbat, proprii jubentur eſſe, ſicut VII. Georgio Sellæ Ludi Magiſtro Noribergio ad D. Laurentii, qui in pedum accidentibus monſtrandis occupatur. Illud addendum, Henricum Smetium a Leda Medicinæ D. in Belgio, cum Proſodicum ſuum opus ederet e primo illo Fabricii de re Re Poetica libro dignoſcendarum Syllabarum methodum transſcripſiſſe, &, quamvis caſtigatam nonnullibi ſuo ipſi labori præfixiſſe. Sicut & David Herlicius, Medicus & Aſtronomus Stargardienſis, cum anno 1627. Artis Poëticæ Compendium ederet, Regulas quasdam e libro Fabricii decerpſit, hisque diſpoſitionem quandam & enucleationem quinquaginta & quatuor Regularum, obviarum in libello Horatii de arte Poëtica, ex eodem opere ſubjecit. Imo & in uſum Scholarum Sultzbacenſium Noribergæ apud Abrahamum Wagnerum a 1619 evulgatum de Re Poetica opus Draudius me docuit in Bibliotheca p. 1582.

XXIV.

XXIV. Ut ipſe Fabricius mirus erat ſtili artifex, æquabileque iſtud & fluidum orationis genus quo aurea Latini ſermonis ætas effloruit, feliciter coluerat; quod libri ejus neminem permittunt dubitare (ita auctor ſuis exiſtebat, ut pure venuſteque effari diſcerent, quicquid animo conceptum & proponerent ſibi optimos quosque antiquitatis ſcriptores: atque ad exemplum ipſorum ſui filum ducerent ſermonis. Hoc conſilio è Ciceronis Epiſtolis Puerilium elegantiarum L. III. *excerpſit, ut adoleſcentes venuſtioris dictionis ſtudioſi ſub ſuis titulis locatas haberent formulas, quibus in literis uterentur exarandis ut in amorem ita Tullianæ elocutionis perducerentur* a). *Confecit eodem conſilio* Elegantiarum e Plauto & Terentio Libros II. *quas ſimiliter ſub certis vocabulorum indicibus diſtribuit & ſubjecit his* Publii Syri Mimos & ſententias *hinc collatas inde ad Mimorum iſtorum accedentes*

pro-

proxime ſimilitudinem b). *Super Elegantias haſce* Poeticæ *etiam ab ipſo congeſta ſunt, ex* Ovidio, Tibullo, Propertio *in quibus ex his Elegiaci Carminis Triumviris Phraſeologiam primum Poeticam ſub variis titulis exhibet & huic deinde ſimilitudines & comparationes indidem depromtas, ſubjicit* c). *Imo tx Eccleſiaſticis etiam Poetis, Alcinum puta, Ambroſium, Cyprianum, Hilarium, Juvencum. Paulinum Proſperum, Prudentium, Sedulium, alios, eidem ſententias placuit ſeligere, quas duobus comprehenſas libris & in locos communes digeſtas ſub* Antiquæ Scholæ Chriſtiana puerilis *tenemus inſcriptione* d) *ſicut &* Hiſtoriarum ſacrarum libros II. *è veteribus Chriſtianis Poëtis pari ſtudio congeſſerat ab ipſa mundi creatione per Patriarcharum vitas regumque populi DEI geſta decurrens complectensque uno volumine quicquid hinc inde repererat de* ἀξιομνημονεύτοις *explicatum verſibus* e).

a) De

a) De *Elegantiis Ciceronianis* vid Albinus in Chronico f. 365. Friſius in Biblioth. Geſneriana f. 268. qui editionis Lipſienſis Valentini Papæ & Uratislavienſis Andr. Winckleri, inſuperque Baſileenſis facit mentionem Teiſſierius in Additionibus ad Elogia Thuanéa p. 394. Fabricius in Centuria Fabric. p. 32. Mihi, qui editionem Lipſ. a. 1571. & aliam Colonienſem a. 1574. apud Jo. Gymnicum annotavi & antiquiorem anni 1548. in Bibliotheca Cygnea latere didici atque cum Poeticis Elegantiis & libello de Proſodia a. 1549. junctim novi prodiiſſe imo & aliam Lipſienſem anni 1562. & Francofurt. an. 1613. Heidelbergenſemque a. 1613. annotari vidi, inſuperque Heidelbergenſem anni 1607. & Lipſienſem a. 1610. cui acceſſit ejusdem libellus de proprietate & differentiis ſermonis Latini ſtudio M. Jacobi Fabricii filii editos a Draudio adduci cognovi in Bibliotheca Claſſica p. 1459. ſicut & in Scholis Fabricianis liber hic reperitur ab Oporin. a. 1564. evulgatis, Vögeliniana Lipſienſis a. 1574. uſurpata eſt quæ ornatur tum Latino Hiobi Magdeburgi, tum Græco Matth. Dabercuſii carminibus perelegantibus. Lubet illud breve quantumvis, ſed rotundum tamen apponere integrum:

Quis hic odor ſpirat bonus tam ſvaviter?
Pergrata quæ nos detinet fragrantia?
Hortus refertus floribus lectisſimis,
Nuſquam tenellis paſtus apibus gratior
Non Hybla ſic exculta, non Hymettus eſt
Ut ſedula ſunt hæc manu mellaria,
Ergo frequens examen advolet novum
Quod conficit purum mel & dulcisſimum.

Serpilla,

Serpilla, thymbræ, lilium, thymus, roſa
Florent, ineſt nihil veneni his floſculis,
Legite hinc apes; florum hinc onuſtæ copia
Domum redite, fingite & dulces favos.

Inſcripſit libellum, in quo Elegantiæ illæ ſecundum tria cauſarum genera diſtinctæ ſunt, Fabricius Scholarum Miſnenſis & Portenſis pueris eleganti præfamine, in quo Ciceronis imitationem his commendat verbis: Omnibus igitur ingenuarum artium " & elegantis ſermonis ſtudioſis conſulo, & audi- " toribus ipſe meis auctor ſum, ut temerariam in " ſcribendo licentiam fugiant, inprimis M. Tullii " Ciceronis in ſermone puritatem & in omni ge- " nere Orationis virtutes imitentur: quod, cum " facio, ceterorum lectione (id enim ineptum fo- " ret) non interdico, ſed hunc dico præcipuum eſſe " oportere & eximium; Illos enim cognoſcere, " hunc imitari: conſulere alios, hunc in manibus " habere: reliquos legere diligenter, hunc memo- " riæ quoque, ſi poſſunt, mandare debent: "

Qui genus humanum ingenio ſuperavit & omnes
Reſtrinxit ſtellas exortus uti æthereus ſol.

Subjecta eſt libello candida ad Jacobum Fratrem & perdocta Epiſtola d. 9. Septembr. 1544. exarata, in qua imitationis ipſi commendat ſtudium, & qua ratione in Ciceronis lectione verſari debeat, diligenter monſtrat. b) Elegantias *è Plauto & Terentio* Albino nominatas f. 365. Friſio f. 268. Teisſierio p. 394. & Fabricio p. 32. Matthiæ Marco Dabercuſio a. 1558. dedicavit Collegæ olim, tunc Sverinenſium Rectori, & in Dedicatoria curam ſermonis purioris graviter commendat, atque argumen-

tatione perſpicua ſecum Dabercuſium, adverſus ingratos laborum in ſcholis æſtimatores, ſolatur. Subjiciam utrumque locum viſum dignum utique qui hic legatur: „ Retinenda, inquit, ante omnes „ contra opinionem imperitorum in ludis literariis „ hæc ſententia eſt vera, antiqua, neceſſaria; nihil „ ſcilicet in orationem improprii aut inquinati ad- „ mittendum. Ut enim in veſtitu populari: ſic in „ communi ſermone plurimum intereſt, ut apta & „ habilia omnia ſint & conſvetudini honeſtæ con- „ ſentanea. Militum veſtes, quibus nunc femora „ tegunt velis nautarum videmus eſſe laxiores, & „ ita diſciſſas atque laceratas, ut Abſyrti aut Marſyæ „ corpus (quod in fabulis eſt,) mutilum laniatumque „ magis non fuerit: quam cum in caſtris Turcicis „ militum captivorum corpora ad formam veſtium „ fuerint diſſecta. Talibus ſimiles ſunt, qui ora- „ tione incompoſita & diſſoluta, & abſurda loqua- „ citate delectantur, quam inſuper deformant levi- „ tate atque ineptiis: quos ſtultorum militum „ fortunam experiri par erat, ut ære diruti, capiteve „ diminuti e ſcholis perpetuo relegarentur ad bar- „ baros. Notis rerum propriis & cura verborum „ neglecta error & obſcuritas naſcitur, in oratione „ autem, in qua labefactatur veritas & implicatur „ intelligentia, quid loci relinquitur prudentiæ? „ hac ſublata quid omnino inter hominem garri- „ entem aut rudentem aſinum eſt diſcriminis? Ve- „ terum ſapientum hoc ſtudium ſemper fuit, ut „ cùm perſpicue & diſerte, tum etiam cum ornatu „ animi ſui cogitata efferrent. Itaque, *ſcribit propius finem*, " literarum neglectio & hominum ingrati- tudo,

tudo, quamvis omnibus temporibus magna, de- "
pravatis pene intolerabilis extiterit: non ideo ta- "
men doctrinam virtutemque vulgi ac turbæ judicio "
debemus contemnere, nec opinionibus indocto- "
rum aut ingratorum moribus diſcedere ab officio, "
aut remittere impetum bene merendi de plurimis. "
Primum enim recte factorum conſcientia & fun- "
ctionis honeſtiſſimæ recordatio præmium ſingu- "
lare & pulcherrimum eſt: deinde ipſe DEUS illos, "
quibus quaſi incunabula ſuæ commiſit Eccleſiæ, "
egere non patietur, cujus in te nuper exemplum "
nobis optatiſſimum propoſuit." Uſurpata eſt mihi editio Vögeliniana a. 1567. in qua habetur ipſius ad Fabricium Vögelini Epiſtola 3. Calend. Decembr. a. 1559. ſcripta agentis gratias communiter omnium ſcholarum nomine, quod, quaſi fœcundiſſimi agri fructus, ſuam ſuis diſcipulis navatam operam, laboresque proprios illuſtris ludi benigne conferat & attribuat aliis quoque tam domeſticis quam externis, quicunque Muſas, id eſt, eruditionem literarum & optimarum artium, qui pudorem & honeſtatem & decus colunt ac ſequuntur. Exierunt vero eædem Elegantiæ a. 1550. Lipſiæ apud Jacobum Berwaldum & a. 1555. Baſileæ, iterumque a. 1556. apud Martinum Cholinum, tum & a. 1571. & 1577. Lipſiæ, quod Friſius me partim docuit, partim aliunde didici, & in ſcholis Fabricianis ab Oporino a. 1564. emiſſis itidem comparent. Eſtque illud adjiciendum, Gorlicienſis Gymnaſii R. Chriſt. Funccii opera conſilioque iſtas triumvirorum rarioris elegantiæ Ciceronis, Plauti, Terentii Elegantias R. a Fabricio digeſtas denuo exiiſſe ſecundum Alphabeti ſeriem

ordinatas Görlicii 1667. in 8. c.) *Elegantias Poeticas ex Ovidio, Tibullo, & Propertio* evulgaſſe Fabricium teſtantur Albinus f. 365. Friſius p. 268. Teiſſier. p. 394. Fabricius p. 31. ac Friſius quidem librum unum diſtinctum in 217. titulos cum libello de Syllabarum quantitate d. l. nominat; ego notavi vero editiones de a. 1549 - 1552. & 1554. aliamque adhuc Lipſienſem a. 1560. a Fabricio indicatam, imo ipſe quandam tandem ſum nactus ex officina Vögeliana, ſed quæ nullum annum habet adſcriptum, & 224. titulos numerat. Inſcripſit iſtas Elegantias Georgio Treptæ ſororis filio, tum in ſchola Provinciali ad Muldam agenti & Adami Siberi fruenti doctrina, quem in carmine iſto ſuo venuſtiſſimo ita inter alia compellat:

Offero Pieridum flores, quos legimus hortis,
Unde benigna tui rura colantur agri,
Inde tuos quotquot ſumes ſcripturus ad uſus
Tot te purpureas carpere crede roſas.
Caſtaliæ pleno manant hinc flumine lymphæ,
Quales Pegaſei pes fodit acer equi.
Sulmo miniſtrat aquas, Clariis uberrimus undis
Clitumnusque ſuas addit & Almo ſuas.
Hinc & in Albiacum deduco fluenta Lyceum,
Hic ubi Mauricii ſtat ſchola celſa Ducis.

d.) *Antiquam ſcholam Chriſtianam* Albinus f. 366. & Teiſſierius f. 394. reliquis adjungunt, quam Jo. Nævio Electoris Auguſti præcipuo Medico dedicavit allocutione ſcitiſſima, ex qua infra, ad Nævium delatus, nonnulla enotabo id monens hac ſolum vice, excitatum ſui Præceptoris exemplo & hortatu Thomam Fabricium Novæ ſcholæ puerilis libros IX. confe-

confeciſſe, in quibus ſicut ex antiquis ſacris vatibus Georgius: ita hic e novis digeſſit præcipuas ſententias, quas ſperabat omnibus ad pietatis ſtudium adſpirantibus fructuoſas fore: Agunt vero Liber I. de DEO patre omnipotente. L. II. de CHRISTO, Dei & virginis filio. L. III. de ſancto Spiritu & divinis miraculis. L. IV. de Angelis DEI & hominum miniſtris. L. V. de tabula Decalogi prima. L. VI. de tabula Decalogi ſecunda. L. VII. de Heroibus in DEI Eccleſia. L. VIII. de Hypocritis & impiis; & L. IX. demum Sententiarum eſt de pietate & virtute. Sunt autem Poetæ novi iſti, quibus uſus hic eſt, Thomas Faber, Sannazarius, Siberus, Antonius Flaminius, Aonius Palearius, Eobanus Heſſus, Georgius Æmilius, Buchananus, Fabricius, Sabinus, Hieronymus Fracaſtorius, Micyllus, Joachimus Camerarius, Joannes Gigas, Stigelius, Vida, Petrus Lotichius S. Petrus Roſetus, Melanchthon, Scipio Capytius, Strociique. Integra collectio ad eundem, quem dixi Nævium, mittitur cum elogio ipſius & conjuncta cum illa antiqua Fabricii ſchola a. 1565. per Jo. Oporinum excuſa eſt. c) *Libros illos duos e Poetis ſacris* Dracontio Proſpero, Sedulio, Victore, Helpidio, Prudentio, Aratore, Alcinio, Paulino & aliis excerpendo confecerat & concinnaverat ad eos præfationem Chriſtophori Winteri Prætoris Regiomontani ornatam nomine a. 1565. Ipſi libri vero Lipſiæ in officina Vögelini a. 1566. impreſſi, de quibus Albinus f. 366. ipſius etiam Hiſtoriis ſacris a. 1610. editis repeciuntur adjuncti.

XXV. Non otioſum ſemet in Italia egiſſe, ſed cognoſcendæ avidum vetuſtatis ea ſibi comparaſſe demonſtraturus præſidia, quibus vel emendarentur hinc inde in monumentis variis deſcripta, vel plenius res literaria inſtrueretur, libros etiam emiſit veterem memoriam cognituris, & in antiquitatum inveſtigatione occupatis, perutiles, per quos in priſci ævi ſcriptorum lectione verſantibus lux appareret liquidior; ſpectatque eo Roma *cumprimis in quo libello poſt auctorum recenſionem, qui de urbe hac ſcripſerunt, de ſitu ipſius atque ambitu, de montibus, quibus inædificata, de portis ejus, viis, templis, campis, theatris, curiis, porticibus, arcubus, fluviis, pontibus, aquæ ductibus, balneis, ſepulchris, &c. capitibus tribus & viginti exponitur* a) & Antiquitatum deinde L. II. *in quibus ſolers ipſe indagator varias teſtamentorum, libellorum, contractuum formulas, leges, inſtrumenta, decre-*

decreta, elogia, tumulos congeſſit, colle-ctisque his Calendarium Romanum vetus ſubjecit. b.)

a) *Romam* omnes dicunt, Albinus f. 365. Friſius f. 268., Teiſſierius p. 394. Fabricius p. 28. Clarmundus p. 160. Hanckius etiam de Romanarum rerum ſcriptoribus P. I. c. 10. p. m. 228. quibus Autor Actorum literariorum, quæ Lipſiæ a. 1715. prodire cœperunt, addendus eſt, Romam hanc P. II. p. 95. recenſens. Hujus Oporiniana eſt mihi editio a. 1560, ſed memorat præter hanc Fabricius Baſileenſem cum Friſio etiam a. 1551. & auctiorem aliam 1587. Habetur quoque in Antiquitatum Romanarum Breviario, ſive Roma illuſtrata, quæ ex Antonii Thyſii recenſione prodiit Lugduni Batavorum 1650. in 12. & ſi Clarmundo fides, Antwerpiæ 1657 in 8. iterumque Helmſtadii Jo. Heitmulleri ſumtibus & typis a. 1670 in 4. excuſa. Noviſſime magnus ille Polyhiſtor Jo. Georgius Grævius partem fecit theſauri ſui Antiquitatum Romanarum T. III. f. 393. Dicata eſt Wolfgango Werthero & homini amico, prout loquitur Noſter, quo nomine omnia " conſvetudinis, fidei, benevolentiæ officia conti- " nentur, & viro docto, qui hæc eadem cognoverat " magna cupiditate, ſtudio, induſtria, & qui ex iſtis " ſua quædam debebat recognoſcere " & docetur ſimul Caſparis Peuceri potiſſimum ſvaſu, typis eam fuiſſe permiſſam, qui de urbe loquentem aliquando auſcultaverat avide, rogaveratque, ut aliorum quoque ſtudiis ſua opera Fabricius conſuleret, ſub initium ſtatim libelli p. edit. meæ 18. ita Vir celeberrimus:

rimus: „ Nuperrime ſcripſit Onuphrius Veronen-„ ſis Eremita, qui hunc meum libellum legit & ex eo „ multa de verbo transſcripſit: maluit autem ho-„ minem exterum compilare, quam nomen ejus „ ſemel tantum nominare. Eſt vero graviſſimorum Virorum comprobatus calculo, quos inter Friſius d. ſupra l. ad optimorum auctorum lectionem apprime ipſum utilem & neceſſarium; Dreſſerus vero pulchre ad verſus vetuſtorum Poetarum ſic aptatum dicit, ut expreſſus ex illis & effictus videatur in Oration. de G. Fabricio p. 760. 761. Barthius Adverſar. L. II. c. 22. aureolum, & in Animadverſionibus ad Statii Silvar. IV. 1. 6. egregium; iterumque ad IV. 9. 15. eximium appellat, his uſus alibi verbis: Qua „de re vide, quæ doctiſſimi homines, Georgius Fa-„bricius in Roma c. IV. Juſtus Lipſius Commenta-„rio ad ſecundum Annalium Taciti, qui doctiſſimi „Viri, cum non pauca optima ſcripſerint, melius „tamen neuter his operibus quicquam procudit, „ quæ modo nominavimus; In Animadverſionibus ad Galli Confeſſoris ſermonem c. 20. Quo judicio impulſus Creenius inter libros ſcriptorum optimos locum ei dedit, ipſa hæc adducens Barthii verba, in Exercitatione de libris ſcriptorum optimis & utiliſſimis p. 15. Lotichii de eo hæc eſt ſententia Biblioth. Poet. L. III. p. 63. „ de Romæ memorabilibus „ ad genuinum veterum Poetarum & Hiſtoricorum „ calculum vix alius aut doctius aut Fabricio iſthoc „ diligentius ſcripſit. Grævius vero in Prolegomenis ad T. VIII. Theſauri Fabricium multa non protrita obſervaſſe, ut ſemper iſte liber fuerit Viris elegantibus in deliciis teſtatur. b.) *Antiquitatum*

libros

libros obſervatos video Albino f. 364. Friſio f. 268. Teiſſierio p. 394. & Fabricio p. 28. Scripta eſt Epiſtola Dedicatoria ad Jo. Fichardum JCtum Francofurtanum a. 1549. ante quem annum jam a Blaſio Fabricio Argentorati editos fuiſſe colligo ex Epiſtola Eſromi Rudigeri ad Blaſium ſcripta a. 1549. & Arithmologiæ Camerarii præmiſſa. Ita enim ibi Rudigerus: Vidi nuper elaboratam in officina tua " συλλογὴν quandam diverſi generis monumentum " antiquitatis, confectam ut alia, amantibus erudi- " tionis & doctrinæ ſtudio atque diligentia Georgii " fratris tui. Id ſcriptum, ſi primum ex hac exit, " ut exiſtimo, (neque enim præterea vidi aliud) " etiam omen mihi placet, Antiquitates tuum pre- " lum primum imbuere, & te judico præclare fuiſſe " auſpicatum, ſed & tu is es, ut videaris aliquando " tuam officinam propriis elaborationibus inſtru- " cturus eſſe, & fratrem habes Georgium, qui id cum " ſumma laude ſua & literarum ornamento atque " ſalutari propagatione facere poſſit. " Cum vero in eadem Epiſtola alter modo dicatur annus agi, ex quo tranſierit Blaſius Argentoratum, ſine dubio apud Friſium ſphalma eſt, quando a. 1540. a Blaſio dicuntur editi, maxime cum & ipſe Georgius anno demum 43. ejus ſeculi ex Italia redux factus ſit. Teſtatur Friſius modo nominatus auctiores & correctiores Lipſiæ Valentinum Papam dediſſe Lipenius in Bibliotheca Lenti Philoſophica Argentoratenſem a. 1580. adducit f. 78. & a. 1587. Baſileenſis editio nova tertium duobus adjecit librum, quem ipſe Georgius ſine dubio erat additurus; ſiquidem ſupra

dictam ad Fichardum Epiſtolam ita finit: „Quantum vero ipſe in his ſimilibusque inquirendis & „ deſcribendis diligentiæ poſuerim, quantumque „ laboris exhauſerim, majoribus aliquando indiciis, „ ſi erit otium & Muſæ favebunt, declarabo. Sed iſtam non vidit Petr. Albinus editionem, cum in Chronico Miſenenſi f. 365. ita ſcribit: „Antiquitatum L. IV. quorum duo ultimi nondum impreſſi; „ ſunt autem miſſi Oporino a cujus hæredibus ad- „ huc detinentur, ut alia plura. Ut in antiquitatis Monumentis colligendis ita aſſiduus fuit Noſter: ita cum Melanchthone, Camerario, Sturmio auctor fuit Laurentio Schradero Halberſtadienſi, ut Inſcriptiones, quas per triennium in Italia collegerat, ederet in publicum, neque apud ſe privatim pateretur deliteſcere aut interire, quod in Dedicat. ad Jo. Adolphum Epiſcopum Lubecenſem ſuis Monumentorum Italiæ a Chriſtianis poſitorum Libris IV. Helmſtadii 1592. in fol. evulgatis præmiſſa teſtatur. Extat in Theſauro Græcarum Antiquitatum Gronovii T. VIII. f. 1693 de fabularum, ludorum, theatrorum, ſcenarum & ſcenicorum antiqua conſvetudine libellus, quem Clariſſimus Tenzelius Georgio Fabricio attribuit Catalogo Auctorum & Tractatuum qui in utroque Antiquitatum Theſauro comparent, quem Bibliothecæ Curioſæ inſeruit, & quidem Repoſit. II. p. 447, ſed ipſum evolvens theſaurum nec nomen Fabricii iſti libello vidi adſcriptum, & c. 5. quod de poſitione & conſtructione ſcenæ in theatro agit, iſta verba legi, f. 1706. pulpitum in ſcena, noſtri vocant eſchaffault, erroremque ſolertiſſimi alias Polyhiſtoris deprehendere

potui,

potuit, tribuentis viro in Miſnia nato commentationem, quæ Gallicum aliquem ſcriptorem habet, conf. hic Centuria Fabriciorum p. 30. ubi ſimiliter libellus iſte non noſtrum Fabricium ſed alium dicitur habere autorem.

XXVI. Jamque ad exquiſitum iſtud & peculiare quaſi noſtro devenimus ſtudium quod illi ſapientiæ contubernali Poeſi nunquam non impendit, afflatu quodam ad hanc raptus & vi magna inflammatus ingenii, ut in ea arte, quam impenſe colebat & venerabatur, omnem prope vitam ſuam conſumeret. Enimvero non delicatisſimis modo verſibus ipſe nobilitatus fuit vir μȣσικώτατὸς, *& mollisſima carminum dulcedine inter ætatis ejus præcipuos memorabilis ſed ſuis etiam gravis extitit auctor, ut has literas magnifacerent, quæ animis expoliendis ſunt inventæ, volverentque diligenter priſci ævi optimos quosque vates; ſed vero & manus ipſi admoventes operi verba numeris diſcerent adſtringere neque putarent hoc a ſapientiæ alienum dignitate.*

Quam

Quam venuſtus carminum conditor fuerit, loquuntur varii libri, quos in manibus tenemus & cum admiratione vividæ ipſius indolis lectitamus. Eſt Poëmatum *primo ſingularis collectio in Tomos diſtinctorum duos, in quibus* Odæ *continentur preces ad DEUM irarum cæleſtium veniam & nova beneficia expoſcentes; hymni deinde de hiſtoria & meditatione CHRISTI mortis atque de feſtis diebus in Eccleſia uſitatis*, Pæanes *Angelorum erga nos decantantes munera*, heroiκῶν liber, *in quo fides & gloria Patriarcharum, magnanimitas Ducum populi DEI, virtus Judicum, felicitas Regum celebratur*, Carminum libri, *in quibus Principum celſiſſimorum & Amicorum nuptiis applauditur. Sequuntur* Militiæ Sacræ *& in his elegiæ Iſraeliticæ Eccleſiæ viros præcipuos ornantes*; Victoriarum cœleſtium *inque iis triumphi Angelorum de piorum hoſtibus, qui in ſacro*

codice

codice leguntur, triumphi heroum veteris T. & triumphi hoſtiles ſive de pœnis impiis illatis, Amorum *filii DEI elegia*; Pietatis puerilis *libri ſ. preces ab ipſis fundendæ carmine elegiaco concluſæ, quos* Precationes *variæ ſeparato volumine & has* Triſtium *liber ſequitur, in quo verſus mortuorum memoriæ dati comparent.* a) *Deinde ſua etiam* Itinera *Fabricius verſibus expoſuit ſeorſim evulgatis. Romanum puta primum ad Antonium Carcheſium, quod Calend. Novembr. an. MDXLII. abſolvit, Neapolitanum inde ad Caſp. Nævium, cum XI. Calend. April. an. MDXLIII. veniſſet Neapolin, Romanum ſecundum ad Leonhardum Badehornium, cum VI. Calend. April. ejusdem anni rediiſſet Roma, Patavinum porro ad Valerium Cordum, cum Calend. Julii ejusd. anni Patavium remeaſſet neque Chemnicenſe etiam non ad VVolfgangum Meurerum in patriam Cal. Octobr. dicti modo anni re-*

reveƐtus atque Argentoratenſe demum ad Valentinum Grævium cum IV. Id. Octobr. a. MDXLIV. Argentoratum acceſſiſſet. b) *Tandem* Poëtarum *etiam* Germanorum Hiſtoricorumque *memoriam voluit conſervare, confecto uno de quolibet diſticho editisque illis peculiari libello, quorum qui Poetas deſcribit vero ipſius nomine inſignitur, alter Hiſtoricorum nomenclator Gerardum Fauſtium Confluentium in titulo circumfert.* c)

a) Fabricii Poemata memorant omnes, Albinus in Chronico Miſniæ f. 364. 365., Friſius in Bibliothecæ Geſnerianæ Epitome a ſe aucta f. 267. Teisſierius in Elogiis e Thuano excerptis p. m. 393. Fabricius in Centuria Fabriciorum p. 26. & Clarmundus in Vitis Clariſſimor. Viror. P. III. p. 161. ſed omnia & ſuo ordine, prout in nova editione continentur, unus Albinus. Sunt eorum tres in manibus meis editiones, omnes Oporinianæ a. 1552. in 8, ſed hæc nonniſi Odarum L. III. Hymnorum libros duos, & unum pietatis puerilis exhibens; deinde a. 1560. in 12. auctior multo, quam cum recentiſſima an. 1567. in 8. accurate hic lubet conferre. Hæc nimirum ex ultima auctoris recognitione D. Principi Electori Auguſto dedicatur, &

Odas

Odas habet principio ad Georgium Anhaltinum miſſas Principem & in minori quoque reperiundas p. 3. in quibus ſunt etiam Odæ Turcicæ, quas ſeorſim Islebiæ a. 1603. evulgatas tradit Excellentiſſimus Fabricius, quarum in Catalogo Teiſſieriano ſimiliter mentio fit. *Hymnorum* & quidem Paſſionalium quatuor & viginti jam a. 1551. Lipſiæ editum eſſe librum e Catalogo quodam didici. Editi deinde ſunt Libri II. Baſileæ a. 1553. & duos modo hos cum Teiſſierio Fabricius habet, ſed quatuor in minori Oporini editione p. 142. ſ. conjunguntur & in ſecuta hanc majori acceſſit quintus, quorum tres priores fratribus ſuis tribus Georgius, quartum & quintum Jo. Giganti Eccleſiæ Freiſtadianæ Præſidi ſacravit, ſed quinti jam dedicatio in minori editione deeſt. Sequuntur *Pæanum Libri III.* in minori editione non conſpicui, ſoli cum Albino Fabricio obſervati, qui Lipſiæ quoque in forma octava prodiiſſe ſcribit Jo. & Sigiſmundo Ducibus Mecklenburgicis carmine inſcriptos. *Heroικῶν libri* apud nullum, excepto Albino, mentio, neque locum etiam invenit hic in minori editione, ſed Pæanibus tamen Prudentii & Sedulii infra recenſendis ſubjunctus eſt ad Albertum Eblebium Nicolai filium a Jacobo Fabricio a. 1565. cum epiſtola transmiſſus. *Carminum libros duos* major habet editio, quibus ad Caſparem Nævium carmen dedicatorium præfigitur, ſed in Oporini minori p. 594. unus modo conſpicitur, qui a. 1551. ſeorſim quoque dicitur evulgatus. Continentur hic Carmina Nuptialia variis ſcripta, quorum, cum poſt editionem priorem quam minorem toties dico, plura pangeret Georgius

gius, in nova hac editione in duos libros diſtincta ſunt. Reperio tamen in minori editione p. 568. peculiarem Epithalamiorum librum, in quo tribus Georgius amicis, Leonhardo Badehornio, Wolfgango Meurero, Jo. Chentmannio applaudit, quem in majori fruſtra quæſiveris, ſed Albinus tamen reliquis etiam Poematibus adjungit Jo. Nævii nuncupatum nomini, Friſius vero a Papa Lipſiæ an. 1549. & a. 1551. chartis quatuor excuſum teſtatur & cum Friſio Fabricius. De *Militia ſacra*, cum qua T. II. inchoatur, ſolus Albinus tradit, quæ Jo. Alberto Duci Mecklenburgico dedicata in minori editione p. 356. invenitur. *Victoriarum cæleſtium* titulum apud Albinum, Friſium, Teiſſierium, Fabricium lego, quæ comparent in minori editione p. 444. & in T. III. Poetarum Germanicorum p. 48. ſed in tres non diſtinctæ libros ut in majori, in Jo. Tettelbachii nomine comparentes. Excipit has *Amorum filii DEI* liber carmine commendatus Jo. Nævio, quem, quod Albinus ſcribit, ſecundus ſubſequi debuit, nunquam impreſſus niſi quod tamen Elegiæ quinque novæ hic non reperiundæ Nath. Chytræi Imaginum & Meditationum ſacrarum Libris tribus Roſtochii a. 1573. in 8 editis ſunt additæ, *Pietatis Puerilis L, III.* in majori editione, in minori p. 259. nonniſi duo adſunt, ſicut a. 1552. unus modo impreſſus eſt. Hic obſervo editiones iſtas minorem a. 1560. & majorem a. 1567. hic multum diſcrepare a ſe invicem: Nam qui liber in minori editione primus eſt, in majori eſt ſecundus, & qui in minori eſt ſecundus, in majori primum locum occupat. Deinde Tettelbachii filio Eliæ in minori edi-

editione primus; idem vero ipſe, in majori editione ſecundus, ipſi Patri Jo. Tettelbachio inſcribitur, iisdem tantum non verbis, niſi quod ſub finem mutatio facta eſt. Porro, qui liber ſecundus in minori Meureri filio Wolfgango, is in majori primus ipſi Patri ſacratur, magis mutata dedicatione, quæ faciunt ut credam, filios iſtos duos mortuos fuiſſe jam & turbato naturæ ordine ante ſuum quemque Patrem, cum altera auctior prodiret editio. Sunt denique non eadem ubique in utraque editione carmina, ſiquidem L. I. editionis minoris p. 280. ſ puer decurio aliquoties orans exhibetur, quæ carmina majori editioni non adſunt; in hac vero L. I. p. 237. ſ. conſpiciuntur argumenta Evangelicæ & Apoſtolicæ lectionis feſtis diebus in Eccleſia uſitatæ, brevibus diſtichis comprehenſa, quæ in minori vano ſtudio quæſiveris, reperias tamen Adami Siberi Enchiridio Pietatis puerilis a. 1578. edito p. 409. annexa. *Precationum liber* ad Chriſtophorum Leuſchnerum Medicum pertinet & in minori editione p. 526. adjungitur, ſed iterum hæ differunt ambæ. Nam in majori p. 352. ad calcem libri leguntur preces puerorum ad menſam, non item in minori, ubi hymni quidam ſerius ad typographum miſſi p. 564. iſtarum loco ponuntur. Ultimus *tumulorum* qui dicitur *liber* Jo. Gœbelii Medici nomen præſcriptum habet. Hæc de Poematibus Georgii Noſtri, quorum duas editiones conferre inter ſe ſic placuit. De Hymnis ſeorſim nunc aliquid monendum, quod Heptalogus ſive de Chriſti in cruce pendentis VII. verbis Hymni Lipſiæ a. 1553 & in 8. editi & Eraſmo Sarcerio Paſtori ad D. Thomæ apud Lipſienſes nun-

N cupati

cupati ſint, itemque quod Hymni XXIV. de hiſtoria & meditatione mortis Christi, qui primum librum in majori editione p. 145. abſolvunt, Lipſiæ a. 15;2. in 8. exierint, aucti in fine piorum aliquot Virorum precationibus. Poſſideo Magdeburgæ a. 1567. in 8. evulgatam hymnorum quandam collectionem quos Godeſchalcus Prætorius & Martinus Agricola Muſicus Magdeburgenſis Melodiis ſuis inſtruxerant. Conjunguntur in ea cum Ambroſii, Sedulii Prudentii, Jo. Sauromanni, Eobani Heſſi hymnis Fabriciani etiam non pauci, ſicut & Prætorius, mortuo jam Agricola, cujus tumulum Noſter verſibus ornavit legendis Poemat. P. II. p. 387. Fabricio ipſos inſcripſit ita tradens in Epiſtola Magdeb. a. 1556. Calend. Julii ſcripta: „Eos tuo nomini Fa-„brici, Martinus inſcripſit. Nam gratus eſſe tibi „volebat in eo, quod Hymnorum tuorum a te mu-„nere fuiſſet ornatus. Deinde cum admonitus a te „de tuorum Hymnorum Melodiis fuiſſet, judicabat, „his quaſi præludiis primum omnium ad te venien-„dum, quæ novæ deinceps deliberationes ſequi poſ-„ſent. Quia vero ſublatus is eſt, ex rebus humanis „& res ipſæ novum conſilium requirunt, mihi partes „has ſumſi, ut, quod ipſe cœpit, ego expedirem. „Nam quid obeſt, cur non in ejus veſtigia ſuccedam? „Cum voluerit ipſe tui nominis titulo circumferri, „cur patiar ad alios transferri? Imo vero, cum mea „potiſſimum voce fuerit in eam ſententiam pertra-„ctus, crederem ne ipſi quidem mihi ſatisfieri, ſi „ſedibus incertis huc illuc vagari Melodiæ deberent. Imo & Gothani Gymnaſii Rector Celeberr. Gothfridus Vockerodus cum pia deſideria Hermanni Hugonis

gonis denuo evulgaret a. 1707. iisdem, ut aliorum Poetarum nonnulla carmina ita & p. 202. Natalitiorum Elegiam III. adpoſuit, prout diu ante Michael Hempelius Freibergenſis Gymnaſii Rector Heptalogum JESU in cruce pendentis ſive expoſitionem hymni notiſſimi: *Da JEſus an dem Creuze ſtund*, Lipſiæ a. 1597. evulgans, hymnos Fabricii, quibus eas Servatoris preces eſt complexus, inſeruit ac ſingulis colis atque verbis adjunxit. Deinde Precationes piæ ab Illuſtr. Principe ac Domino Dn. Frider. Wilhelmo Duce Saxoniæ collectæ ac uſurpatæ, & a Jo. Wanckelio Lipſiæ a. 1619. in forma 16. publicatæ, mei factæ ſunt juris, in quibus p. 244. ſſ. Fabricii quidam habentur hymni rythmis Germanicis ejusdem Wanckelii ſtudio expreſſi, imo habentur quoque Thomæ Pitſchii Scholæ Dreſdenſis Collegæ hymni Fabriciani XII. de Domino noſtro Jesu Christo, IX. alii noſtri ad S. Trinitatem, iterumque alii de uſitatis Eccleſiæ diebus feſtis, & de variis anni atque dierum temporibus in linguæ Germanicæ rythmos translati & Dreſdæ a. 1600. in 8. excuſi. Hi viri, ut ſuam ita operam transferendis Fabricii hymnis præſtiterunt: ita Michael Hempelius Canticum quoddam quod Noſter liberis ſuis panxerat: *Unſer Vater im Himmelein Verſorg die lieben Kinderlein* Latino carmine reddidit legendum in Hempelii Pſalmodiar. L. II. p. 131. Vitebergæ editarum a. 1578. Satis hæc de Poematibus, niſi quod illud tandem adjiciendum, ſcripſiſſe teſtibus Friſio, Teiſſierio, Fabricio alia adhuc Noſtrum, quæ in Collectione noſtra non ſunt obvia, puta Conſolationem ad Valentinum Grævium (male Teiſſierius

Gratianum) de morte Helenæ uxoris, quam Papa a. 1550. Lipſiæ impreſſit, Elegiam ad Philippum Melanchthonem de infante, qui quarto ante partum die ploravit in utero a 1551., & Precationem ad Spiritum S excuſam Lipſiæ & Vitebergæ. b) Nunc ad *Itinerum librum* devenio, quem ſuis Catalogis appoſuerunt Albinus, Friſius, Teiſſierius, Fabricius. Eſt mihi editio Oporini a. 1560. in 8. Friſius vero Valentinum Papam jam Lipſiæ a. 1547. & Oporinum quadriennio poſt eadem refert excudiſſe & extare conſpicitur T. III. Poetar. German. p. 1. Extant vero omnia in Hodœporicorum Nicol. Reuſneri libris ſive collectione itinerum carmine deſcriptorum, quæ a. 1580. lucem aſpexit publicam & iter quidem Romanum primum L. III. p. 200. iter Neapolitanum p. 207. Romanum ſecundum p. 212. Patavinum p. 224. iter Chemnicenſe ex Italia L. IV. p. 315. iter Argentoratenſe L. VI. p. 446. confecta omnia exquiſito verſu Hexametro quod Olai Borrichii judicium eſt in libro de Poetis p. 129. Polyhiſtori laudatum Hamburgenſi Celeberrimo Fabricio. c) Tandem de *Germanis* etiam *Poetis Hiſtoricisque* ſubjiciendum hoc, prodiiſſe eos jam anno ineunte 1546. in forma quarta Jo. Schotti Argentoratenſis cura, Poetas quidem ſub Georgii Fabricii; Hiſtoricos ſub Gerardi Fauſti Confluentini nomine; denuo vero evulgaſſe eosdem Ambroſium Fritſchium Gœrlicii a. 1573. auxiſſe aliis diſtichis hinc inde appoſitis & aſteriſcis notatis, tum & Matth. Gribaldi peculiaribus de JCtis & Jo. Bartholomæi Svidnicienſis de Medicis verſibus, qui bene monet, confictum eſſe iſtud Gerardi Fauſti Confluentini

entini nomen, & ſine dubio Georgium Fabricium Chemnicenſem indicare, qui evocatus eo anno Argentorato ad Confluentiam Albis & Miſſæ rivuli ludum illuſtrem cœpit gubernare conf. Vincent. Placcius in Theatro Pſeudonymorum n. 1032. ubi Petr. Albinum in Vita Sabini & Chr. Daumium in Epiſtol. ad Reineſ. Pſeudonymum hunc ita etiam detexiſſe ſcribitur. Quæ cauſa fuerit, cur fictum hic nomen aſſumſerit Georgius, qui nullibi alias ſuum ſolet disſimulare, non improbanda conjectura ſemet aſſequi poſſe ratus eſt Celeberrimus Schlegelius, quam ita ad me perſcripſit: Arnſtad. die VI. Octob. a 1705. "Neſcio plane, cur id non fecerit in deſcriptione "Poetarum & potius ſub Gerhardi Fauſti Confluentini latere voluerit appellatione, niſi quod effugere voluit forte maleſanorum judicia de inſtituto iſto ſuo, Poetæ nomen juvenibus etiam nonnullis, certe non in hac arte admodum celebribus quibusdam fuiſſe datum carpentium. Sane favorem nonnullorum iſto ſcripto captare voluiſſe crederem, anno primo, quo ad munus ſuum promotus fuit, edito, ſiquidem & ita in Præfatione loquitur: Quamobrem, ut quaſi calcar adoleſcentibus adderem, cum propter rem ipſam, quæ dulcisſima honeſtisſimaque eſt, tum ob patriæ laudem atque gloriam hunc libellum feci, neminemque eorum, quod ſciam, qui aliquando voluntatem in hoc ſtudio voluerunt ſignificare, ſuo honore fraudare volui." Illud vero obſervari adhuc debet, præter memorata, ejusdem Fabricii hic legi quoque de tribus Gratiis, tribus virtutibus Chriſtianis, claris Muſicis, VII. Græciæ ſapientibus &

 qua-

quatuor hominis ætatibus diſticha, inſuperque Antonii Vicedomini decem Sibyllas, Antonii Curcherii Claros aliquot Imperatores & Chriſtoph. Manlii Heroum aliquot Iconas, qui ſimiliter omnes ſingulorum virtutes ſingulis diſtichis celebrarunt. Non erit incongruum annotare hoc loco, quod Georgius noſter eorum Elogiorum auctor ſit, quibus ſplendidum iſtud monumentum D. Electoris Mauricii in Mauſoleo Saxonicorum Principum Freibergenſi ornatum fuiſſe reperimus. Subindicat illud Moller. in Chronic. Fribergenſi P. I. p. 63. & Elogia omnia deſcribit. Eſt vero in manibus meis Epiſtola Noſtri ad Ulricum Mordiſium d. VII. Julii a. 1562. miſſa, ex qua licet perſpicere, quod de ornamentis iſtis cum hoc ſummo viro accurate egerit. Verba Epiſtolæ hæc ſunt: „In Elogiis brevitas delectat; „ideo hæc collegi capita, quibus facta Mauricii con„tinentur, literis pene ſingulis numeratis. Quia „autem otioſi nunc ſunt ſtatuarii, poſſunt, quæ tibi „ex his videntur, interea in chartis delineari, ut ſive „hæc retinenda ſint, ſive amplianda, mihi de tuo „judicio facilior ſit labor & emendatio. Sed nec ſilentio prætereundum, aliquando etiam, quanquam rarius ſine dubio, vernaculos verſus fudiſſe Fabricium, non venuſtam æque ſpirantes tamen veniam, & ex genio eorum temporum æſtimandos. Supra hymni cujusdam, quem liberis ſuis fecit, facta eſt mentio. Hic apponam Inſcriptionem tumuli Hugonis de Maxen, quem diſcipulum melioris notæ a. 1569. extulerat e ſuis ædibus, legendam ſub finem Concionis funebris a Jacobo Lechnero Paſtore habitæ Afrano & Gorlicii eod. an. typis impreſſæ:

Haug

Haug *von Maxen in dieſer Welt*
Wie eine ſchöne Bluhme hinfällt;
Da er ſeines Todes Stündlein ſach
Zu Chriſt den Herrn ſich vvend und ſprach:
Dein Güt iſt gröſſer denn mein Sünd,
Durch dein Bluth HERR ich übervvind,
An dich gläub ich, auf dich ſterb ich,
Herr Chriſt dein Leiden ſteht vor mich.
Haug *im Leben ein Gottes-Kind*
Im Himmel nun ſeine Ruhe ſind.
Dieſe Schrift habn ihm geſezet neu
Sein Mutter und drey Brüder treu.

Obiit an. ætatis XVIII. M. IIII. D. XXII. H. IX.

Ego ſum VIA, VERITAS & VITA.

Des edlen Königs von Dennemarck
Die lezte Rede vernimm an arg
Fehln kan ich nicht das iſt gevviß,
Denn Chriſt mein Weg zum Himmel iſt.
Ich kan auch nicht verführet vverden,
Denn Chriſt die Wahrheit bleibt auf Erden,
Der Tod mich nicht aufraffen kan,
Durch Chriſt das Leben muß ich han.

XXVII. Jam ad libros aliorum priſci cumprimis ævi Scriptorum celeberrimorum; ætatis vero mediæ etiam recentiorisque devenimus, in quibus vel illuſtrandis, vel erudito communicandis orbi, & ab interitu vindicandis nervos

ſuos contendit Fabricius, conatu hoc laudando magis celebrandoque quo præclarius de literaria reviſi ſunt mereri ſemper, per quos ex antiquitatis monumentis magno expolitis ſtudio tantum utilitatis ad cupidos ſcientiarum animos perlatum eſt. Cum vero, quod paulo ante ſcripſi, indolis quodam impetu ſingulari ad ligati ſermonis amorem ductus fuerit, atque effingere ſua carmina ad imitationem præſtantisſimorum Poetarum quæſiverit ſolerter, neque in effingendo felici deſtitutus ſit ſucceſſu, nos quidem primo loco Auguſtæi ævi Principes Vates jure hic producimus, quibus ornandis ſuam varia ratione impendit operam. Dedit Commentarios *nimirum illuſtres* Servii Honorati & Tiberii Donati in VIRGILIUM *atque nos quidem paucis alibi; nullis vero plane in Germania tum adhuc cognitis, qui aliorum deinde & ipſius quoque Georgii annotationibus in editionibus itera-*

iteratis aucti ſunt: ſicut & in minoris formæ exemplis ejus comparent annotationes. a) HORATIUM *autem* Acronis & Porphyrionis Commentariis *conſpicuum ejusdem habemus etiam beneficio, quem illuſtratum argumentis & caſtigationibus ſuis paulo ante mortem inſuper vulgavit.* b) *Id eſt dolendum vehementer, quod, quicquid* in OVIDIUM *animadverſionum conſcripſerat, in plurium delatum manus ad ſuum non redierit dominum ſic ut pauca iſtarum* λείψανα *hodienum ægre reperiantur.* c)

a) *Commentarios in Virgilium* Albinus in Chronico Miſenenſi f. 365. Friſius in Biblioth. Geſneriana f. 268. Fabricius in Centuria Fabriciorum p. 30. Annotationes vero & Caſtigationes ſeparatim Albinus d. l. Teiſſierius in Addit. ad Elogia Thuan. p. 394. Fabricius d. l. & Clarmundus in Vitis P. III. p. 161. laudant. Commentarios poſt Jo. Pontani mortem, in cujus latuerant Bibliotheca a Neapolitanis jam ſcribit editos ſed mendis ita repletos, ut & editi & non editi viderentur, curaſſe itaque ſemet quantum induſtria & ſtudio effici poterat, ut ex horrido cultus & ex tenebris cum quodam ſplendore in lucem redirent, in Dedicat. eorum ad Va-

lent. Grævium Senatorem Fribergenſem an. 1547. ſcripta. Prodierunt illi Commentarii Baſileæ ex officina Sebaſtiani Heinrici Petri a. 1551. auctiusque deinde ibid. a. 1561. & a. 1575. & 1586. Siquidem Probi cujusdem Grammatici in Bucolica & Georgica additi fuerunt Commentarii, inſuperque notæ recentiorum Pomponii Sabini, Philipp. Beroaldi, Jo. Hartungi, Jodoci Willichii Bonfinis, Jo. Ludov. Vivis &c. imo ipſius etiam Georgii Fabricii Obſervationes Lectionis Virgilianæ acceſſerunt, legendæ in ultima jam nominatarum editionum f. 2146. ſeorſim poſitæ poſt Jo. Hartungi annotationes vid. de prima illa, quam in Bibliotheca ſcholæ noſtræ adſervamus, & de auctis deinde editionibus Fabricius in Bibliotheca L. I. 12. p. 209. qui p. 210. novam Ludovico Lucio an. 1613. curatam reliquis etiam adjungit. Præmittitur in illa noſtra editione Index auctorum, quibus in Virgilium Servius utitur. Vita deinde Virgilii per Donatum, ipſius Fabricii de excellentia Poetarum apud Latinos ad Martinum Piſonem Carmen Diodemis Servii Probi Grammatici, Julii Pomponii Sabini de carmine Bucolico enarrationes &c. Subjiciuntur Indices rerum & verborum in Servii Commentariis comprehenſorum aliusque eorum, quæ in Donati Commentariis obveniunt, quorum illum Hiobum Magdeburgum confeciſſe Friſius autor eſt in Biblioth. f. 268. hunc Fabricio ipſe titulus attribuit, qui ſine dubio novum eundemque ultimum Proverbialium ſententiarum Virgilii adjecit, quem auctiorem vero multò ſub titulo Adagiorum apud Virgilium Centuriæ VII. a Georgio Fabricio collectæ, reperio in editione Virgilii

Fran-

Francof. ad Mœnum ex officina hæredum Chriſtiani Egenolphi 1577. in 8. Dum illam Commentariorum Donati editionem parabat Noſter, a Venetis eosdem editum iri audierat, & ea de re ad Meurerum inde ſcribit Miſenæ Calend. Decembr. a. 1548. Commentarii Donati in Virgilium, in quibus" emendandis multum operæ & ſtudii poſueram," editi ſunt a Venetis cum aliis quibusdam, ſed quæ" ſolet eſſe illorum hominum diligentia, non impe-" dient, credo, editionem meam; forte Juntas ex-" cuderit, qui reliquis ſolet eſſe melior." Iisdem Neapoli ſemet compotem factum ad avunculum ſuum in Germanica Epiſtola Argentorati exarata docet. Quod minorem *editionem Virgilii* attinet, Friſius in ſua Bibliotheca d. f. ita ſcribit: Virgilii" opera majora ab eodem correcta cum annotatiun-" culis lectionis emendatæ excudit Valentinus Papa" Lipſiæ a. Domini 1551. & caſtigationes in eundem" Poetam Richelius edidit." Ejusdem meminit Fabricius & caſtigationes iſtas a. 1591. Lipſiæ quoque exiiſſe refert in Bibliotheca Lat. p. 214. & in Centuria Fabricii p. 30. quin & in Bibliotheca Virgilium a Pulmanno correctum, una cum Pauli Manutii notis ad Homeri loca, quæ Virgilius imitatus eſt & G. Fabricii obſervationibus Antw. 1566. 1580. apud Plantin. & Lugdun. Batavor. 1596. ap. Rapheleng. in 8. exiiſſe tradit. His addi debent illæ, quas Cygnea in Bibliotheca aſſervari humaniſſime me docuit celeberrimus ſcholæ iſtius Rector fautorque & amicus æſtimatiſſimus Dn. M. Georgius Andr. Vinhold. Lipſienſis a. 1556. & alia Lipſienſis ex accurata Noſtri recognitione a. 1557. duobus Tomis in for-

forma octava. Adhæc citantur in Draudii Bibliotheca Claſſica p. 1603. editiones Antverpienſes apud Plantinum 1568. & alia 1572. cum Manlii Annotationibus & G. Fabricii Obſerv. inſuperque alia 1605. Lipſ. apud Vögelinum cum Annotat. Manutii & Obſervat. Fabricii. Eſt etiam editio Poematum Virgilii Francof. a. 1577. in 8. cui duplex ſubjicitur index, & in I. Centuriæ VII. Adagiorum apud Virgilium a Fabricio collectorum. A me uſurpata eſt editio Lipſienſis per Hæredes Valentini Papæ, a. 1568 in qua emendata omnia multo, quam antea, accuratius ſtudio dicuntur G. Fabricii. Præmiſſa illi eſt Joach. Camerarii Epiſtola ad Fabricium, in qua hæc conſideranda ſunt potiſſimum verba: „Quod attinet ad Annotatiunculas, quæ ſunt additæ, dedit „quidem in his conſcribendis diligentem nobis at„que ſedulam operam Philippus Becchius, juvenis „admodum ſtudioſus bonarum artium: ſed vides „initia conatuum, quos utinam tibi perficere vel „potius tuis explicationibus commutare libeat. „Valde enim optarim breves, & ut ita dicam pueri„les, hoc eſt, maxime fructuoſas ſtudio puerili, „præcipuarum rerum indicationes & locorum ex„plicationes ad hunc autorem adjungi. Quod a „nemine melius neque rectius quam a te fieri poſſe „certo ſcio. Mitto igitur ad te & tuam ſcholam, „hanc noſtram editionis Virgilianæ opellam, Teque „mirifice oro, ut retextam aliquando remittas, ut „denuo de tuo judicio edantur & auctiora atque „pleniora, perfectioraque ac præclariora omnia in „manus diſcipulorum bonarum literarum perve„niant. Nullus Epiſtolæ VII. Calend. Octobr.

ſcriptæ

ſcriptæ apponitur annus, ſed cum Matthiam Hiobum & Laurentium, Fabricii Collegas, ſalutari velit Camerarius, Matthias vero Dabercuſius jam a. 1553. Sverinum demigraverit, ante illum annum ſcripta ſit, oportet, cumque retexi velit Camerarius, quod miſerat, in eam deducor opinionem locum huic dediſſe noſtrum, & priorem illam ita ſub examen vocatam curaſſe evulgari, in qua γνησίοις illis Maronis Carminibus alia ſubjiciuntur, Culex, Diræ ad Battarum Moretum, Cyris, Ætna, Copa &c. &c. ornata Epiſtola Georgii noſtri ad Camerarium miſſa & in ludo illuſtri VIII. Calend. Februar. a 1551. ſcripta, in qua, ut maxime emendata exirent Virgilii opera, quanta diligentia & cura potuerit eo tempore ſe ſcribit elaboraſſe, ea ſubjiciens verba, quæ digna arbitror lectu: Priapeia ut eruditis auribus" indigna & pernicioſa moribus bonis & adverſa pu-" dori ac honeſtati, tecum plane abjicio, relegoque" ad leves & improbos & molles iſtos, quibus nihil" falſum elegansve videatur, niſi illiberale & laſci-" vum & pruriens." Ita ergo teneo: Camerarius uſus Fabricianis Codicibus, primum Virgilium edidit, eundem rogatus deinde a. 1551. retexuit eſtque quam teneo iterata hæc editio, Camerarii ad Fabricium, & Fabricii ad Camerarium Epiſtolam continens, quæ in quibus locis a priori, modo memorata, differat, videri nondum potui. Fuit ad manum etiam Georg. Berſmanni editio, cui nullus plane annus adſcribitur (Fabricius in Biblioth Latina p. 214. Berſmannianas alias adducit a Lipſienſ. 1581. Serveſtanam a. 1586. Lipſienſ. an. 1596. & 1616.) in cujus fine p. 734. ſ. Variæ Lectiones ex antiquorum Gram-

Grammaticorum & librorum obſervatione congeſtæ inveniuntur a Georgio Fabricio. Scripſeram hæc diu, cum incidi in Epiſtolam Noſtri ad Mordeiſenium exaratam VIII. Calend. Junii a. 1557. quam e Bibliotheca Schubarthiana habeo. In illa per Mordeiſenium Auguſto Electori ſuum Virgilium vult offerri, ita ſcribens: „Ante biennium eundem „laborem ſuſcepi in Operibus Virgilii corrigendis, „cum eodem tempore ejusdem Poetæ interpretes „integros ad editionem pararem: nam Donati tan„tum extabat epitome, eaque corruptiſſima. In„ſcripſi igitur & hunc Autorem Duci noſtro Illuſtr. „Quanquam autem Clementia & liberalitas ipſius „in dandis ſocero meo nuptiarum ſumtibus me an„tevertit, tamen judicavi rectum eſſe, ut Ipſius Cel„ſitudini obſervantiæ meæ exemplar afferretur. Id „quod per neminem fieri commodius poteſt, quam „per Te, cujus & autoritas magna & humanitas ma„xima. Quare ut hoc libenter ſuſcipias munus pro „Tuo in me favore perpetuo etiam atque etiam rogo „atque oro. Faciunt hæc verba, ut, dum fluctuo in ordinandis Virgilii iſtis minoribus editionibus & plures memorari video, eo ipſo anno etiam, quo uxorem duxit Noſter, quandam curatam eſſe autumem. b) Quod *Horatium* attinet, binis vicibus eidem ornando ſuum Fabricius addixit ſtudium. Nam cum Acronis & Porphyronis primum typis commiſit illum Commentariis, quibus C. Æmilii, Julii Modeſti & Terentii Scauri adjunctæ ſunt annotationes Baſil. apud Henr. Petri a. 1555. in fol. Horum Commentariorum indicium debeo Fabricio in Centuria Fabric. p. 30. & in Biblioth. Latina L. I.

c. 13.

c. 13 p 238. Helenius Acro nominatur in Friſiana etiam, ſed emendatior edendus f. 268. Inſcribuntur iſti Commentari Conſulibus & Senatoribus Annæbergenſibus, ubi duobus Codicibus MSCtis, Wertheri alterius, alterius a Principio Anhaltino Georgio ad ſe mentionem injicit miſſi, & utroque ſemet egregie teſtatur fuiſſe adjutum. De hoc ſuo labore ita ad Meurerum ſcribit die 1. Angelor. a. 1553. Ego jam manus admovebo Helenio Acroni Horatii interpreti antiquo. in quo ope vetuſti codicis plus triplo præſtabo, quam in Virgilii interpretibus eſt factum " In Epiſtola vero ad Jo. Krokau a. 1566. exarata ſub finem Origin. Saxonic. f. 885. legenda, novam videtur moliri voluiſſe editionem. Ita enim ibi: Ex codice Anhaltini Principis ante annos undecim auxi & emendavi Acronis Helenii Commentarios; ſed typographus, qui correctionem non habuit, valde corrupit operam meam: ſpero denuo excuſum iri. " Illam in his interpretibus emendandis induſtriam venuſto Epigrammate Adamus Siberus decoravit, quod Poemat. P. I. L. II. Epigr p. 564. ita legitur:

Horatianos nuper hieme barbara
Interpretes gravedo frigida & mala
Quaſſarat adeo tuſſis, obtuſas ſcholis
Audire nemo poſſet ut legentium
Voces; at expulere poſtquam pectore
Tuſſim, ut loquuntur expedite! raucitas
Ut omnis abiit! ocymo hoc debent tuo
Debent & urticæ, recuraſti quibus
Eos, Georgi, quæ tibi grex Muſicus
Grates agit pro cura agetque, barbitos

Hora-

Horatii donec ſonabit aurea
Satyraque mores carpet arguta improbos.

Porro minori forma Horatium quoque typis imprimi curavit Noſter, eundemque argumentis & caſtigationibus avitum publicis uſibus ſacravit. Nulli eorum, quos teſtes laborum ipſius adduco, hic novus fœcundi ingenii fœtus fatetur. Albinus annotationes ad hunc Poetam ſub prelo fuiſſe ſcribit, cum moreretur idem, de quibus nihil reperio amplius. Clarmundus Caſtigationes iſtas ferri poſſe quodammodo pronunciat, qua judicandi ἀκριβεία, non diſquiro. Hunc laborem ſuum Jo. a Krokau ſimiliter notum fecit, ita in Epiſtola ſupra dicta ſcribens: „In Horatii Odas abſolvi duplicem Commentari„um, alterum verborum, alterum rerum, & eum „Poetam edam cum Caſtigationibus, quo non ex„tat melior poſt Virgilium. Expecto codicem ve„terem ex Oſnabrugo Saxoniæ, & habeo præcla„rum, quo me Georgius Anhaltinus donavit. Dedicatio operis ſcripta eſt ad Julium Ducem Brunſvigium & Luneburgicum VI. Idus Octobr. a. 1570. cui ad Jo. Sturmium de Argumento Poematum Venuſini Vatis vario carmen præmittitur. Ex ea Dedicatione magnam partem de Poetæ hujus præſtantia in ſuam de arte Poetica editionem transtulit Guilielmus Xylander, addiditque integrum ad Jo. Sturmium carmen, quem ejus Commentarium quantumvis non integrum filius Oneſimus Xylander poſt Patris obitum Heidelb. a. 1576. publicæ luci donavit. Argumentis & Caſtigationibus ſeorſim ſub finem poſitis ad Chriſtoph. a Schleiniz Ronnebergi Dominum Allocutio præfigitur. Ceterum editiones adducuntur

cuntur in Centuria Fabriciorum Lipſienſes an. 1571. 1578. 1588. 1605. in 8. cum qua Biblioth. Latina L. I. c. 13. p. 241. conferenda eſt, memoratque aliud adhuc Cygneæ Bibliothecæ κειμήλιον Rector ſcholæ ejus Doctiſſimus Dn Vinholdus Lipſiæ an. 1575. evulgatam, imo & alia uſurpata mihi eſt Lipſienſis a. 1585. Illud hic annotari etiam poteſt, quod idem Fabricius Horatiani de arte Poetica carminis ſenſum certis veluti quibusdam incluſerit lemmatibus, quæ ſub Catholicorum, quorum L. IV. ſunt, nomenclatione ſub finem L. VI. de re Poetica leguntur p. 746. c) In *Ovidio* perpurgando & explanandis ipſius ſenſibus ſimiliter deſudaverat Noſter, ſed amiſiſſe illum caſtigationes & aliquoties de eo queſtum fuiſſe, non Albinus modo ſcribit in Chronico f. 366. ſed ipſe etiam in præfat. Libror. IV. de Ponto: Scripſeram" autem caſtigationes copioſiores in Metamorpho-" ſin, Faſtos, Heroides, Artes & Remedia e pluribus" exemplaribus, ſed cum eas darem amicis inſpicien-" das, factum tandem eſt, ut is liber in manus meas" non redierit, qua jactura ſane doleo, non tam mea " cauſa, quam quod hominibus ſtudioſis erepta ſit" aliqua commoditas, ſi mei labores cum iis eſſent" communicati." Nimirum quatuor illi de Ponto libri e duobus Manuſcriptis codicibus caſtigati ſunt in manibus noſtris editi Lipſiæ 1613. in quibus tamen notarum aut Emendationum nihil, ſed nudus carminum textus reperitur, Alloquio ornatis ad Lectorem, ſed ſine anni & diei annotatione ſcripto. Reliqua quod amiſſa fuerint, hoc magis eſt dolendum, quo certius perſvademur, illum multorum annorum laborem, in enucleando venuſtiſſimo Poeta,

 nonniſi

nonniſi exactiſſimum fuiſſe. Enimvero jam a. 1538. illum ſibi ſumſerat corrigendum ſcribitque ad Meurerum ſuum Chemnitii 3. Id. Maji ejus anni hunc in modum: „Mitto locos, quos in Ovidio obſervavi. „Eos ut diligenter percurras & examines abs te peto, „utque tuum judicium, quod ego ſemper feci plurimi, audacter ſignifices tanto, quanto maximo „poſſum, ſtudio te oro. Videbuntur quædam „temere caſtigata, quæ tamen ſi attentis oculis, collatis præcedentibus & ſequentibus, inſpexeris, non „tam libere, quam vere annotata invenies. Nihil „tamen obſtinate a tui ſimilibus admonitus defendere in animo eſt, præſertim cum ipſe mihi diffidam „nondum confirmato ſatis tum ætate tum eruditione judicio meo. Pleraque ſunt, in quibus etiam „doctiſſimus quisque hærere aut certe ſubdubitare „poſſit. Idcirco multa timide notavi tantum; nam „in paucis & nonniſi exploratis pene judicavi. Si „conatus mei nimis audaces *καὶ νεανικοὶ* videbuntur, illud tibi perſuadeas, mi Wolffgange, velim, „me in honeſtis rebus nugari & errare malle, quam „cum otioſis iſtis intempeſtivis conviviis aut nocturnis poculis & rem & tempus una cum ætatis „flore perdere. Librum ipſum, quamprimum „commodum eſt, remitte, nec in alienas manus rem „tibi creditam venire ſine. Queritur de jactura illa Berſmannus etiam ita in Dedicat. T. III. Opp. Ovidii ad Hieronymum a Kanitz his verbis: „Quæ „(Poemata) doctrinæ eruditæ copia facultateque „eximia prædito (quem debiti honoris & gratæ acceptorum ab eo beneficiorum memoriæ cauſa nominandum mihi duxi) Georgio Fabricio usque

adeo

adeo arriſiſſe ſcimus, ut caſtigationes in illa eruditas"
ſcribere non detrectaverit: licet vix minima earun-"
dem pars atque eæ duntaxat, quas in Ponticas Ele-"
gias edidit, ad nos pervenerint. Quodſi reliquæ"
ab amicis, quibus, qua erat Noſter facilitate & hu-"
manitate, inſpiciendas dederat, non eſſent ſup-"
preſſæ & nos hoc animadverſionum noſtrarum"
labore ſuperſedere recte potuiſſemus, & ad inge-"
nioſiſſimi Poetæ ſtudioſos non paulo ex illis uberi-"
or quam ex noſtris, redundaſſet utilitas. Etſi au-"
tem minime me fugiebat harum notationum tenui-"
tas, tamen cum Fabricianarum elegantia & com-"
moditate, neſcio quo invidente, adoleſcentibus"
carendum eſſe viderem, ſatius eſſe duxi, quales-"
cunque etiam quam nullas extare." Quæ ſcholia
ipſius in Ovidium Teiſſierius p. 394. intelligat, non
video, neque extare arbitror ullibi, niſi quod tamen
in Georgii Berſmanni Ovidianorum carminum edi-
tione, quam dixi, quæ Lipſiæ typis Vögelinianis an.
1607. in 8. lucem vidit, (& viderat a. 1596. primum
etiam) ſub finem P. I. p. 420. G. Fabricii in Nucem
Ovidii Emendationes comparent, in quibus paucis
admodum Manuſcripti codicis, quem a fratre Blaſio
acceperat e Trebocis, mentionem facit, & in eadem
T. III. p. 131. ubi Manuſcripti alterius, quo ple-
rumque nitatur, Patavii quod nactus erat, laudat
antiquitatem, Varietas Lectionum in Libros IV. de
Ponto ex ejusdem Fabricii emendatione legitur,
reperienda in minori quoque editione Operum
Ovidii, quæ Francof. a. 1614. ſumtibus Jacobi Fi-
ſcheri prodiit T. I. p. 366. Lætatur etiam Thomas
Crenius de editione Metamorphoſ. Ovidianæ ab

Andr. Naugerio caſtigata & Victoris Giſelini illuſtrata ſcholiis Antverpiæ a. 1595. in qua exhibeantur ſimul Fabricii in Nucem Ovidii emendationes vid. Animadverſion. Philolog. P. VIII. p. 259. 260.

XXVIII. Imo in Dramaticis Poematibus ſuam diligentiam erudito orbi commodavit etiam, ut, quæ ad formandos corrigendosque mores plurimum valuiſſe noverat. Hinc cum a Melanchthone reperiſſet ſcriptum, vix ullum librum eſſe, quem deinde omnium manibus teri referat, atque Terentii Comœdias, *obviam in iisdem adhuc locorum obſcuritatem ingreſſus eſt tollere, & poſt Jo. Rivii, Præceptoris ſui, Caſtigationes, novas & non proletarias illas protulit, honeſta ductus æmulatione, & ut hic etiam perpurgati eſſent fontes, unde Latinæ linguæ oritur cognitio.* a) *Addidit* Plautum *Terentio atque in hoc quoque leporum Patre & elegantiarum Latini ſermonis Principe emaculando ſuam collocavit induſtriam, neque inter ultimos adeo referri debet, qui ſuum*

venuſto

venuſto perquam ſcriptori reſtitutum iverunt nitorem. b) *Cum Comicis Tragicum imo conjunxit Poetam &* Senecæ Fabulas *nitidiores dedit nonnullis ornatas additamentis.* c) *Super quæ* Publii *etiam* Syri Mimos *in adoleſcentum manibus voluit verſari, ſuamque in iisdem operam poſuit laudatisſimam, ut brevibus verſiculis ſapientia teneris animis inſtillaretur, & quæ ad vitæ honeſtioris commendationem facerent, parvis veluti lineis adumbrata, hoc tenacius tenerentur.* d)

a) Operæ in *Terentio* navatæ a Fabricio meminerunt Albinus in Chronic. Miſen. f. 365. Friſius in Biblioth. f. 268. Teiſſier. in Additionibus ad Elogia Thuan. p. 394. Fabricius in Centuria Fabricior. p. 30. Clarmundus in Vitis P. III. p. 160. Nimirum Terentium primum ediderat & ſuis caſtigationibus ornaverat Jo. Rivius, & has ex Annæberga an. 1531. inſcripſerat Julio Pflugio, quas Coloniæ initio, deinde auctiores plurimis locis Lipſiæ a. 1574. prodiiſſe Sagittarius ſcripſit de Vita & Scriptis Terentii p. 63. Excellentiſſimus Vir Jo. Albertus Fabricius in Biblioth. Lat. L. I. c. 3. p. m. 35. Pariſienſem inter alias editionem laudat a. 1552. in qua maximæ formæ cum aliorum doctis annotationibus Jo. Rivii etiam

habeantur, itemque p. 36. Matthiæ Bergii an. 1574. & p. 37. Jo. Philippi Parei an. 1619. in 4. in quibus illæ Caſtigationes ſimiliter excuſæ ſint. Hujus ſui Præceptoris exemplo incitatus Noſter, cum Romæ in Bibliotheca Vaticana Codicem inveniſſet, ex quo Comicus hic noſter poſſet emendari, in ipſo poliendo adhibuit diligentiam, de quo conſilio ſuo ita ad Meurerum ſcribit XVI. Cal. Septembr. a. 1545. „Ego Terentium ex libro illo, quem Romæ in Bibliotheca Pontificis contuli emendatum, intra menſem Wendelino typographo noſtro excudendum „dabo. Eum inſcripſi Auguſto Principi; argumenti illius ſumma eſt, Terentium puerili ætati „propter res ipſas inutilem & propter ſermonis genus intempeſtivum Explicationem Caſtigationum „addere neceſſe eſt; ea Rivio inſcribetur. Explicabo „in iis multorum locorum obſcuritatem & veterum „imitationem in quibusdam oſtendam. Quod ſi „aſſecutus fuero, ut communis ſcholarum quarundam error tollatur, & optimus auctor intelligatur melius, ſatis factum erit labori meo. Ego editionem evolvi, quam e ſupellectile ſua libraria Rector Scholæ hujus noſtræ celeberrimus Dn. M. Stubelius humaniſſime mecum communicavit, in qua Noſtri Caſtigationes cum Rivianis a. 1548. Argentorati apud Rihelium impreſſis conjunctæ ſunt. Inſcripſit operam ſuam Auguſto Duci Saxoniæ & Adminiſtratori Martisburgenſi, in qua poſt textum & utrasque Caſtigationes, Caſtigationum priorum augmentum cum mendarum emendatione de an. 1549. conſpicitur. Verum in Epiſtola ad Ulricum Mordeiſenium, quæ mihi eſt MSCta e Schubarthianis

nis de die VII. Calend. Jun. 1557, inſcripſiſſe ſe Auguſto Duci quidem, ſed eum qui librum offerre debebat, non obtuliſſe queritur. Reperitur etiam ſub finem Caſtigationum ad Jo. Rivium Epiſtola ſine die, quæ conſilii omnem rationem & factæ emendationis cauſas juxta atque ſubſidia exponit, & Rivium ipſum tandem his verbis compellat: Hanc operam ſpecie exiguam re ſatis laborioſam" Tuo inſcribere nomini placuit, cujus & in aggre-" diendo exemplum, & in abſolvendo atque eden-" do admonitionem ſum ſecutus. Tibi quoque &" hoc ipſum, & longe etiam majora pro multorum" officiorum conjunctione deberi ſcio. Quando ve-" ro nemo te uno plures in hoc Comico locos reſti-" tuit, cum ad brevitatem aptum tum ad conſenſum" animorum noſtrorum oportunum viſum eſt, ſi ita" ſcriberem & conficerem mea, ut cum tuis conjun-" gerentur, eaque de cauſa, de quibus longiuſcule" egiſti tu, ea omnino prætermiſi, interdum notavi" & attigi tantum, præſertim cum ad ſtabilienda tua" quæ in opinione poſita erant ex codicibus noſtris" Palatino & Wertheriano, quibus uſi ſumus, potiſ-" ſimum firmamenti aliquid accederet." Ceterum Sagittarius d. ſupra l. p. 64. Fabricii cura ſeparatim etiam editum ſcripſit Comicum, cujus editionem Joach. Camerarius & Jodocus Willichius ſequantur: Fabricius vero in Cent. p. 30. indicat editiones, præter Argentoratenſem a. 1548, Francofurtanam an. 1550. & Lipſienſem Joach. Camerarii a. 1574. atque in Matthiæ Bergii Lipſienſi a. 1574. quam & ego poſſideo, inſuper in Jo. Philippi Parei Neapoli Nemetum evulgata 1619. cum Rivii & Fr. Fabricii annotationi-

tationibus & Noſtri quoque Caſtigationes inveniri, imo & in Theodori Pulmanni Antverpienſi a. 1580. in Bibliotheca Latina perhibet p. 36. 37. Eſtque accuratum de his Fabricii Curis judicium Joach. Camerarii, quando in Epiſtola ad Lectorem, quam ſuæ editioni præmiſit, Fabricianam aliis omnibus præſtare & ſingularem laudem atque prædicationem mereri ait, „ ſive diuturnum in apparando ſtudium „& elaborationis multiplices curas ſeu omnium undique adjumentorum ad perfectionem operis conquirendi ingentem & ſolicitam induſtriam, ſeu in cogitando & perpendendo, ſeu conferendo cum „aliorum traditis maximam ſedulitatem, ſeu etiam „in adjudicando & diſponendo gravitatem, &, quod „eſt caput, in reponendo mutandoque, & iis quæ „cognoviſſet atque vidiſſet referendo, fidem ſpectes, quæ ex dicta modo Epiſtola Friſius repetit in Biblioth. f. 268. Ceterum Jo. Gottofridus Olearius, Superintendens Arnſtadienſis, in Annotat. ad Scrinium Antiquarium p. 232. geminum ſe Terentii exemplar poſſidere ſcribit, quo ipſe Fabricius uſus olim ſit, unum Pariſiis 1551. impreſſum, quod ad exemplar vetuſtum Bibliothecæ Vaticanæ operoſe contulerit & multis notaverit lituris; alterum Manuſcriptum pervetuſtum, cui ſequens Epigramma ſua manu ſcriptum præfixit Fabricius:

Ut ſapor eſt veteri vino, veteri decus auro,
Sic libri veteres nomina digna tenent.
Nam minus his nocuit ſtultorum audacia, haberi,
Forſan Ariſtarcho qui voluere pares.
Corrigere e priſcis libris licet atque probatis,
Quæ fecit ſtudium deteriora recens.

Dum

Dum quisque ingenii confiſus viribus illa
Emendat, quæ non percipit ipſe ſtatim.
Hinc tantum errorum libros invaſerat æquor,
Quantum nulla diu tollere ſecla queunt.

b) *Plautum* quidem ipſe non edidit Georgius, ſed quæ in ſuo tamen codice notaverat, perliberaliter Joachimo ſuo Camerario transmiſit, & cumprimis locos Plautinos, quos ex antiquis dum alia inveſtigat, collegerat, cum ipſo communicavit. Subjecti illi ſunt editioni Camerarii, quæ ſingulis Comœdiis ſubjectas exhibens Annotationes Baſileæ an. 1550. iterumque a. 1558. in 8. exiit, in cujus proœmio ad Georgium Fridericum, Marchionem Brandenburgenſem, tum puerum adhuc principem p. m. 12. ſtudium iſtud Fabricii his verbis laudat: Georgii " autem Fabricii candor eximius & benevolentia " ſumma erga nos de incredibili ſtudio diligentiæ " ſuæ communicavit nobiſcum nuper ſuum quoque " librum, in quem congeſſerat, quicquid perquirere " legendo potuit, quod ad Plautinarum fabularum " tam emendationem, quam explicationem aliquid " momenti haberet." Locos illos Plautinos ſive fragmenta & Comici Coloſſi ejus quaſi σπεράγματα a Fabricio collecta, & a Petro Daniele Aurelio alicubi correcta & aucta, Commentariis Lambinianis, ab autoris morte Pariſiis editis, adjecit Jacobus Helias Græcarum literarum Doctor regius, & habentur etiam in editione Plauti Buchneriana, quæ Vitebergæ 1652. prodiit ſub fin. p. 852. c) Quod *Senecæ* jam attinet *Tragœdias*, neque harum editionem Albinus f. 365. neque Fabricius p. 30. & in Supplemento ad Bibliothecam Lat. b. 165. imo nec Clarmundus

etiam p. 160. ſilent, ad quam Paulus Didymus, Epicedium Noſtro ſcribens his verbis digitum intendit:

Per te priſcus honos divinam Æneida ſervat,
Quam vaga tentarant longi contagia ſecli,
Agricolæque ſolo norunt impendere curam,
Nec graveolente palus obducit paſcua limo.
Dein hominum pura quoque reddit imagine mores,
Et pulſat proprio Venuſinus barbita plectro,
Egregiusque ineunt Senecæ proſcenia ludi.

Epitaphiorum G. L. Editionem harum Tragœdiarum Joach. Camerarius commendaverat Fabricio ita Epiſtolarum ſcribens p. 518. „ Atque velim „operam ſtudii diligentiæque Tuæ addas ad ejus au„toris editionem, quem ſolum Lingua Latina habet „Tragœdiarum integrarum hoc tempore Poetam. Obſecutus ergo fuit amicæ monitioni, curavitque ut prodirent Tragœdiæ illæ ex Officina Vögelini Lipſiæ an. 1566. in 8. dedicatæ eleganti præfamine Wolfgangi Comitis Palatini & Ducis Bavariæ filiis Ottoni Henrico & Friderico, in quo inter alia ſic: „Noſtrum quidem Tragicum ita probavit Johannes „Regiomontanus Mathematicus excellens, ut ſua „etiam manu diligenter & venuſte deſcripſerit, quem „librum apud Georgium Agricolam præclarum Phi„loſophum a me viſum adoleſcens contuli, & ex „eodem locos plurimos deformatos jam in aliquam „reſtitui dignitatem. Habentur autem in hoc ipſo libro poſt vitam Senecæ ex Crinito & Gyraldo, cum Luctatii, Grammatici antiqui, argumentis nondum adhuc, quod Albinus ſcribit, tum impreſſis, ipſæ deinde Tragœdiæ, ſed quæ alio ſemet invicem ordine

dine, quam in recentioribus codicibus & iſto quidem excipiunt: Hercules Furens, Thyeſtes, Thebais, Hippolytus, Oedipus, Troas, Medea, Agamemnon, Octavia, Hercules, Oeteus. In fine habentur tum Hieronymi Avantii, tum Georgii Fabricii de Carminum apud Senecam generibus disquiſitiones, hujusque inſuper diverſæ lectiones, Henrico Paxmanno Doctori Medico inſcriptæ. Subjiciuntur tandem Centuriæ 4. Adagiorum e Seneca cum Indice ſententiarum. Ceterum Petrus quoque Scriverius cum novo habitu ornatas Tragœdias a. 1621. in 8. produceret, notas quoque addidit Noſtri, & ſupra dictas diſpoſitiones, ſed quatuor illas Adagiorum omiſit Centurias, tum quod magnam partem ne tantillum quidem illius, quod in fronte promittunt, referant, tum quod editiones Fabricianæ extent, unde peti poſſent, teſte Crenio Animadverſ. Philolog. P. V. p. 2. Imo in Farnabiana Senecæ editione, quæ nova Amſtelod. a. 1713. in 12. exiit, Avantii & Fabricii ſupra dictæ de carminum generibus obſervationes leguntur. Apud Thomam Pope-Blount in cenſura celebriorum Auctorum f. 514. & Clarmundum d. ſupra l. lego Lipſio diſplicuiſſe illas Fabricii in Senecam impenſas curas, propterea quod ſæpius ei fuerit cura innovandi, quam in veteri nitore conſervandi, Poetam, quod judicium quale quale ſit, Clarmundus eidem Excellentiſſimi Reinhardi opponit aliam ſententiam. d) Cum, quod ſupra notavimus Elegantiarum e Plauto & Terentio Libros II. ederet Noſter iisdem *Publii Syri* celebratiſſimi Mimographi lepidas ſententias & ad communem uſum accommodatas, quas

quas Verſibus Jambicis & Trochaicis exhibuit, ipſi placuit ſubjicere. Addita his (numero 270. inter quos viginti habentur, in libris impreſſis non viſi hactenus, quod ipſe in præfat. teſtatur) Eraſmi ſunt Roterodami ſcholia, quibus eorum ſenſus facilior redditur, reliquis ſententiis e Poetis antiquis juxta atque Græcis a ſe depromtis ſuas ipſe explicationes ſuppoſuit Fabricius. Eſt venuſtum carmen, quo quicquid laboris hic inſumtum fuit, Jacobus frater commendavit, quod p. 277. legendum ita ſonat:

Quamvis in tenui videtur eſſe
Hic ſumtus labor explicationum,
Ut qui nullius artis atque laudis
Eſt magni tamen æſtimandus ille
Ob vitæ ſapientiam magiſtram.
Quam prudens docet hoc modo vetuſtas,
Rerum vis latet implicata ſæpe
Parvis principiis; ut alta vitis
Tandem malleolo fit e virenti
Hæc præcepta brevi data hoc libello
Autorum gravitate prædicanda,
Uſu commoda, ſenſibus venuſta,
Exemplis referenda moribusque,
Virtutum peramabilis ſupellex
Excellens decus afferent juventæ,
Sint exilia forſan intuenti
Et trita auribus eruditorum,
Sed parvis titulum ſine his adeptus
Morati, ſapientis, eruditi
Hos contemnat inutiles labores.

Iidem Mimi cum Expoſitionibus Eraſmi Roterod. & Georgii Fabricii Lipſiæ prodierunt etiam a. 1560.

in

in 8. & ſunt pars præterea Scholæ iſtius Fabricianæ puerilis ſive librorum XIV. quos Jo. Oporinus an. 1564. junctim edidit, quos occaſione alia non una æquum fuit nominare.

XXVIIII. Majus opus aggreſſus eſt GEORGIUS atque haud operoſius paulo, quando emendandis evulgandisque Chriſtianorum Poetarum *quos non parvo etiam numero priſca tulit ætas, ſemet accinxit carminibus & ſua præclara hac induſtria voluit impedire, ne in profanis hærentes unice adoleſcentes, quodam afflarentur frigore pietatis, ſed CHRISTI Domini noſtri exardeſcerent amore beneficiorum ipſius gravisſimis his præconibus aures ſuas commodantes. Sunt hi Aurelius Prudentius, Q. Septimus Florens Tertullianus, Cæcilius Cyprianus, Hilarius, Cl. Marius Victor, Dracontius, Ambroſius, Alcimus; Avitus, Marius Victorius, Juvencus Presbyter, Cælius Sedulius, Proſper Aquitanicus, Venantius, Honorius, Drepanius, Florus,*

Pau-

Paulinus Vir Conſularis, Amœnus, Helpidius, Ruſticus, Lactantius Firmianus, Victorinus Pictavienſis, Merobandus Hiſpanicus, Paulinus Epiſcopus, Gregorius M., Damaſus Hiſpanus, Claudianus, Mamertus, Columbanus Abbas, Paulinus Nolanus & incerti quidam, quorum quicquid ſparſum legebatur ligato confectum ſermone, uno volumine ſiſtitur hic expreſſum a) *iterato ſtudio idem* Prudentii, Seduliique & Venantii, Honorii Fortunati Pæanas tres *de vita & morte CHRISTI illuſtravit, quibus ſubjiciuntur Prudentii tres hymni de CHRISTI in terris ortu, matutinus deinde atque tertius ſub noctem, ac martyr tandem Romanus cum non minus docta ejus expoſitione.* b)

a) *Poetas Chriſtianos* aliis Fabricii laboribus apponunt Albinus f. 365. Friſius f. 268. Teiſſierius p. 394. Fabricius in Centuria p. 30. & accuratius longe in Biblioth. Lat. L. IV. c. 2. p. 696. inque Supplem. Bibl. p. 293. ubi de Poetis ſingulis, & eorum aliis editionibus, more ſuo, h. e. docte atque accurata diligentia exponit, in ipſa Bibliotheca p. 712. Poetas recenſens Chriſtianos, qui a Fabricio fuerunt præter-

prætermiſſi. Memorat eandem collectionem B. Ittigius inſuper in Tract. de Bibliothecis & Catenis Patrum p. 23. quam Daumius quoque & Eſchenbachius identidem allegant; ille in Syllabo Poetarum Chriſtianorum, qui Paulini Petrocorii Poematibus, Lipſiæ a. 1686. publicatis præmittitur: hic in Differt. de Poetis Chriſtianis ſacris inter editas junctim legenda p. 69. Editi ſunt Poetæ hi, a Fabricio collecti, Baſileæ Jo. Oporini ex officina a. 1564. in 4. in Draudii vero Bibliotheca Claſſica p. 1575. dicuntur iterato evulgati Baſileæ 1567. in 8. Dedicavit eos Noſter Alexandro Duci Saxoniæ & Adminiſtratori Mersburgenſi allocutione a. 1562. ſcripta in qua pie cumprimis p. 11. Inter tractandum hunc" theſaurum autem cum Viris illis ſanctiſſimis & cum" DEI filio jam viventibus, ſæpiſſime oravi, dolui," gaviſus ſum, exilui, & quaſi guſtum quendam be-" atæ illorum ſocietatis & conſvetudinis in animo" percepi, quem motum animis afferre perfectæ elo-" quentiæ opus eſſe, ipſi Oratores non negant." Poſſidere ſe codicem Poetarum horum ſcripſit ad me doctiſſimus Schlegelius, in cujus fronte manu cujusdam excerpta ſint nonnulla ex Epiſtolis variis Fabricii ad diverſos amicos exaratis de iſto opere. Notamus inde nos, quanta induſtria & quo mentis ardore eidem ſemet accinxerit operi. Enimvero ad Jacobum Strasburgum d. 9. & a. 1562. his utitur verbis: Deum teſtor, me nullo unquam labore fuiſſe" magis delectatum; neque in omnibus vitæ labori-" bus tali paroxiſmo quaſi concuſſus ſum, quam in" iſtorum auctorum tractatione, ideo magis ſollicitus" ſum, ne labor hic meus Eccleſiæ cauſa ſuſceptus"

aut

„ aut pereat, aut quid adverſi patiatur. In alia d. 24. Septembr. a. 1561. exarata correxiſſe ſe ultra duo millia locorum & impleſſe plus quam centum lacunas teſtatur. Iterum in alia ad Strasburgum, quem dixi de die 1. Novembr. 1561. Proſperi Aquitanici ſententias per orbem terrarum ſemet inquirere & non invenire memorat, ita ſuum amicum tandem compellans: „Si me juvare potes, fac ſtudiorum „nomine, ut legantur aliquando cum fructu & ad„miratione veteres Poetæ Chriſtiani, & fiant Scho„lis noſtris notiores, ita ut digni ſunt. Ad Adamum vero Siberum de raritate Poetarum Chriſtianorum queritur hunc in modum a. 1562. „In literis tuis ad „me humaniſſime ſcriptis, ais e veteribus Poetis, „excepto uno Prudentio, viſum tibi plane neminem. „Ante annos plus minus ſexaginta idem conqueſtus „eſt Aldus Manutius, ſe videlicet non inveniſſe e „doctis in Italia, qui vel unum verſum in Poetis „Chriſtianis legerit: in eadem culpa me quoque fu„iſſe in Præfatione ad Alexandrum Ducem Saxoniæ „dicturus ſum: quamvis hæc non tam culpa noſtra „fuit, quam eorum, qui calumnia e manibus noſtris „virorum præſtantiſſimorum ſcripta eripuerant; „editi etiam, qui in noſtro opere legentur, multi „non fuerunt. Quamobrem, quidquid inde pieta„tis & cognitionis ad Scholas Chriſtianas pervenerit, „ex parte debebitur Ampl. Tuæ, cujus beneficio „majore auctoritate in publicum prodibunt. Ipſa Poemata e diverſis codicibus cum cura ſelegit, ut emendata prodirent advigilavit, præmiſitque nomina auctorum ſecundum tempora, quibus vixerunt, ipſis vero Indicem rerum & verborum memorabi-

rabi-

rabilium ſubjecit, qui labor verſibus elegantiſſimis tum Adami Siberi tum Jacobi Hertelii ornatur. Imo vero Commentarium etiam ſubjunxit operi non contemnendum, Jo. Nævio Saxoniæ Electoris Medico celebratiſſimo ſacratum, ſcribitque in eo ſtudio viginti ſe poſuiſſe menſes, ſic tamen, ut diebus feſtis modo & profeſtis Poetas illos verſaret, in Dedicat. antiqu. Scholæ Chriſtianæ ad eundem exarata Nævium. Ego Commentarium hunc Lexicon quoddam nuncupaverim obſcuriorum vocabulorum in Poetis obvenientium, ſiquidem ſecundum literarum ſeriem eadem hic explicantur, in quo præter verborum laudationem alia quædam Carmina antiqua exhibentur etiam hinc inde p. 5. 10. 24. 68. 110. in Bibliotheca Fabriciana indicata p. 712. Sunt vero & eidem ornando ſcripta carmina a Jo. Hoſpiniano Steinano, ipſo deinde Jo. Oporino Typographo & ſub finem a Paulo Cherlero Elſterburgenſi, qui inſtinctu & juſſu Oporini Baſileæ ſuum ſe ſcripſiſſe ait, ex quo jam hinc inde quædam adduxi, & ſubjicitur tandem rerum & verborum in Commentariis memorabilium Index. In Poematibus iſtis f. 759. Lactantii Firmiani de beneficiis CHRISTI habentur verſus, quos alii tamen Cælio Firmiano Sympoſio attribuere malunt, in quibus cum verſum illum,

Flecte genu lignumque crucis venerabile adora
Flebilis

ita immutaſſet Fabricius:

Flecte genu innocuo terramque cruore madentem
Ore petens humili

vehementer in eum inſurrexit Gretſerus ſuperſtitioſæ

P crucis

crucis adorationis acerrimus defenſor T. I. de cruce p. 326. & audaciam illam plena bilis objurgatione perſtrinxit: „ Et ſane præſtitiſſet G. Fabricium vi„rum alioqui de univerſa, ſacra præſertim antiqui„tate, non male meritum, paſſim tum hic tum alibi „non ita fuiſſe in alienis operibus, quæ edebat inge„nioſum; verba ſunt Hamburgenſis Fabricii, cui iſtud de Greſeri ſtomachatione debeo in Biblioth. Latina p. 709. mitius ita de Noſtri conſilio judicanti, quam fecerat Celeberr. Polyhiſtor Daumius, qui illam acriter notat Georgii confidentiam, & male putat eum de Poetis illis antiquis meruiſſe, cum eos ſuperſtitioſe interpolavit omniaque ad religionem & ſtilum ſuæ ætatis ſub pietatis & elegantiæ prætextu accommodavit, in Epiſtola ad Reineſium, quæ eſt 14. inter amœbæas Daumii Reineſiique, in quo judicio præeuntem ſuum ſibi habuit Barthium, qui in Animadverſionibus ad Paulinum Petrocorium p. 197. „ Poetæ Chriſtiani, ſcribit, plerique omnes G. „Fabricio editore tot ſunt vulnera paſſi, ut novas „ſinguli recenſiones poſtulent, & p. 254. Corpus „iſtud Poetarum Chriſtianorum Fabricianum tale „eſt, cui nec pes nec caput ſatis valeant. At vero Summe R. Frickius Ulmæ hodie Christi Eccleſiam curans & Gymnaſium ſimul ornans egregie, in Daumianam cenſuram incidens, quod peramanter me docuit, & ipſe acerbiorem arbitratus eſt illa ſubjiciens inter alia ſaltim, Nicol. Heinſium, cum ſua in Prudentium præfatione non parcat omnibus Prudentii ante ſe editoribus, de Fabricio tamen ſilere, quin & Chamillardum Jeſuitam laude atque honore dignas pronuntiare Noſtri in Poetas Chriſtianos

no-

notas. Ceterum in Indice Expurgatorio, qui Hanoviæ a. 1611. prodiit in 8vo p. 63. ſ. cenſura etiam invenitur in Chriſtianos iſtos G. Fabricii Poetas, & poſt delenda, quorum ibi apponitur ſeries, editiones tandem eorum, quibus Pariſienſis etiam apud Jo. du Puys additur, in univerſum omnes, quæ Indicis verba ſunt, interdicuntur excuſæ hactenus tam Latinæ quam Germanicæ, Gallicæ & Teutonicæ. b) Jam ad *Pæanas* triumvirorum ſacrorum procedo, qui impenſis Vögelinianis Lipſiæ a. 1560. & a. 1566. iterumque 1568. lucem aſpexerunt publicam. Eorum mentio apud Albinum f. 365. & apud Fabricium p. 29. Dedicavit eos Alberto & Johanni filiis Jo. a Camenecia Polonis, hymnos vero tres ſubſequentes ſeparatim Leonardi Zeiſæ Conſ. Halenſis & Pauli Dolſcii Medici & Senatoris filiis Caſpari atque Johanni; Martyrem vero Romanum Clariſſim. Virorum Cornelii Humsfartii & Pauli Noviomagi filiis Cornelio & Paulo Danis. Præmiſit cujusque Poetæ vitam breviter deſcriptam & in fine Centuriam Adagiorum & ἱϛορικῶν brevem Indicem. Integra vero illa hymnorum Prudentii expoſitio in Weiziana Prudentii editione, quæ Hanoviæ a. 1613. lucem aſpexit, aliis aliorum laboribus cernitur adjecta a p. 308 - 417.

XXX. Purioris Latinitatis Scriptoribus antiquis aliis non admovit Noſter manum neque in edendis eorum laboribus deſudavit, qui ad remotisſima a nobis pertinent tempora, niſi quod tamen

Ciceronis Epiſtolarum *libros tres a Jo. Sturmio ad puerilem inſtitutionem collectos emendatiores dedit* a) *&* Grammaticorum veterum *libellos de proprietate & differentiis Latini ſermonis, qui ſunt Cornelius Fronto, Nonius Marcellus, Agrætius Aelius Donatus, Arruntius Celſus, Fl. Soſipater Chariſius, Q. Aſconius Pœdianus, Marius Servius Honoratus, Sext. Pompejus Feſtus, M. Terentius Varro, Q. Terentius Scaurus, Agellius, collegit iisdemque vocum aliquot apud Terentium explicationem e veteribus membranis ſubjunxit.* b) *Imo &* Flavii Soſipatri Cariſii Grammaticarum *inſtitutionum ad filium, Lib. V. emendandos ſibi & edendos ſumſit ratus & iſtorum lectione Latine ſcribendi dicendique rationem expeditam magis reddi indolemque ejus linguæ addiſci poſſe.* c)

a) *Epiſtolæ Ciceronis* ſelectæ Magdeburgi a. 1511. ex officina Wolf. Kirchneri exierunt, quibus in nullo Indicum ſæpius adductorum memoratis, præfatiunculam præmiſit, in qua librariorum, quæſtus gra-

gratia artem ſuam exercentium, notat negligentiam, eamque in parvo libello iſto ſemet deprehendiſſe addit, & ex doctorum Virorum judicio atque exemplis antiquis hos epiſtolarum libros prudenter confectos ſe teſtatur emendaſſe, ne menda ipſa aut etiam litura cuique obſtarent. Nulli alias Ciceronis ſcripto manum admovit Noſter. Nam quamvis liber a me poſſideatur ſub titulo Idea ac Methodus trium vere aureorum librorum M. T. Ciceronis de Officiis, comprehenſa interrogationibus ac reſponſionibus ad diſcentium captum maxime accommodatis in ſchola illuſtri Miſenenſi ſub R. Viro Clariſs. Georg. Fabricio olim tradita & ex Bibliotheca Theophili Klug Annæmontani nunc primum prolata a Caſp. Pezelio Bremæ a. 1591. in 8vo, tamen cum in Dedicat. Caſpar ille Pezelius ad ipſum Theophilum Klug libellum illum theſauri loco ſervaſſe Klugium ſcribat, acceptum a Præceptoribus in illuſtri ludo literarum Miſenenſi, ipſum quidem a Fabricio confectum non arbitrarer, ſaltim non uni poſſe putaverim adſcribi. b) *Grammaticorum libelli* indicantur apud Albinum in Chronic. Miſenenſi f 366. his verbis; collegit differentias" e veteribus Grammaticis," & apud Fabricium in Centuria p. 31. imo in Bibliotheca Latin. L. IV. c. 6. p. 770. ubi per ſphalma typographicum pro 1569. quo editi ſunt, comparet numerus 1595. Sunt illi a. 1670. curante Jacobo Fabricio, Georgii filio, denuo evulgati, quod in Supplemento Biblioth Lat. Fabricianæ p. 322. legitur, quorum collectionem Georgius Ludovico Camerario inſcripſit, ubi ſtudium illud verborum diſcendi tum proprietatem,

P 3 tum

tum differentias graviter commendat, ita quicquid ſermonis fecerat finiens præclare: „ Si quis næniam „illam puerilem mihi occinerit, de te largitor: ſcio „me auctoritate & patrocinio viri ſummi Joachimi „iri defenſum, præſertim in negotio literario, in „quo & docere fideliter & tradita communicare „candide & libenter, utrumque præclarum eſt. c) *Soſipatri Inſtitutionum Grammaticarum* libros Baſileæ a. 1551. in 8. Albinus in Chronico f. 365. primum ab ipſo editos ſcribit, atque ita etiam Friſius in Bibliotheca f. 268. & Teiſſierius Addit. ad Elogia e Thuano p. 394. Fabricius in Centuria p. 31. reliquis quoque adjungit, & in Biblioth. Lat. L. IV. c. 7. p. 781. extare eam editionem, docet in Biblioth. Leidenſis Academiæ paſſim Joſephi Scaligeri notatam manu, & p. 782. fragmentum Soſipatri olim cum aliis opuſculis Lipſiæ a Georg. Fabricio editum Vulcanium ſubjeciſſe theſauro utriusque linguæ Lugd. Batavor. a. 1677. evulgato teſtatur.

XXXI. Cum Henricus Petri, non ignobilis in urbe Baſileenſi typographus novum opus, quod monumenta S. Patrum Orthodoxographa ſalutatur, in lucem editurus eſſet, Jo. Jacobi Grynæi quidem in eo uſus eſt opera præcipue, interim Fabricius tamen de ſuo etiam nonnihil addidit, facturusque palam, nec a D. Patrum lectione mentem ſe te-

tenere alienam, Paulini Nolani Epiſtolas *quæ habentur Tom. I. inde* Sulpitii Severi Hiſtoriarum Sacr. *L. II. &* Iſidori Hiſpalenſis *de* claris V. T. *viris librum, qui ambo T. II. comparent, addi reliquis curavit Hagiographis & ſub initium cujusque opuſculi de vita ſcriptoris ipſius accurate commentatus eſt.* a)

a) Ejus laboris iſta eſt apud Albinum indicatio, in Chron. Miſen. f. 365. "edidit Epiſtolas Paulini" Epiſcopi Nolani, item ad Hiſtorias Severi Sulpitii" ab Adamo uſque ad devaſtationem Hieroſolymæ" L. II. item Iſidori de claris V. T. viris, impreſſas in" magno libro Orthodoxographorum." Ipſe Fabricius in Dedicat. libri X. Hiſtoriæ Sacræ ad Electorem Auguſtum a. 1570. ſcripſit ita: "Extant ex anti" quitate libri his non diſſimiles virorum quorun-" dam, quorum fama in Eccleſia celebris & erudi-" tio notiſſima eſt, qui eandem materiam tractarunt," vel explicandis Dei promiſſionibus, ut fecit Proſper" Tyro, vel expoſitione hiſtoriæ continua, ut Sulpi-" tius Severus: vel exemplis ſingulatim recenſendis," ut Iſidorus Hiſpalenſis: " hos ambos e Bibliothecis vetuſtis nuper protuli. Placuit hac ſua induſtria plurimis ſine dubio Noſter, non Pontificiis æque tamen, ſiquidem cum omni ſuo ſtudio, quod modo dictis ſcriptoribus tribuit, Indicem librorum expurgandorum augere juſſus eſt, quem Jo. Maria Braſichel-

ſichellanus Romæ 1607. conſarcinavit, rarum oppidò, & a non paucis quæſitum fruſtra. In hoc enim cum Bibliotheca S. Patrum, quæ a. 1589. per Margarinum de la Bigne Pariſiis evulgata eſt, ſub cenſuram vocatur p. 55. 56. hæc leguntur: „pag. 2. „ejusdem Præfationis lin. 33. a verbis illis: *Noſtro ſe-„culo an ad* &c. ad illa usque pag. 3. linea 40. *Li-„turgiarum corpus pro ſubjecta* &c. tollantur omnia, „eo quod Margarinus & recenſet & laudat varia „opera hæreticorum recentiorum, quibus illi co-„nati ſunt veterum aliquot Patrum ſcripta in cor-„pus unum colligere. In his nominat Henr. Petri, „Joan Heroldum, Georgium Fabricium, Chemni-„cenſem Tigurinos & alios primæ Claſſis hæreticos, „Et ne ob lacunam corpus hiet, in locum expuncto-„rum illa ſubſtitui poterunt; *Noſtro ſeculo varie la-„boratum eſt eo in argumento ab Hæreticis: ſed quo-„rum opera jure non probentur ab Eccleſia;* quæ ego e recreationibus horarum ſubceſivarum (*Vergnügen müſſiger Stunden,*) excerpſi P. III. p. 66. 67. legenda. Ceterum quid in illa monumentorum Orthodoxographorum quæ in VII. Claſſes ſ. Tomos diſtribuitur, & circiter LXXXV. monumenta continet, habeatur editione a 1569. abſoluta, diligenter enarrat Ittigius Celeberrimus apud Lipſienſes Theologus, in libro de Bibliothecis & Catenis Patrum c. 1. p. 17. ſ. accurate monens p. 12. non confundenda hæc eſſe monumenta cum Orthodoxographis Baſileenſibus Jo. Heroldi, quæ apud eundem Petrum an. 1555. & quatuordecim adeo annos ante exierunt, & LXXVI. ſcripta varia complectuntur.

XXXII.

XXXII. Prout non longe poſt initium ſeculi decimi ſexti, cum Turcarum potentia majora caperet incrementa, docti hinc inde etiam viri ſuo officio ſtrenue ſunt defuncti vel conſulendo, qua ratione ipſorum furori obviam deberet iri, vel excitando ſocordes ad vires conjungendas Principes, vel quem hoſtem Chriſtianis ſacris addicti nacti eſſent monſtrando, ita Noſter VVolfgangi Drechsleri Chronico de Saracenis & Turcis *ſuam induſtriam impendit emendando, cui Vir ille doctus e rure Leubnitiano iſtud nimirum miſerat ab a. Chr. 596. ad annum perductum quinquageſimum ſupra milleſimum quingenteſimum utque Latinius faceret rogaverat, propterea quod inter turbas ruſticæ gentis verſans, præter ruſtica & inepta verba, nihil ſciret loqui, ut in Dedicat. ad Fabricium ita ipſe ſcribit Drechslerus.* a) *Sicut, quod diximus, hujus vero ſupplevit Chronicon*

 no-

noſter: ita contrarium egit in Siffridi, *qui Presbyter Miſenenſis & aliquantum antiquior Drechslero fuit*, Chronico, *quippe cujus adornavit Epitomen Annalibus urbis Miſnæ haud incommode ſubjectam, propterea quod argumentum iſti non valde disſimile viſum fuerat tractare.* b)

a) Chronici illius a Georgio noſtro aucti meminit Albinus in Chronico fol. 366. ſed adjunctam eidem ſcribit Jo. Gallenſis Angli de origine Mahometi & quadruplici reprobatione ejus Prophetiæ libellum, quem nondum mihi licuit videre. Neque enim aliam editionem iſtius Chronici uſurpavi, quam Jo. Roſini apud Numburgenſes divini verbi Miniſtri Lipſiæ an. 1594. evulgatam, novamque Jo. Reiskii Lipſiæ an. 1689. curatam, qui notas Chronico atque ſupplementa tum Hiſtorica tum Chronologica nec non Appendicem ſecundam ad a. 1689. usque addidit. In illa priori ſequentia ſcripta iſthoc ordine ſemet excipiunt: G. Agricolæ oratio adverſus Turcam, Jo. Baptiſtæ Raſarii de Victoria Chriſtianorum ad Echinadas oratio, cum duabus Jo. Sturmii de ea re Orationibus, de Saracenis & Turcis Chronicon Wolfgangi Drechsleri emendatum & auctum a G. Fabricio, cui appendicem ſubjecit ipſe Roſinus res a Turcis geſtas ab a. 1550. in quo Drechslerus deſinit ad a. 1594. percenſentem. Ceterum ille, quem dixi, Reiskius alias plures editiones memorat

morat & octo quidem præter modo indicatam, omnes e Gvelferbitana Bibliotheca potiſſimum cognitas, ita ut ipſe jam decimam potuerit adornare. Repetemus eas ipſius his verbis: Prima quan-" tum reperiſſe datur, fuit Wolfgangi Drechsleri Au-" ctoris Ornatiſſimi a. 1550. emendata curatius aucta-" que a G. Fabricio: ſecunda prodiit inter Tomos" Chronicorum Turcicorum a Conrado Clauſero " editos Baſileæ a. 1556. tertia Francofurti a. 1568. & " utraque quidem in majori forma ſ. folio, uti lo-" quuntur; quarta Baſileæ in minori ſ. octavo a. " 1578; quinta cum libris Hiſtoriæ Saracenicæ per" Cœlium Auguſtinum Curionem editis, & a Ni-" colao Hœnigero Germanice verſis Baſileæ in fol." a. 1580; ſeptima rurſus cum Hiſtoria Saracenica" Cœlii Auguſtini Curionis Francofurti in fol. a. " 1596; octava Chronico Chronicorum inſerta ſive" Chronico Eccleſiaſtico-Politico, quod Johannes" Gvalterus in lucem prodidit Francofurti an. 1614." h. e. Janus Gruterus, nomen Gvalterii mutuatus;" nona ſub titulo Hiſtoriæ Arabum recuſa, quam Jo." Janſonius Amſtelodami an. 1633. in 12. emiſit. "

b) *Siffridus Miſenenſis*, ſive ut Petro Albino dicitur, de Miſna, jam ſupra nominatus eſt a nobis, cujus nec obliti ſunt in ſuis Catalogis Albinus f. 366. Friſius f. 268. Teiſſierius p. 394. Fabricius in Centuria p. 28. Eum floruiſſe circa annum 1307. teſtis idem ille mihi eſt Albinus in Chronico Miſniæ tit. XXV. f. 335. ſed iſtius Chronicon integrum ſe vidiſſe negat. Ipſe Fabricius in Dedicat. Epitomes ad Leonh. Badehornium rerum Miſnicar. f. 142. ita ſcribens: Excerpſi ex illius libris hac Epitome, quæ ad no-"

ſtrum

„ſtrum propoſitum viſa ſunt aptiſſima, & quæ aut „in aliis non inveniuntur, aut certe commemoran„tur brevius vel obſcurius. Nam poſt creationem „mundi in ſuo opere ea recenſet, quæ in libris ſacris „traduntur & hiſtorias addit Eccleſiaſticas Sancto„rum, quæ apud ſcriptores veteres Græcos & Lati„nos leguntur ornatius & copioſius. Hujus Epitomes Manuſcriptum Bibliotheca Paulina Lipſiæ adſervat, ex quo membranaceo codice Fabricianam editionem a. 1698. Clariſs. Vir Ericus Benzelius variis, ut vocat, plurimis inſtruxit. Eum ita annotatis plurimis refertum librum ſe poſſidere Gotha ſcribit ad me Summe Reverendus Cyprianus, additque in annis utriusque codicis miram eſſe variationem, ſed docere tamen probatiorem æram quod Manuſcriptum exemplari Fabriciano præferendum ſit, eſſe multa inſuper addita, quæ Hiſtoriam reddere poſſint ornatiorem.

XXXIII. Reliquum eſt ut obſervemus etiam, qua fide Noſter de pari amicorum quos eximios habebat & ipſorum ſcriptis voluerit mereri. Nam Georgii Agricolæ Orationem adverſus Turcam non recudi modo curavit, ſupplevitque doctis obſervationibus, quicquid ab eo in rerum metallicarum expoſitione fuerat prætermiſſum, ſed reliquias etiam operum ejus collegit ac edendas commen-

mendavit Baſileenſibus; Vitam eruditi viri deſcripturus, ſi poſthumorum illorum confecta fuiſſet collectio. a) *Deinde Jo. Rivii, quem Præceptorem primum, Patronum deinde habuerat certisſimum, ne quid periret viſus fuit cavere, & colligendis in unum Volumen ſcriptis advigilavit, non ſua magis venuſtate quam ſcita illa Vitæ Rivianæ conſpicuis deſcriptione, in qua pietatis ſuæ erga hunc virum & benefactorem luculentam dedit ſignificationem.* b)

a) Georgius Agricola in Hermundurorum natus regione ex Italia redux in Valle Joachimica, & Chemnitii deinceps, quin & in bello Schmalcaldico, Mauricii ſecutus aliquando caſtra, medendi artem exercuit, & metallicæ rei ſtudio totus flagrans non vulgarem ſibi ejus comparavit notitiam, maxime cum annuo Mauricii ſtipendio in ferendis ad iſtud ſumtibus adjuvaretur, qui & doctos de metallo evulgavit libros, cum aliis divini ipſius ingenii fœtibus a ſcriptoribus mox allegandis accurate indicatos; mortemque obiit Chemnitii a. 1555. ſed Cizæ fuit ſepultus, quo corpus exangue in tuendis Romanæ Eccleſiæ placitis pertinacioris oportuit transferri, vid. de eo Petr. Albinus in Chronico Miſenenſi tit. XXV. f. 353. Adamus in Vitis Medicorum German. f. 24. & ex hoc Freherus in theatro Virorum erudit. f. 1237.

f. 1237. 1238. & de ſcriptis ejus ſeparatim poſt Friſium in Bibliotheca Geſneriana f. 264. Thuan. L. XVI. p. m. 735. Teiſſierus in Addit. ad Elogia e Thuano T. I. p. m. 98. & alii. Hic, Germanorum novus quaſi quidam Plinius, prout ſingularem cum Fabricio coluit amicitiam laudatus ab eodem in Hodœporico Chemnicenſi Itiner. p. m. 55. ita Fabricius ejus edidit de bello adverſus Turcam orationem Latinam a. 1538. quæ per Laurentium Bermannum octo annis ante Germanice fuerat evulgata, teſte Friſio in Biblioth. f. 264. quam in Jo. Roſini ſcriptorum ad Turcas ſpectantium collectione haberi ſupra monuimus cum Fabricii ad ipſum præfatione. Cum deinde collectio variorum libellorum de omni rerum foſſilium genere, gemmis, lapidibus, metallis Conradi Geſneri ſtudio Tiguri an. 1565. publici juris fieret, in eadem Georgii etiam Noſtri obſervationes variæ ac eruditæ comparuerunt, quibus ea potiſſimum explicantur, quæ G. Agricola prætererat. Non ipſe eas ſubjecit prelo, ſed frater potius Jacobus, qui in Dedicat. ad Johannem Kentmannum Medicum Torganum, eas Georgium in magnis occupationibus ſuis non ex profeſſo, ſed quaſi aliud agentem, in chartas conjeciſſe ſcribit. Meminit earum Obſervationum his verbis Albinus f. 366. „editus eſt libellus de VII. metallis, in quo „ea tractantur quæ ab Agricola prætermiſſa ſunt; & Nobiliſſimus Fabricius in Centur. Fabricior. p. 21. quas partem etiam mirandæ iſtius Bibliothecæ, quam Jacobus Auguſt. Thuanus inſtruxerat fuiſſe, in Catalogo ejus P. II. p. 191. licet videre. Quod relictos ab Agricola attinet ita Albinus tit. XXV. f. 366.

„colle-

collegit reliquias operum Agricolæ Fabricius & “ miſit Typographis Baſileenſibus, & vitam illius “ conſcripturus fuit atque adjuncturus. “ Quæ vero iſthæc fuerint opera, idem Albinus f. 354. indicat, ſequentia nimirum, Frobenio & Epiſcopio typographis tradita: Liber de Demonſtratione non ab- “ ſolutus; Liber de Methodis non abſolutus, atque “ hi fuerunt primi duo Commentariorum quos toties “ promiſit: liber de terræ motu; liber de putredine “ ſolidas partes humani corporis corrumpente; libri “ de peſte tres emendatiores; de ortu metallorum, “ defenſio ad Jacobum Scheckium, cui adjungendus “ fuit Jac. Scheckii Apologeticus contra Annotatio- “ nes Agricolæ; Oratio de bellis Turcis inferendis, “ quos ita enarrari a Fabricio in Epiſtola ad Hæredes Frobenii, Albinus addit; Ex Epiſtola, quam Noſter ad Wolfgangum Meurerum Non. April. an. 1557. ſcripſit, in colligendis Agricolæ epiſtolis occupatum fuiſſe diſco: Ita enim ibi verba ſonant: Georgium “ Agricolam novi præ aliis tibi tribuiſſe plurimum, & “ Vir ille, qui judicare potuit, in hoc quoque ſuam “ prudentiam oſtendit. Ejus cupio colligere Epiſto- “ las & ad me ſcripta, quæ aliquid doctrinæ conti- “ nent, ſunt XXXVII. A te peto, quaſcunque habes “ mihi deſcribendas mittas, ut liber illo fiat ornatior: “ agam etiam cum Ebero & Peucero. Si quos alios “ noviſti, juva hoc propoſitum meum. Ab hæredi- “ bus non multa impetro: nec volo urgere niſi com- “ mode id fiat, & cum ipſorum benevolentia. “ Ex alia 16. Calend. Febr. a. 1555. exarata, quanta ipſos interfuerit familiaritas ita, ut Agricola opera Fabricii & conſiliis uſus ſit, aperte conſtat. Verba ibi

ita

ita ſonant: „Georgius Agricola mihi aliquantulum „temporis eripuit, qui nunc emendat libros de ſubterraneis, ut cum Metallicis uno volumine exeant, „qui ſæpius, quam antea, ad me de multis quæſtionibus ſcripſit quas invicem tractavimus, Tu ſi quid „habes, quod obſervaſti, rogo te, cum ipſo ut communices. Honoris totius Germaniæ intereſt, eos „libros eſſe quam abſolutiſſimos, ex quibus ego & „multa in natura & aliqua in arte differendi didici. Miſſis literis alia occaſione Cal. Decembr. a. 1547. ſollicitum ſuum pro amico animum iſto voto declarat: „Totus fui & adhuc ſum in libris Agricolæ, „quorum lectio vix credis, quam mihi ſit jucunda. „Is jam inchoavit libros de reſtitutione ponderum „& menſurarum; utinam in religione nobiſcum „ſentiret & ex ſubterraneis extolleret mentem ad „contemplationem auctoris earum rerum & meriti „Domini noſtri Jesu Christi, qui ut illum ſpiritu ſuo regat & Papiſticas & pernicioſas opiniones „evellat, ex animo precor. Imo & in alia ad eundem Meurerum Calend. Martii a. 1556. ſcripta, librum Agricolæ de putredine mittit & ornari edendum vult præfatione, ſcripſiſſe ſemet addens ad Baſileenſes, num opera ejus reliqua velint edere, petensque ut ſi nolint edere iſtum, ejus remittant exemplum, ut quod Illuſtr. Electoris mandato ſibi ſit commiſſum. Congruunt cum his ea quæ ad Paulum Eberum & Caſpar. Peucerum junctos 5. Calend. Maji a. 1557. una ſcripſit Epiſtola quam integram hic lubet inſerere. „Obitu Georgii Agricolæ, „Philoſophi præſtantiſſimi, magnum Respubl. literaria damnum accepit. Nam ea adhuc in manibus

nibus habebat monumenta atque opera, quæ ſi ſua" tractatione abſolviſſet, magnam multis obſcuris" rebus attuliſſet lucem & intelligentiam. Ego au-" tem cum ejus viri ſtudioſiſſimus ſemper fuerim," libenter colligerem omnia, quæ ille reliquit, in" quibus ejus diligentia & doctrinæ aliqua inſunt in" dicia: non ſolum propter amicum, quem obſer-" vavi & colui, verum etiam propter adoleſcentes" ſtudioſos, ſi qua inde ad ipſos perveniret non vul-" garis utilitas. Hæredes Principis Illuſtr. mandato" quædam mihi oſtenderunt, ſed multa eos preſſiſſe" ſuſpicor, vel non cuſtodiviſſe: nunc autem ejus" colligo Epiſtolas, quarum plurimæ ad me ſunt" ſcriptæ, & Wolfgangus Meurerus ad ſe ſcriptas" mihi impertivit. Non ignoro cum utriſque ve-" ſtrum illi interceſſiſſe ſcribendi conſvetudinem;" quamobrem ſi quid in Bibliothecis veſtris eſt," ejus generis literarum, in quo aut locos autorum" explicat, aut ſuam ſententiam exponit, aut veſtra" denique judicia exquirit: per noſtram amicitiam," per amici mortui memoriam, vos rogo atque oro," ut libro Epiſtolarum addendum mecum commu-" nicetis. Si miſeritis ipſa exempla, ſalva ad vos" redibunt, idque ego mallem: ſin in ea re aliud eſt" judicium veſtrum, modo aliquid mittatis, etiam" acquieſcam. Quanquam autem veſtris ingeniis &" meritis in Rempubl. imprimis clari & nominati" eſtis: tamen ad amplitudinem nominum veſtro-" rum etiam talis viri amicitia aliquid eſt adjectura" decoris. Valete feliciter & me, ut facitis, amate."

b) De *Rivio* ſupra nos quædam conſignavimus n. IV, diximusque ejus opera Theologica Baſileæ

per Jo. Oporinum a. 1562. lucem vidiſſe, quæ Alexius Prætorius, gener ipſius, D. Auguſto Electori, Rivianæ doctrinæ olim alumno, ſacravit. Rarior eſt liber quam ut paſſim reperiatur; quare non ineptum quid fecero, ſi titulos librorum hic apponam, qui in iſto continentur volumine. Sunt autem hi: „ de inſtaurata doctrina Eccleſiæ L. I. de con„ſcientia bonæ mentis L. III. de ſpectris ſ. ſuperſti„tione vetere L. I. de myſterio redemtionis hu„manæ L. III. de religione L. II. de vero amore „erga Deum L. I. de fiducia ſalutis propter Chri„ſtum L. I. de titulo Crucis Chriſti L. I. de Præ„ſidio Angelico L. I. de ſtultitia mortalium in cor„rigenda vita L. I. de perpetuo in terris gaudio pio„rum L. I. de felicitate ſeculi noſtri L. I. de ſpon„ſalibus ſine approbatione parentum irritis L. I. „Epiſtolarum de rebus Theologicis L. I. Com„mentariolus in Pſalmum XXXIV. L. I. Horum collectioni Albino f. 366. indicatæ iſta vitæ præmittitur deſcriptio, quam Hamburgenſis Polyhiſtor reliquis Georgii ſcriptis etiam addit p. 29. integram vero ſuis. Scholæ Annæbergenſis incunabulis inſeruit a nobis communicatam, & Notis quibusdam illuſtravit Celeberrimus Gymnaſii Altenburgenſis Director Chr. Frid. Wiliſchius p. 22. ſſ. Ceterum cum Albinus d. ſupra l. Fabricium Jo. Rivii opera in duos Tomos digeſſiſſe tradit, quorum primus libros Theologicos, alter opera ſcholaſtica complectitur, quem appellaveris Philologicum, ſciendum hic eſt, dolendumque iſtud ſimul, nonniſi priorem illum exiiſſe, id quod ex Catalogo etiam didici librorum per Jo. Oporinum impreſſorum, qui Orationi

tioni de Ortu, Vita & Obitu magni hujus typographi a Jo. Henrico Heinzelio in Academia Argentoratenſi recitatæ & Argentorati a. 1569. excuſæ ſubjicitur. Ut ad Rivii, cujus libris apud nos non majus pretium ſtatui Anglos mirari audivit Magnificus in Lipſienſi Academia non pridem ita Theologus Godofr. Olearius, ſanctius ſervandam memoriam nonnihil conferam, integrum hic apponam epitaphium, a Fabricio ſcriptum diſcipulo, prout in cœmeterio D. Wolfgangi prope Miſenam noſtram legitur, finiamque ita, quicquid hujus eſt de libris Fabricianis prolixæ ſatis narrationis. Ita vero id ſe habet: Jeſu C. Sacrum Jo. Rivio Atthendor. Viro" opt. & Magiſtro morum ſeveriſs. præclare de præ-" ſentibus poſterisque merito, ornato a Principibus," culto ab Eruditis, cum Anna conjuge, & Paulo" filio morbo populari extincto, hac terra condito" Georg. Fabricius Chemnic. Præceptori ſuo incom-" parabili. Obiit Cal. Januar. M D L I I I."

XXXIIII. Hæc eſt ergo librorum deſignatio, quibus ad literariam ſupellectilem incrementum Noſter attulit, inſtructasque Bibliothecarum copias auxit idque fuit aſſecutus adeo, ut poſt mortem etiam ſtudioſos diſcendi erudiret palam faciens ſimul, quam non compresſis, ut ajunt, manibus ſederit, neque torpens unquam ceſſatione, quam

laudabili otio ſuorum negotiorum intervalla ſolitus ſit diſpungere. Sunt ſuper hæc monumenta & alia quædam, quæ meditabatur Fabricius & in lucem emiſiſſet publicam, ſi paulo longius vitam licuiſſet extendere; imo & quæ typographis tradiderat jam abſoluta & poſtmodum tamen, neſcimus quo caſu, prelo non ſubjecta & editis aliis adjuncta. Ita Albino potisſimum tradente Carminum Liber tertius & Amorum filii Dei ſecundus & peculiaris unus Epiſtolarum carmine ſcriptarum nondum ſunt impresſi, neque Cyclops etiam Euripidis, quem carmine Latino reddiderat. Idem Albinus Libros II. Antiquitatum ab hæredibus Oporini detineri teſtatur, & miſſum Baſileam etiam Epigrammatum Romanorum argumentum a Noſtro ſcribit, qui & Sexti Amartæ Piſiſtrati libros de vitiis ſuorum temporum erat editurus, quin & in Bibliotheca Guelferbitana Topographiam ejus Miſniæ

αὐτόγρα-

αὐτόγραφον latere continentem digna notatu plurima de urbibus templisque & monaſteriis hujus provinciæ imo & ipſum ſe Chronicon Fabricii Chemnicenſe Manuſcriptum aſſervare docuit me Vir Clariſſimus & Antiquitatum Germaniæ Scrutator ſedulus Dn. M. Gotlob Valerianus Bruno, qui jam Dreſdæ agit.

Carmin. Libr. III., Amorum ſecundi, Epiſtolarum libri Albinus facit mentionem in Chronico Miſniæ f. 364. 365. ut & Cyclopis tranſlati, qui ſi fuiſſet editus, non fugiſſet ſagaciſſimum Fabricium in Biblioth. Græc. L. II. c. 18. p. m. 615. de Euripidis hac Tragœdia exponentem. Interim de eo & Michael Hempelius in Epitaphio Fabricio ſcripto V. 4. Nonnihil e tragico tranſtulit Euripide." Argumentum Epigrammatum in Roma ſua ſic ipſe indicat c. 1. p. m. 19: Jacobus Mazochius ingenti libro" urbis Epigrammata ex ære, ſaxis marmoribusque" incerto auctore congeſta edidit, quem librum nos" inſpectis locis plurimis & correctiorem & ſeptin-" gentis epigrammatis auctiorem habemus." Idem Albinus augmentum iſtud cum Antiquitatum libris III. & IV. & Sexti Amartii libro commemorat d. f. 365. Topographiam illam abſolvi uno cum dimidio Alphabeto, Chemnicenſe Chronicon vero dimidio ſaltim, monuit Vir doctiſſimus, & hoc ipſum quatuor repoſitoria exhibens, in percenſen-

dis Chemnicenſibus eruditis multum præſtare adjecit, quod Polyhiſtorem nobiliſſimum Dn. Jo. Conr. Knauthium vidiſſe itidem e ſchedula conſtat, quæ de ſcriptoribus rerum Miſnicarum ſub ejus exiit nomine.

XXXV. Non ex tot modo præſtantis ingenii monumentis ſed vel maxime ex inſigni diſcipulorum copia, quos inſtitutis ſuis exacte formavit ſolertesque dedit & Eccleſiæ juxta atque Reipublicæ concinnavit ſalutares, Fabricii noſtri judicanda ſunt merita. Fuit enimvero ipſius Schola præ ceteris plurimis ea ætate celebrata, in qua diſcentium vocibus ſtrepente jugiter formari & auditioni operari grande tum putaretur pretium, & ex qua prodierunt innumeri pene, quibus Viris deinde optimis & doctiſſimis gaviſa eſt patria, qui ſui Præceptoris memoriam pie coluerunt fidemque atque induſtriam grata ſemper voluntate ſunt complexi. a)

a) Eximia fuit commendatio Scholæ hujus noſtræ Provincialis, ex quo eam ab a. 1546. ad emortualem ſuum i. e. ſeptuageſimum primum ejusdem ſeculi Geor-

Georgius rexit. Præclari ſunt verſus Andreæ Ellingeri in Epicediis Noſtro ſcriptis, legendi D. I.

Non Iſocrate, Gorgia, Platone
Felices magis olim erant Athenæ,
Quam tu Miſna Georgio Magiſtro,
Qui tot diſcipulos bonos reliquit,
Huic fructum ingenuæ inſtitutionis
Acceptum referunt tot eruditi
Saxonum ducis undique ora in ampla
Quot ſe vere novo induunt comantes
In florem aureolæ arborumque gemmæ
Quot Trojanus eqvus viros & arma
Effudit latebris capacis alvi.

Sed & Schellenbergius in Carmine Annalibus ejus præmiſſo, quod non ſemel laudavi f. m. 67. ita de Noſtro:

Ipſe tuam dignis laudat cum civibus urbem,
Miſna per hos magnum nomen adepta libros;
Ipſe colonorum viva quoque voce tuorum
Pieria docilem format ab arte gregem,
Et quam præterea non una terra juventam
Miſnis in illuſtrem mittit ab urbe ſcholam,
In qua bis denos & tres jam durat in annos
Et gerit invicta Theſpia ſceptra fide
Commiſſam patrio complectens pectore pubem
Hanc ut filiolos curat amatque ſuos.

Iterumque:

Haud plures Minyas decora Hellados Æmonis Argo
Aurea ad Æææ vellera miſit ovis.
Nec plures Grajum proceres in capta profudit
Pergama fallacis venter acernus equi,

Quam Schola Fabricii juvenes emiſit in orbem
Præſtantes ſtudiis ingeniisque bonis,
Quos paſſim externi fines, quos Teutonis ora
Miſniæ & inprimis angulus omnis habet.

Neque Michael Neander ejus ludi præſtantiam voluit tacere ita in Dedicat. ſui Coluthi ad Andream Fabricium ſcribens Operis aurei p. m. 26. Ὁ γὰρ Γεώργιος, ὁ κατὰ τὴν ἡλικίαν πρεσβύτερος, οὐχὶ τὰ γράμματα εἰς τὰ μάλιστα ὠφέλησε, ταῖς αὐτοῦ διδασκαλίαις καὶ μαθήσεσι; οὐχὶ ὡς ὅτι πλεῖστοι ἐκ τοῦ διδασκαλείου αὐτοῦ ἦλθον τὴν φύσιν τε καὶ μάθησιν ἄριστοι, ὥσπερ ἐκ τοῦ ἵππου τοῦ ἐπὶ τροίης προβεβλημένοι; ὧν σπουδὴ τοῖς μὲν σχολαστηρίοις καὶ τῇ ἐκκλησίᾳ χρήσιμος ὢν τυγχάνει, αὐτῷ δὲ γεωργίῳ τούτῳ τοιούτους αὐτοὺς πεποιηκότι, τὰς τῶν τιμῶν ἀρχὰς φέρει. De multitudine diſcipulorum præclara, qui bene omnes educati Eccleſiam & Rempubl. inſigniter ornarunt, Dreſſeri audiamus verba in Oratione de Georgio Fabricio in Rhetorica ipſius legenda p. 763. 764. ita ſcribentis: „Etenim cum ex opere effecto æſtimari „ſoleat artifex: fuerunt permulti nobiles, virtute, „eruditione, facundia, autoritate præſtantes viri, „quorum induſtria partim in aula Saxonica publice „tanquam lumen luxit, partim in judiciis diſceptationibusque publicis & privatis abunde conſpecta „eſt. Fuerunt in Eccleſiæ muneribus atque functionibus multi viri literati, qui docendo ſanctum Dei „verbum multis prodeſſe, jacentes erigere, ſecuros „terrere & exanimatos ex faucibus & ore Satanæ infernique ereptos ad ſpem vitæ atque lætitiæ ſempi-

ternæ

ternæ excitare potuerunt. Nec defuerunt, qui" paſſim in ſcholis alios viciſſim ſalutari doctrina" erudierunt & utilitatis fructum magnum communi" vitæ præbuerunt. Atque illi quidem omnes me-" mori mente, gratoque ore id quod ſciverunt, ſi" non omnino, multo maxima tamen ex parte Fabri-" cio acceptum tulerunt, ingenue, per quem profe-" ciſſent, profitentes. Fabricii enim diligentiam" prædicarunt, fidem admirati ſunt, & induſtriam" ſuſpexerunt. Quin illi ipſi etiam, qui ex ludo ejus" & diſciplina in bellum profecti ſunt, ejus inſtitutio-" nis piæ fructum aliquem absque ulla dubitatione" perceperunt, quoties admonitionum ejus ſedula-" rum de cultu pietatis, & pœnis horrendis contem-" tus DEI, & violationis juſtitiæ recordantur," quæ ipſa, ut maximam orationis ejus partem leges in Adami Vitis etiam Philoſophorum f. m. 118. Ceterum diſcipulorum iſtorum, plerorumque tantus erat amor in Præceptorem, ut, quod Selneccerus in Præfat. Axiomatum Scripturæ Andreæ Fabricii ſcribit, ipſum e terra vel unguibus vellent effodere, ſi DEO ita placeret.

XXXVI. Foret operoſum & vanus omnino etiam conatus, ſi diſcipulorum omnium conſignare vellem nomina; ſaltim ergo aliquot non levis notæ Viros & ad ampliſſimas dignitates evectos pleroſque hic apponam, qui Fabricio uſi ſunt Magiſtro & ipſius doctrinæ,

 quic-

quicquid laudis conſecuti fuerunt ſe faſſi ſunt debere. Citabo ergo ex Nobilium ordine hic Damianum Pflugium, Laurentium Schœnbergium, Nicolaum Niſchvizium, Euſtathium Minckvizium, Jo. Cracovium, Carolovitios fratres, Chriſtophorum Schleinizium & cum Jo. Lauterbachio in Noſcovviz, Andream Caſparem Ebelebium, omnes diſcipulos Noſtri & diſciplinæ ejus ſanctisſimos Alumnos. a) *Siſtunt ſe divini verbi interpretes præ aliis ad honores evecti Georg. Martinus Strigenitius, Henricus Joachimus Engelhardt, Theophilus Glaſerus;* b) *quibus comites eunt JCTI eximii, Laurentius Finckelthaus, Chriſtophorus Curio, Paulus Vogelius, Ludovicus Joh. Lauterbach & Philippus Camerarius cum fratre Medico.* c) *Surgunt quin imo Profeſſores in Academiis, clari ex doctrina nobilesque, Georgius Berſmannus, Jacobus Strasburgius, Simon*

Stei-

Steinius, Sebaſtianus Schefferus, d) *&* *qui in Scholis docentes ſuis partibus ſtrenue ſunt defuncti, Nathan Chytræus, Michael Boemus, Chriſtophorus Schellenbergius, Michael Hempelius, Thomas Faber & Thomas Pitſchius atque tanti Doctoris præceptis ſaluberrimis ac inſtitutione ſe formatos eſſe laudi ſibi ducunt prædicantque*. e)

a) *Damiani Pflugii*, quem Andreas Fabricius ſub Georgio fratre in Schola Electorali commilitonem habuerat, ita Conradus Porta in Orat. de Vita & meritis Andreæ, quæ Neandri Theologiæ ſubjicitur, lit. G g 2. mentionem injicit: Libet in præſentia " ex multis unius tantum mentionem facere, Da- " miani Pflugii, nobilitate ſtemmatis, fortitudine " bellica, ſapientia & autoritate præſtantis, Illuſtriſs. " Sax. Electoris Auguſti paucis abhinc annis ſupremi " in hoc Comitatu Mansfeldico Inſpectoris. Is " adeo non depoſuit Andreæ Fabricii in ludo, de " quo diximus, illuſtri commilitonis memoriam ut " viduæ & pupillis præ multis aliis liberaliſſime be- " nefecerit, de ſuo non exiguos ſumtus ad ſtudia filii " Theodoſii ſuppeditando & impetrando eidem ac " matri viduæ & pupillis reliquis centum triginta flo- " renos ab Illuſtr. Principe Electore, quo commo- " dius ſe ſuſtentare poſſent." *Laurentius a Schœnberg* Dynaſta Regensbürgi Conſiliarius floruit Auguſti Electoris & rerum metallicarum Præfectus. Ei

Micha-

Michael Hempelius Carmen Epitaphium inſcripſit in obitum elaboratum Georgii & ſeorſim editum Witebergæ a. 1578. in 8vo, ſubjectum vero etiam Fabricii noſtri in Geneſin Commentario, ubi inter cetera:

Decus Magiſtris eſt piis ac ſedulis
Deique donum maximum
Videre diſcipulos pios, qui patria
Sint utiles Eccleſiæ
Probentur aulis Principum cum laudibus
Præſintque civitatibus
Hos inter unus ſtirpe de Schœnbergia
Sat nobili proſapia
Laurenti alumnus cum fueris Georgii
Junctus mihi triennium
Pietas, fides, integritas, prudentia
Inſignis & ſpectabilis
Qua præditus, ſit nota noſtro Principi.

Et infra:

Triceſimus nunc annus eſt, quo nos Schola
In Fabrici una viximus.

Eundem Noſter Jo. Sturmio commendat Epiſtola, quæ mihi obvenit e κειμηλίοις Schubarthianis, miſſa Idibus Martii 1557: „Has literas Laurentio Schœn-„bergio, ſcribit Fabricius, honeſto ac nobili ado-„leſcenti dedi, quæ familia habuit Oratorem Car-„dinalem, & ut aditum illi facerem ad Te ſtudiorum „gratia & ut poſt quadriennium Tuas aliquando „elicerem. Alius eſt Nicolaus Schœnbergius Nicolai F. cui datum teſtimonium an. 1560. VI. Id. Aprilis, ubi ita: „Veræ nobilitatis indicia in eo „fuerunt, Pietas erga Deum atque Præceptores, ſtu-

ſtudium bonorum morum atque artium, modeſtia"
in vitæ conſvetudine cum aliis ſtudiorum ſociis."
Quod *Niſchvvizium* attinet, ſcripſit & hic Epitaphium Præceptori, quod Epicedio a Chriſtophoro Curione confecto & Vitebergæ 1571. in 4. edito adjungitur, in quo ita ille:

Septima namque mihi (memini) jam ducitur ætas
Poſtquam adoperta gelu ſexta cucurrit hyems;
Miſniaci ingreſſus primum tum limina ludi,
Caſtalidum cœpi te Duce caſtra ſequi.

Euſtachium a Minckvvitz a Fabricio formatum fuiſſe e Berſmanni diſco Poematibus, quippe qui Elegiam peculiarem Poem. P. I. p. 29. legendam Lipſia novus tum ejus civis Miſenam ad Euſtachium miſit, in qua inter alia:

Ille mihi longo junctus Minckvizius uſu
In ſtudiis hæret Pieridumque mora.
Nunc manibus verſans Peligni carmina vatis,
Nunc ejus claudens verba ligata modis.

Eſt in manibus etiam teſtimonium ludo huic valedicenti 7. Calend. Maji 1559. ſcriptum, in quo ingenio præditus felici minime contemnendam in literis operam poſuiſſe perhibetur. *Jo. a Cracau*, ad quem agentem in familia Carolovicii, qui Imperatori Maximiliano II. apparebat, nonnullæ Noſtri Epiſtolæ ſub finem Origin. f. 885. reperiuntur, has Præceptori optimo fatis functo ſcripſit lacrimas, quas Epitaphiis Carminibus a Jacobo Fabricio fratre Lipſiæ 1571. junctim editis in 4to ſpectavi inſertas:

Si tua culte negem Fabrici me fata dolere,
Indignus meritis arguar ipſe tuis,

Qui

Qui me formaſti primis Præceptor ab annis
Ceu ſobolem fidi ſedula cura Patris.
Sed doleo tibique has lacrimas, hæc carmina ſolvo
Ingrato peragens munera juſta tibi.
Heu! cur viventi me reddere præmia morum
Quos tu feciſti, Parca maligna vetat.

Huic ex Afraneo hoc exeunti hoc elogium dedit Noſter 17. Cal. Septembr. 1582. ſcriptum: „ In ejus „moribus honeſtas fuit & cupiditas diſcendi, fecit„que progreſſus laudabiles in primis artium fun„damentis. Non deſiderarunt in eo pietatem erga „ſe Præceptores, non officia benevolentiæ ſtudio„rum ſocii, cum quibus omnibus vixit, ut bene or„tum & bene moratum decet. *Carolovicios fratres*, Chriſtophori, Summi Viri, quem modo dixi filios, domi ſecum habuit Noſter, quos, cum a. 1570. decumbentes graviter convaleſcere iterum contigiſſet, in Epiſtola ad Joh. Cracovium mirifice lætatur, ex qua ſupra ubi de Originibus Saxonicis actum eſt, aliquid excerpſi huc trahendum. *Chriſtophori Schleinizii* carmen extat nuptiis Fabricii ſuo & fratrum nomine ab ipſo confectum, in quo:

Præceptor gaude tecum ſortite puellam
Inſignem & forma & laude pudicitiæ.

vid. Carm. Nuptial. a Jacobo fratre collecta & impreſſa per Oporinum p. 116. 113. 114. *Ebelebio* Dn. in Wartenburg querelam ſuam de obitu G. Fabricii Lipſiæ 1571. cum aliorum excuſam Epicediis, Gregorius inſcribit Berſmannus, ita Virum illum præſtantiſſimum compellans:

Incluta Eblebiæ propago gentis
Andrea, decus & perenne clara

Pu-

Pubis, quam Fabrici ſchola erudivit
Cultam literatisque moribus.

b) Inter Theologos primus occurrit *Martinus Henricus* Saganenſis, qui Profeſſor Philoſophiæ Vitebergæ circa a. 1573. floruit, & Theologiæ deinde Profeſſoribus additus eſt ibidem vid. Sennerti Athenas Vitebergenſes p. 142. & 134. Hic ſicut Nuptias Georgii Elegia, quæ in Nuptial. Carm. collectione p. 39. legitur: ita funus etiam carmine ornavit, quod cum Hempeliano ſupra d. una typis eſt impreſſum, in quo ita Henricus poſt alias beate defuncti laudes:

At tua ſcripta vigent merito Præceptor amande
Nominis atque tui fama perennis erit.

Georgius Strigenitius, Paſtor & Superintend. Miſenenſis, in ſermonibus de ſcholarum ſtatu, ad populum habitis, lepidum aliquid memorat, quod huc transſcribere non dubitamus: *Ich erinnere mich izund allhier einer Hiſtorie, die ich von meinem lieben Præceptore Herrn Fabricio gehöret habe, der ſagte uns ſeinen Schülern, er hätte einen gekandt, der mit ihm zu Leipzig auf der Univerſität ſtudiret, darnach ſich zu einem Kauffmann begeben hätte, und in Dennemarck gezogen wäre gen Lübeck, Hamburg, Danzig, der wäre hiermit ein Bauer worden, ja der Allergröbſte, als er ſein Lebstage einen geſehen hätte, der ſey einſten in der Fürſten-Schule anhero kommen, habe im Auditorio die Tafel angeſehen, die Griechiſchen Verſe exponirt, und zum Herrn Fabricio geſagt; Siehe Görge biſt du da? und zu Matthia Dabercuſio; Siehe Maz lebſt du auch noch?* *Joachimus Engelhardt* Præpoſitus & Superintend. Schliebenſis tantum

tum ſub hoc ſuo doctore literis profecerat, ut abſentibus Præceptoribus munus docendi publicum obiret ipſorum juſſu. Is cum filiis Pauli Noviomagi qui Regi Daniæ a Concionibus aulicis fuit, ex hoc noſtro Gymnaſio in Daniam eſt profectus, & rediens inde illam, quam dixi, nactus eſt ſpartam. vid. Curriculum Vitæ ejus, quod funebri ſermoni a Feliciano Claro Superintend. Herzbergenſi habito additur. *Theophilus Glaſerus*, Patrem habuit Petrum Paſtorem primum in pago Rennersdorff, deinde in Electoralis Dreſdæ templo D. Virginis & in templo a S. Cruce nomen habenti Concionatorem, imo & Electoralis Conſiſtorii Aſſeſſorem, qui prout ſacro baptiſmi lavacro abluendus ſuſceptorem nactus fuerat cum Commerſtadio, Auguſto Electori a Conſiliis & Martha Schœnfeldia Georgium noſtrum Fabricium, ita & huic a. 1567. traditus in diſciplinam quadriennium in Schola egit illuſtri, fecitque ibi & in Academia Leucorea tantos deinde progreſſus, ut cum in pago Reinhardogrimma docuiſſet aliquamdiu, Dreſdam vocaretur a. 1591. & capeſſeret Paſtoris itidem atque Epiſcopi munus, ſtrenuus ſemper in perpurgandis a Crypto-Calviniſmo Eccleſiis, mortuusque a. 1603. de quo Celeberrimus Schlegelius in Vita ejus ſ. tertio Superintend. Dreſdenſi p. 117. & p. 119. Eſt Epiſtola ad Petrum Glaſerum a Fabricio a. 1556. die 3. Julii ſcripta, in qua, in Vita Lutheri, quam Junckerus nummis ornavit p. 128. integra comparente, ſcholam ipſi commendat iſtis gravibus verbis, quæ animum Noſtri rectioris fidei tenaciſſimum produnt vigilemque, pro eadem ſervanda. „Commendo pietati Tuæ noſtram ſcho-

ſcholam; nam ſerpens ille grandis adverſarius" Chriſti non deſiſtit nos impugnare. Niſi enim" omnibus careo ſenſibus, videtur mihi id agi, ut quo-" niam illa hypocritica ſublata eſt, Dei unius benefi-" cio, nunc etiam *μυρμηκία* noſtra vaſtetur atque" concidat aut in *σφηκίαν* convertatur. Verum id" minime aperte fit, ſed tentatur iis modis, qui eſſe" poſſunt noxii & ſunt certe. Quamobrem qua-" cunque re potes, ſcholaſtica negotia apud Illuſtr." Principem promove." c) *Laurentius Finckelthaus* qui J. U. D. & Reipubl. Lubecenſis fuit Syndicus, & cujus Oratio de certitudine Jurisprudentiæ & caufis mutationis legum una cum Poematibus ejus Roſtochii a. 1598. in 4. lucem vidit, ſe diſcipulum profitetur Georgii in verſibus funebribus hujus ſacratis memoriæ inter Epicedia E 2 & in Poematibus modo dictis X 2. *Chriſtophori Curionis* Lipſienſis Epicedion ſeorſim excuſum habetur Vitebergæ 1571. in 4to, in quo ita ille non ineptus Poeta:

Non certe optarim, quantum vehit Albis arenæ
Aurum, vel cunctas quas legit Indus opes,
Quam quod ſub tali licuit vixiſſe Magiſtro
Ejus præceptis admonituque frui.

Paulus Vogelius J. U. D. Conſiliarius Saxonicus & Canonicus Martisburgenſis utique ad diſcipulos pertinet etiam Noſtri, quippe cui nuptias cum Magdalena Nævia an. 1563. celebratas ita gratulatur Chriſtophorus Schellenbergius Carmin. L. II. J 3. 6.

Mox ſub militia tecum verſatus eadem
In ripa ſtudiis nobilis Albi tua,

Hic ubi Fabricius teneris Heliconis alumnis
Aoniam e Phœbi fonte propinat aquam.

Jo. Lauterbach in Noſcowiz e celebri in Sileſia gente prognatus J. U. D. & Sax. Electoris Conſiliarius „Poeſin Jurisprudentiæ velut ſalem & condimen„tum adhibuit, qua ſvaviſſimas famæ cupedias toti „literatorum cœtui feliciter expoſuit, quæ ſunt Freheri verba, ſcripta ipſius a. 1593. mortui enumerantis in theatro f. 931. 932. In hujus Poematibus quæ Witebergæ a. 1591. exierunt P. 2. extat Epicedion, quod Georgio Fabricio ſuo Præceptori ſcripſit, in quo molliſſime fluente inter alia ſic:

Sancte ſenex morum rector ſtolidæque juventæ
Qua monſtrante ſacro pocula fonte tuli,
Quam veneranda fuit tua quam mibi dulcis imago,
Ut tua vox noſtra ſvavis in aure fuit?

Philippus Camerarius Joachimi filius J. U. D. Noricæque Reipubl. a Conſiliis is eſt, cui Georgius Berſmanous ſuam Enarrationem in Virgilii Georgica dedicavit a. 1585. in qua quod Commilitonem eum habuerit in Afrano ludo prædicat, & quod mentis erectæ ardore Muſas coluerit, his dignis lectu verbis commemorat: „ſubjiciebat autem nobis gratam „imprimis commemorationem mentio Præceptoris „noſtri omni liberali doctrina politiſſimi Georgii „Fabricii, qui cum a patre tuo, Viro clariſſimo, in „ludum illuſtrem, tanquam ad mercaturam earum „artium, quæ omnium diſciplinarum fundamenta „& ſunt & perhibentur, miſſus eſſes deque manu „quod ajunt, in manum illi traditus, me tibi ſtudio„rum & contubernii ſocium adjunxit ut & diſcere„mus una & habitaremus. Fuit omnino, fuit, Philippe,

lippe, nobis perjucundum, ſermone honorifico" uſurpare memoriam illius Viri, quo & ſtudiorum" moderatore peritiſſimo ac morum formatore fide" liſſimo, uſi ſimul fueramus. Qui non modo hor-" tatu præceptisque, quod meminiſti, ſed ſuo etiam" exemplo augere in nobis ſolebat ſtudii ac diligen-" tiæ aſſiduitatem acuente eandem & quaſi inſtigante" condiſcipulorum quoque noſtrorum in illo ſpatio" nobiſcum decurrentium, æmulatione. Et ardebat" enim tum cum alacritate diſcendi in animis omni-" um cupiditas quædam veræ laudis & urgente uno-" quoque curſum, quem poterat, indecorum duce-" batur, in poſtremis relinqui. Quod ſi quem inge-" nii vis defecerat, haudquaquam ille ſpe infracta" aut langueſcente ſtudio ad otium & inertiam de-" volvi, ſed naturæ impedimenta ſuperare labore &" induſtria. Atque memini ego nos, Philippe, in" hac ſedulitatis & curæ contentione cum diurna" opera antelucanam conjungere exercitationem, ut" neque dies ſolum nobis ſine linea, ſed ne tempus" quidem, quod natura quieti conceſſerat, ſine labo-" re prorſus præteriret." d) Frater hujus eſt *Ludo-vicus*, & ipſe Fabricianæ olim alumnus doctrinæ, qui Medicæ arti deinde operam dedit. Is, cui No-ſtrum Grammaticorum veterum collectionem in-ſcripſiſſe ſupra monui, præceptoris ſui injecit men-tionem in Dedicat. Homiliarum patris Græcarum ad Jo. Comitem a Hardeck Lipſiæ 1573. ſcripta, ita inquiens: Primis literarum rudimentis imbuebar" in illuſtriſſimo ludo Miſenæ, ubi Magiſter tunc erat" pietate, virtute, doctrina excellens G. Fabricius, de" cujus inſtitutione & diſciplina & poſſum vere &"

 ſoleo

„ſoleo impune gloriari. Idem Epicedion mortuo confecit reperiundum inter reliqua a Jacobo Fabricio collecta lit. J. Hic 1560. in his caſtris Miſnicis militavit, quantum ex Epiſtola colligo Noſtri ad Joachimum Patrem eo anno ſcripta, quam, e χειμηλίοις Schlegelianis ad me cum aliis perlatam, comitem dederat, iter ad Patrem ægrotum aliquantulum, ingredienti. Nominat & hunc D. Ludovicum Camerarium in deſcriptione horti quæ Annalibus Miſenenſibus ſubjicitur f. 121. a quo plantas nonnullas acceperat. e) Inter eos, qui ex Inſtitutione Fabricii ita profecerunt, ut in Academiis cum laude docere poſſent Juvenes *Gregorius Berſmannus* primo loco debet memorari. Is Annæbergæ natus a. 1538. patre Henrico Berſmanno pauperum ærarii Præfecto in hac noſtra ſchola ſex egit annos & confectis in Academia ſpatiis & luſtrata Italia in ſchola Portenſi aliquamdiu docuit Collega, inde Vitebergæ per tres annos & deinde Lipſiæ Profeſſorem egit in Joachimi locum ſuffectus, ac tandem Serveſtam accitus Gymnaſio iſti per ſex fere annos præfuit Rectoris dignitate ornatus, a quo literaria respubl. præter Poemata Commentarium in Libros Virgilii Georgicos, Ovidii, Horatii, Lucani Opera recognita, Notas & Scholia in Ciceronis quædam, cum Paraphraſi Pſalmorum poetica habet, mortuo 1611. de quo P. Jeniſius P. I. Annal. Annæberg. p. 73. & Adamus in Vitis Philoſophorum f. m. 234. videndi. Hunc inter reſtauratores humaniorum literarum merito refert Burckardus ad Hieronymi Wolfii & Andr. Ellingeri provocans teſtimonium de lingvæ Latinæ in Germania fatis c. 16. p. 496. Ac ſane inter præſtan-

ſtantiſſimos Noſtri diſcipulos iſte referri & γνήσιον jure dici debet ipſius παίδευμα, de quo graphice Schellenbergius:

Dicite quam fuerit docili puer indole præſtans,
Pectore ſalvantis quam metuente DEI,
Obſervansque domi patris matrisque forisque
Alterius cultor Fabricii usque patris,
Quem tantum poterat ſi quiſquam æquare magiſtrum,
Berſmannus ſtudii per genus omne poteſt.
Major humati eſſet Fabrici jactura, ſuperſtes
Magnum hujus juvenis ni foret ingenium.

vid. Poemata Berſmanni P. I. p. 116. Laudat hic Præceptoris ſui in ſe formando induſtriam, & cum a teneris ungviculis Poeticam ſingulari complexus eſſet amore, ejus tum doctrinam, tum exemplum, non parum ſibi emolumento fuiſſe perhibet. Acu-" ebat, ſcribit, hanc ſtudii mei contentionem, &" currenti (ut eſt in proverbio) calcar addebat Præ-" ceptor meus Georgius Fabricius, quo mihi non" absque ſingulari Dei benignitate uti contigit Magi-" ſtro & informatore ineuntis adoleſcentiæ meæ." Qui cum omni liberali doctrina eſſet politiſſimus" & poeticæ inprimis gnarus, non modo ſcientia me" augere poterat,, ſed etiam exemplo, in Dedicatione Poemat. a. 1592. ad Jo. Poſthium ſcripta. Alibi in Querela ſcilicet de obitu Fabricii, quod carmen profecto παθητικώτατον eſt, ita ſcribit:

O! meritis mihi cara tuis ſchola Miſnidos urbis
O! mihi poſt patrios proxima cura lares.

Poemat. P. I. p. 224. & p. 226. claram cumprimis affectus ſui erga Præceptorem dat ſignificationem:

Gratia magna Deo, primis qui protinus annis
Luminis aſpexit me meliore nota.
Non modò Fabricio darer ut formandus alumnus,
Colloquio fruerer ſed propiore viri,
Quo neque maluerim, quicquid locupletibus undis
Deſpumat fulvi ripa beata Tagi.
Nec quod thuriferis Panchaïa mittit arenis,
Aut Erythræa cavo tegmine concha gerit.
Is mihi tradebat Præcepta ſalubria vitæ,
Arcens a vitiis & facienda monens.
Is mihi pandebat doctas, quas noverat artes
Sedulus ingenii cultor, amansque mei.
Ille meis dubia quaſſatis ſorte malorum
Confugium Muſis, ille levamen erat.
Pars mihi laudis erit ſub te didiciſſe Magiſtro
Juncta quibus deceat claudere verba modis.

Alibi in Elegia ad Jacobum Strasburgum Fabricii erga hunc & ſemet merita extollit, ita canens Poemat. P. I. p. 297.

Quas Tibi, Fabrici, ſolvemus pectore grates?
O bonus amborum Tiphys & Automedon,
Qui noſtros ſtudio mores compones & arte
Dii faciant horum præmia ferre queas.
Cujus opus, ſeris quicquid profecimus annis,
Cujus opus, gratis quod licet eſſe reor.

Eundem in verſibus de ſuæ matris obitu p. 303. ſic compellat:

FABRICI, omnibus e meis Patronis
Antiſtes mihi & his & his & illis.

Et ad Ebelebium p. 306. de eodem:

- - Tibi vera nam fatebor
Nil cari mihi fata poſt parentis

Hujus,

Hujus, quam gemo, morte luctuoſa
Adverſum magis accidit miſello.

Hujus ſui egregii Patroni nuptias carmine celebravit legendo in collectione Nuptialium a Jacobo fratre curata p. 65. & in Poematibus P. I. p. 27. tabulas etiam Grammaticas ornavit verſibus, legendis in earum fronte, & in Poemat. p. 136. & Epicedio tandem obitum deploravit Beati, quod reperies in Epitaphiis Carminibus ab eodem congeſtis fratre D 3. & in Poematibus P. I. p. 221. Neque vulgarem in modum Berſmannum amavit Fabricius, quem in Italiam euntem Carolo Sigonio commendaverat teſtibus Schellenbergii verſibus ita Bononiam ipſumque προσφωνῦντος Sigonium:

Miſniaco juveni pretioſa magiſtra, Sigoni
Tuque admirandus Carole doctor eras,
Qui tibi Fabricio quoque commendante placebat,
Commendabilior laudibus ipſe ſuis.

Ad quem literas exaravit identidem plenas amoris & humanitatis, quarum conſpiciuntur nonnullæ ſub finem P. I. Poematum p. 326. 330. 333. 334. 335. in quarum una p. 334. Horatii locum Carmin. 17. exponi & natalem ſive γένεσιν Principis Poetæ monſtrari ſibi cupit, quod eſt argumento, quale fuerit optimi Viri de hoc ſuo olim auditore judicium. *Jacobus Strasburgus* Fribergenſis, qui Lipſiæ humaniorum literarum Profeſſor fuit, Præceptorem ſe habuiſſe Fabricium in Epithalamio ipſi facto p. 34. collectionis ſæpius dictæ teſtatur ita canens;

Urbs quoque Chemnicium, quæ Caſto ſubdita monti,
Et fluvii nomen prætereuntis habet:

Fabricio nunc cive ſuo tumefacta ſuperbit,
Quod fuerit tanto patria facta viro,
Pierios latices qui ſacrum duxit ad Albim,
Et mea Pieriis ora rigavit aquis.

Et in Epiſtola nuncupatoria præmiſſa collectioni carminum quorundam Petri Lotichii Secundi Lipſiæ A. 1561. abſolutæ, hoc ei perhibet teſtimonium: Fabricius in me tum juvando tum ornando (ut facile poſſis agnoſcere Præceptorem) ſemper fuit occupatiſſimus. Ipſe Georgius Strasburgi nuptias cum Magdalena Blasbalga carmine decoravit ſeorſim excuſo Lipſiæ A. 1561. ſicut in pari ſolennitate eandem Georgio Strasburgus præſtiterat operam, vid. Epithalamia Fabriciana p. 107. Extat in dicta modo Epithalamiorum collectione duplex quoque Carmen *Simonis Steinii*, qui & ipſe aliquandiu Afranis alumnis fuerat adſcriptus, Lomacenſis nativitate, & magnum oppiduli vicini decus, quippe qui Heidelbergæ floruit Profeſſor & vitam Septem-Viri Mauritii carmine deſcripſit Græco, tum & controverſia cum Gretſero innotuit, cujus libros V. Apolegitici pro Vita Ignatii Lojolæ, a Petro Ribadeneira edita, contra calumnias cujuſdam Simonis Lithi Miſeni Calviniſtæ novimus extare & hunc Steinium eſſe in Struvii Actis liter. faſcicul. VII. p. 11. docetur. Peculiaris eſt hujus Steinii Oratio in obitum Caſp. Peuceri d. 20. Octobr. A. 1603. habita & Serveſtæ impreſſa, in qua Peuceri prædicat in ſe ornando ſtudium, perficientis, ut ludo Budiſſino daretur Rector, & revocatus mox Torgavienſis ſcholæ gubernationem conſequeretur, in quo oppido ſcribit p. 67. „ erudiendæ adoleſcentiæ operam

navavi

navavi non omnibus gratam, propterea quod ſu-" ſpectus eſſem de Calviniſmo, quod abhorrerem" ab Ubiquitatis monſtro & oralis manducationis" portentis. Narrat deinde, ut a Joachimo Camerario ad capiendam Græcæ lingvæ & Ethices profesſionem in Academiam Jenenſem debuerit ablegari, ſed interceſſerit Peucerus, quo minus obtemperaret, his quidem verbis quod Academia Jenenſis quarto quoque anno aut faceret aut pateretur mutationem p. 7. quodque ejusdem Peuceri opera in Marchiam tandem ſit deductus ad gubernationem novæ Scholæ in urbe Brandenburgo p. 8. commemorat. A Præceptore ſuo Georgio doctrinæ puritatis nimirum tenaciſſimo ſicut in errores plurimos dilapſus non potuit non diſſentire Steinius: ita non eſt mirandum, quod hunc expertus fuerit ſibi adverſantem, cum ad novum juventutem docendi munus aliquando deberet evehi. Adſcribam ipſa Steinii verba ex Oratione modo nominata, quæ licet animum prodant exulceratum, integritatis tamen Fabricianæ, in qua nullum inſideret crimen, perhibent teſtimonium. Ita vero p. 17. ſq. pergit perorando: Atque hujus temporis recordatio admonet me be-" neficii à Peucero accepti, quod propter magnitudi-" nem mea æſtimatione reticere non debeo. Eram" tum Budisſinæ, miſſus eo ut ante dixi ad Scholæ" inſtaurationem. Interim Dresdæ ſuaſu & impul-" ſu quorundam Eccleſiæ miniſtrorum, qui mei con-" diſcipuli in illuſtri ludo Miſenenſi fuerant & in" Academiis ſtudiorum ſocii, in Senatu de me ad pri-" mariam Scholaſticæ functionis provinciam arceſ-" ſendo, conſultatum fuerat. Quia autem conſtabat,"

„me Georgii Fabricii diſcipulum fuiſſe, monuit ſummus oppidanæ Eccleſiæ Paſtor, quem vulgo Superintendentem appellant, ut ante vocationem Fabricii ſententia expeteretur. Ablegati igitur ad illum duo; unus ex Senatu, alter ex Miniſterio. Fabricius ubi intellexit quid actum eſſet, ſi me, inquit, audire vultis, ab hoc homine vobis cavebitis quem ſcio eſſe archiſacramentarium. Illi παραδόξῳ & propemodum importuno reſponſo perturbati diſcedunt, meque paulo poſt, de omnibus, quæ deliberata fuerant edocent. Ego ſtomachari & indignatione literas exarare, quibus expoſtulabam cum ipſo, quod nulla affinitatis ratione habita & affectionis paternæ, qualis Præceptorum ergo diſcipulos eſſe ſolet, commodis meis & honoribus obſtaret, quorum ſi non autor ſaltem adjutor eſſe debebat. Has literas una cum earum exemplo ad Peucerum, qui tum Stolpenæ in vicinia apud Electorem commorabatur, miſi rogavique, ut ſi putaret eas recte reddi poſſe ad Fabricium perferendas curaret; ſin minus, ut conſcinderet vel abjiceret. Peucerus literas ſuppreſſit, reſcripſitque, ſe nuper adeo in tranſitu certis indiciis deprehendiſſe, Fabricio vitam diuturnam eſſe non poſſe. Quod ſi forte accidat, ut lectionem literarum mearum iracundius ſcriptarum commotiuncula aliqua animi gravior conſequatur & morbi ſævitia irritata Fabricium extingvat, futurum, ajebat, ut omnes me mortales execrarentur, qui Præceptoris de me adoleſcente optime meriti quaſi parricida eſſem. Vix literas Peuceri legeram, cum nuncius allatus de obitu Fabricii, (quem repentina ἀποπληξις miſeriis hujus vitæ eripuerat)

&

& Peucerianæ conjecturæ ſagacitatem comproba-" vit & me conſcientiæ ac exiſtimationis periculo" liberavit. Ceterum adſervo teſtimonium Fabricii diſcedenti ex hac ſchola Steinio Prid. Idus Sept. A. 1558. datum, in quo dicitur ingenium habuiſſe ad" artes diſcendas aptum idque excoluiſſe ſtudio &" diligentia, inprimisque pietate & obſervantia erga" Præceptores & modeſtia in convictu ſociorum fuiſſe" gratus & acceptus. *Sebaſtianus Schefferus*, venu-" ſtiſſimi ingenii Poëta Altenbergam, montanum" Miſniæ ad Bohemiæ fines oppidum patriam habuit" & Magiſtrum veneratus eſt Georgium. Extant ejus Poëmata Francofurti A. 1572. in 8. edita, in quibus & Elegiarum quidem L. I. p. 9.

Tu mihi diſcipulo præcepta fidelia Rector,
Vim DEUS; huic propior dux alimenta dedit,
Dux ſacer Auguſtus.

Epigrammatum vero L. IV. p. 144. in tumulum Georgii Fabricii Præceptoris deſiderabilis verſus extant. Subjicitur Epigrammatibus Eteoſtichorum liber, in quo p. 151. annus 1560. quo in ſcholam illuſtrem miſſus & an. 1566. quo ex eadem Lipſiam demigravit, his verſibus ſignantur:

FInIs erat MaIo ſChoLanos ApoLLIne natos
prInCIpIs æterno FabrICIana CapIt.

Et

Poſt ſeX oCCaſVs VbI LVX fVgIt aLtera MartII
Nos reCIpIt graVIbVs LIpsIa pLena VIrIs.

Eſt & Carminum liber unus, in quo p. 188. b. gratum ſuum animum erga ſcholam illuſtrem nutricem almam, & pia & eadem ſcita etiam compellatione, ita declarat:

Per-

Perpetuo vireas, ea nunc tibi vota relinquo,
Hortule cœleſtis fructibus apte ſoli.
Purpureas gremio variis & odoribus herbas
Dulce DEO, nobis utile, munus alas.
Bis duo cultores tibi ſunt, non putribus undis,
Sed tua qui puro viſcera fonte rigant.
Quorum ſedulitas, ars laudatiſſima quorum
Ne rudis aſſveſcat creſcere lappa vetant.
Hos florere viros tecum precor, altera donec
Nos Paradiſiacis vita reponet agris.

e) Jam ad eos devenio, qui e diſciplina Fabricii profecti ipſi poſtmodum bonæ ætati in ſcholis præfuerunt formandæ. Pertinet ad hos *Nathan Chytraus* infra amicis etiam Noſtri aſſociandus, cujus gratia frater David ita ad Georgium ſcribit an. 1568: „Fratrem meum Nathanem paterna benevolentia „& humanitate non modo in familiam tuam rece„ptum multos menſes fideliſſime erudiiſti & omni„bus officiis hoſpitalibus benigne & liberaliter pro„ſecutus es, verum etiam abſentis ſtudia & vitam „tuis conſiliis doctrina & literis inſtituis & gubernas, „Ep. p. 425. *Michael Boemus*, Pirnenſis nativitate, & Ludi Torgavienſis Rector celeberrimus, qui duos Noſtri libellos de Epiſtolis ad ſolius Ciceronis imitationem conſcribendis & de inventione ac diſpoſitione Rhethorica Vitebergæ a. 1593. quod jam ſupra ſuo monitum eſt loco, librumque de ſomniis eorumque eventibus ad Henricum Ranzovium Witebergæ a. 1587. in 4to, imo Vitam etiam Alberti animoſi edidit cum animadverſionibus Schurzfleiſchianis Witebergæ an. 1676. de integro recuſam. Hic libros de Electoribus Saxonicis & Marchionibus

bus Miſnicis ſui Præceptoris carmine ornavit, legendo f. 6. & in minori editione ſimiliter poſt Dedicationem, de quo in Epiſtola Dedicatoria fœtus ejus poſthumi de conſcribendis Epiſtolis ita: Hunc alienum laborem Præceptoris mei, cujus" anima ſit ligata in faſciculo viventium, quem per" ſexennium integrum alumnus ſcholæ illuſtris do-" centem audivi cum ſumma delectatione & in ejus" ædibus biennium poſt, reverſus ex Academia Lipſi-" ca, vixi aliquandiu, nobilibus duobus ex nobiliſſi-" ma Gersdorffiorum familia inſtituendis adjunctus" publici juris eſſe volui, primum propter Præcepto-" rem de me optime meritum, cujus omnia dicta" (abſit verbo jactantia) puer magnifeci: nunc vero" ætate provectior quotidie ſentio augeri tam a-" morem quam admirationem ejus viri quem olim" obſervavi. Quin & in illa vita Alberti animoſi J 3" Georgii de ſchola Torgenſi verſus adducit tan-" quam emblema, ſuæ narrationi additurum lumen," inter quos ultimi hi ſuo ſe commendant acumine:

Hoc quondam tenuit veſparum nidus aſylum
Mella favis alio parta labore, legens,
Nunc ſedem tenet hanc patiens formica laborum
Grana legens, populo non nocitura DEI.

Chriſtophorus Schellenbergius Gymnaſii Grimmenſis Collega & Adami Siberi, Rectoris ejusdem celebratiſſimi, gener, qui cum e ſchola abiret, ita publicis literis 16. Cal. Februar. 1564. laudatus eſt: Hinc" magnitudinem meritorum, quæ accepit conſide-" rans, pietate & literis & honeſtate ita animum" ſuum exornavit, ut ad conſequenda majora videa-"

tur

tur idoneus, quemque 13. Cal. Febr. an. 1576. mortuum ſcribit P. Jeniſius in Deſcriptione Annæbergæ P. II. p. 39. Hic gratum animum erga Præceptorem Fabricium non una declaravit ratione. Nam & nuptias ejus, venuſto non magis quam pio, carmine decoravit legendo in collectione Epithalamiorum ſæpius adduct. p. 7. atque in ipſius Schellenbergii Carminibus Nuptialibus quæ ex officina Vogeliana ſine anni memoratione exierunt L. II. D. 8. & in carmine nuptiali Jacobo Strasburgo confecto fidem Georgii decantat, ita Calliopem ad Strasburgum inter alia adducens proloquentem L. I. G 3.

Hujus Fabricius Dux optimus agminis idem
Prima Aganippeæ gloria militiæ,
Grata DEO nobisque canens, qui ſæpius aures
Demulcet noſtras dulce ſonante lyra
Maximus ingenio facundo maximus ore,
Diſcipulis promit divite dona penu.
Nemo nec uberius pueris nec dulcius illo
Ingenua mentes imbuit arte rudes.
Qui non progreſſus ductu facit illius ullos,
Huic cerebro vacuum dixeris eſſe caput.
Aut ipſo aut nullo diſces, Jacobe, Magiſtro,
Sit ſua laus aliis, tu pete Fabricium.

Quin imo & ad ornandos Annales doctiſſimi Viri induſtriam ſuam contulit legiturque carmen in minori eorum editione p. 263. in majori f. 3. ubi inter alia f. 10. (p. 268.) ſcite cumprimis ita:

Hic niſi me puerum mores docuiſſet & artes
Haud ego nunc pueros iſta docere queam.
Tunc ego nauta tener petii, ceu Colchida Miſnam
Ducendus puer & tyro ducendus adhuc,

Tu

Tu Fabrici ductor mihi, tu doctorque Georgi,
Typhis in Aonia puppe fidelis eras.
Præbebat facilem ludus mihi Principis Argo,
Litterulæ aurati velleris inſtar erant.
Virtutesque, tui quas in te cernere mores
Ceu verax ſpeculi lævis imago dabant.
Tunc cœpi, præunte tua mihi voce Thalia
Verba Poëtarum more Latina loqui.

Viciſſim & Fabricius pia vota pro felici Schellenbergii conjugio fudit incluſa metro & legenda inter Schellenbergiana Carmina K. 6. editaque ſeorſim an. 1559. cum Schellenbergius Annam duceret Siberam, ſicut & nec G. Berſmanni pietas ad thalamum Afrani olim Commilitonis noluit ceſſare, vid. Berſmanni Pœmat. P. I. p. 34. ſſ. *Michael Hempelius* Freibergenſis de ſchola patria præclare meritus eſt, & an. 1587. Rector ipſius factus cum multa illam ſolertiæ fideique laude eſt moderatus, de quo Mollerus, in Chronico Freibergenſi P. I. p. 306. Edidit hic an. 1581. libellum D. Hieronymi Welleri ſcripta varia de oratione ad DEUM, conſolationes præterea de fide, de libero arbitrio tum & judicia varia de doctis viris & explicationes locorum quorundam continentem, cui de ſtatu Reipubl. Freibergenſis, qualis fuit an. 1558. ſubjicitur expoſitio, in cujus præfat. Georgium Fabricium Præceptorem chariſſimum & Patris loco colendum appellat, in Hodœporico v. Gabrieli Schazio, Merſeburgum ad munus Cancellarii ſuſcipiendum eunti ſcripto, & modo dicto libro addito p. 193. cum de Welleri obitu feciſſet ſermonem, ita pergit:

Finivit

Finivit vitam meus & Præceptor amandus
Doctus Fabricius, dico Georgium.
Hos ambos ego ſum dignatus honore parentum,
Fovere ut proprium me quoque filium.

Is eſt vero Hempelius, qui Noſtri in Geneſin Commentarium quoque edidit, de quo ſupra in enarratione librorum Fabricianorum dictum eſt, ſubjecitque iſti Carmen Epitaphium, quod Vitebergæ an. 1578. ſeorſim editum poſſideo, in quo dedicato Laurentio a Schœnberg, rerum metallicarum Præfecto, quem in Schola Miſenenſi triennium ſecum vixiſſe perhibet, inter alia & ſic Y y. 4.

Sic de Fabricio, quo annos ſum quinque Magiſtro
Uſus idem ingenua voce referre queo,
Quod mihi, quod reliquis pietatem e fontibus ipſis
Scripturæ ſacræ tradidit ore pio.

Inferiusque

O! me felicem, quod eo ſum tempore natus
Vir quo Præceptor contigit ille mihi.
Gratus ob hoc igitur vitæ per tempora munus
Saxoniæque Duci patriæ & eſſe volo.
Ille quod aperuit ludum, hæc miſit in illum,
Attigeram vitæ cum tria luſtra meæ.

Fuerunt præter librum memoratum Hempelii in manibus meis etiam, quæ in Freibergenſi Bibliotheca aſſervantur, ejusdem Enchiridion ſive Symbolum Apoſtolicum teſtimoniis V. & N. T. expoſitum & precatiunculis Eccleſiaſticis ornatum Witebergæ an. 1598. Heptalogus deinde, quem dixi, Lipſiæ an. 1597. & liber Germanicus *Neu-Paſsional, darinnen des HErrn JEſu Chriſti 7. Worte ausgelegt ſind, Leipzig 1598.* memoratque doctus Vir in Dedicat. Heptalogi,

ſe

Elegiaco Latino reddidiſſe atque in publicam emiſiſſe lucem. *Thomas Pitſchius* Dresdenſis Hymnos XII. Fabricii de Domino noſtro JESU CHRISTO aliosque novem ad ſanctiſſimam Trinitatem, iterumque alios e quarto & quinto Hymnorum libris, ad feſtos Eccleſiæ dies & nova anni tempora ſpectantes rhythmis Germanicis expreſſit, & Dresdæ an. 1600. typis dedit deſcriptos, qui Collega ſcholæ patriæ in ipſo titulo ſe illius chariſſimi Præceptoris ultra ſexennium diſcipulum profitetur. Addidit Pitſchius ſuas ſub finem & Fabricii Epiſtolas nonnullas amœbæas, in quarum una, Jacobo Strasburgo an. 1591. ſcripta, his verbis Pitſchius commendatur B. 5. Thomas Pitſchius Dresdenſis, eo apud me" loco fuit, quo primum Schellenbergius, deinde tu" quoque, quos amavi & quos vitam ac ſtudia mea" intueri volui: & facit profecto illa familiaritas, ut" mihi cum intimis meis verſari videar, cum verſer" vobiſcum. Quare hunc Thomam, meos omnes" ſenſus callentem, Tibi commendo & de meliore" nota. Tuus vult eſſe diſcipulus, quod ei ſvaſi" te obſervabit & amabit; & cum eo loquens fa-" miliariter mecum loqueris." In altera Pitſchius ad liberatum e morbo VIII. Calend. Auguſti an. 1569. ſcribens, quo ſtudio ejus ſalutem expetierint & ipſe & Glaſerus Concionator Dresdenſis cum conjuge docet c. 2. Manu DEI omnipotentis ſalutari ad-" mota, moleſtiſſimo morbo te jam liberatum eſſe," cum venerabili viro M. Petro Glaſero etiam atque" etiam lætor, atque tibi ex animo gratulor. Is non" ſolum mihi narravit, verum etiam ſcribi voluit, ſe" tam anxio & ſolicito fuiſſe animo de valetudine"

„tua ut propter eam vix ſomnum capere potuerit, & „Deum à ſuis quoque liberis pro te rogandum cu„raverit. Non poſſum ſilentio præterire, quod ex „ipſius audivi uxore. Ita enim illa: Mallem (aje„bat) me meo filiolo ſvaviſſimo, quam tanto viro „has terras, orbari. O vocem optimæ fœminæ ti„bi cognitu perjucundam, nec mihi unicæ filiolæ „patri dictu difficilem„ Ultimus inter diſcipulos Fabricianos jam comparet *Thomas Faber*, qui in ludo ſenatorio Miſenæ hic docuit & novam ſcholam Chriſtianam Puerilem Libris IX. e poetis adornavit Chriſtianis, de qua ſupa, in cujus Dedicat: ad Jo. Nævium Fabricium Compatris & Præceptoris ſui nomine inſignivit.

XXXVII. Hæc FABRICII pietas atque multarum literarum ſcientia, humanitasque erga alios & indefeſſa in formandis ingeniis felixque eadem contentio multorum ipſi comparavit amicitias, ut in ejus familiaritatem non avide minus intrare cuperent, quam apes videmus ad campum aliquem vernis floribus veſtitum perniciter advolare vario ſuccorum genere ſuum perſecturas mel & cellas parvulas dulci nectare repleturas. Dabo nonnullos jam eruditos ejus ætatis Viros, qui noſtrum eximia

eximia complexi ſunt caritate, ipſiusque fuerunt peramantes & per literas illum crebro compellarunt plenas amoris & officii ab eo nunquam non recipientes, atque iſtud egerunt pro virili, ut omnes eſſent ſibi cum Fabricio amicitiæ neceſſitudines. Nominabo qui ſe non una offerunt occaſione Theologos præſtantiſſimos, Philippum Melanchthonem, Hieronymum VVellerum, Paulum Eberum, Jo. Gigantem, Petrum Glaſerum a.) *JCtum ex doctrina nobilem & clarum Laurentium Badehornium cum Nicolao Reusnero & Chriſtophoro VVintero.* b) *Medicos maxime inclitos, Caſparem & Jo. Nævios, Georgium Agricolam & qui in intimis Noſtri erat, VVolfgangum Meurerum, Chriſtophor. que Leuſchnerum* c.) *ac ſuper hos docentes bonas artes in Academiis alios & carminis pangendi laude celebratos pleroſque Bernardum Zieglerum, Joachimum Camerarium, Jo. Sturmium, Davidem Chytræum,*

 Jo.

Jo. Stigelium, Paulum Meliſſum, Theod. Zvvingerum, Petr. Lotichium, Martinum Cruſium, Reinerum Reineccium atque cum quo de libris excudendis ſæpius agere ſolebat Noſter, Jo. Oporinum magni nominis iſto Typographum tempore, nec non Guilielmum Canterum. d.) *tandemque ex iis, qui in Gymnaſiis Scholisque præceptis ſuis ætatem teneram non ſine laude foverunt, Michaelem Neandrum, Adamum Siberum, Baſilium Fabrum, Nathanem Chytræum & VVolfgangum Leopoldum, qui omnes mirifice dilexerunt virum optimum & voluntatis ſuæ ſtudiique dederunt ipſi ſignificationes luculentas.* e)

„a) Hoc modo factum, ſcribit Henricus Panta„leon, ut Georgius ob præclaras animi & corporis „dotes omnibus doctis innotuerit, atque etiamnum „Miſenæ docens pietatis ac literarum Studioſis gratiſſimus exiſtat, in Proſopographia Baſil. an. 1565. evulgata P. III. f. 504. Nos de amicis ipſius ſequentia ſubjiciemus, qui primo inter eos loco poſuimus *Philippum Melanchthonem*. Hic communis Germaniæ Præceptor Brettæ natus, Tubingam primum, deinde Witebergam ſua doctrina ornavit fidus Luthe-

ri,

ri, quoad hic vixit, Paraſtata editisque doctiſſimis nobilis operibus atque hinc vel pueris etiam notus, habuitque vitæ ſuæ ſcriptorem eximium Joachimum Camerarium, præter quem de ipſo legi etiam poſſunt Adamus in Vitis Theologor. f. 157. Freherus in theatro f. 183. Thuan. L. XXVI. p. m. 1200. & de ſcriptis Friſius in Biblioth. f. 691. Teiſſier. in Addition. ad Elogia Thuan. P. I. p. 199. Is ad fratris inſtar dilexit noſtrum, cujus rei teſtis eſt Martinus Heinrici Saganus in Epithalamiis Fabricianis p. 46. ſcribens;

Hunc tu fraterno Præceptor amore Philippe
Diligis & ſtudiis gloria Ebere bonis.

Imo aſſervo Philippi Epiſtolam 6. Calend. Septembr. a. 1547. ſcriptam, quæ hoc habet initium: Magnum omnino decus eſt ingeniorum vel potius humanæ" naturæ varietas & elegantia orationis cum ſvavita-" te conjuncta. Hæ virtutes cum in ſcriptis tuis" mirifice luceant, ſtatim te valde amare cœpi, poſt-" quam vidi ante aliquot annos tua ſcripta. Nuper" autem in noſtro itinere vidi ſimilem eſſe tuam in" moribus elegantiam & ſvavitatem: quare Te ma-" gis etiam amare cœpi voloque inter nos perpetu-" am amicitiam καὶ ἀδιάλυτον eſſe. In alia d. 27." Octobr. a. 1557. exarata eum cariſſimum fratrem" compellat & fratris chari appoſito nomine eidem vale dicit. Eſt & alia mihi Fabricii ad Melanchthonem, cui annus tamen cum die non eſt appoſitus, ex qua, quod judicium iſtius de ſuis in Epiſtolas Paulinas Commentariis petierit, diſco. Sic enim ſcribit Noſter, de Commentariis T. quod exquiris" judicium meum facis humaniter, ut ſoles; quod te"

etiam moneri vis, in eo nimium mihi tribuis. Carmen Græcum quo ad Miſenam divertens, hanc urbem noſtram ornavit Melanchthon, ſub finem itinerum Fabricii legitur p.69 quod cum ad commendationem ad Albim accolentis gentis faciat, huc cum Fabricii interpretatione Latina non pigebit transſcribere:

Χαῖρε πόλις, μυσῶν γενναίων κτίσμα ἐν ὄχ-
θαις,
Ἀλβίδος ἣ ἔθνους τοὔνομα μούνη ἔχεις.
Οὗ κλέος ἠδ᾽ ἀρετὰς μάντεις ᾄδουσι παλαιοί,
Οἵτινες ἡρώων ἔργα λέγουσι καλὰ
Χῖος ἀνὴρ ἔθνος μυσοὺς ἀπέφηνε δίκαιον,
Καλλίστη δ᾽ ἀρετῶν ἐστι δικαιοσύνη,
Μαρτυρέει τε καὶ ἐμπείρους πολέμοιο γενέ-
σθαι
Σὺν δὲ δικαιοσύνῃ καρτερίᾳ ἀγαθὸν
Καί ποτε τῆς νηὸς μεγάλης ἡγούμενον ἀρχοὺς
Πολλ᾽ εὐποίησαν δεξάμενος φιλικῶς
Καὶ δὲ βροτῶν φύσις ἐσθ᾽ ἡ νῦν νωθρήζε σα-
θρήτε
Σπέρμαθ᾽ ὅμως ἀρετῶν τούτῳ γένος κατέχει
Καὶ τάδε πρὸς νῦν ἔζευξεν παδεύματα μου-
σῶν
Καὶ περὶ ἀψευδῆ ὅδε θεοῦ διδαχὴν
Σώζεσθ᾽ οὖν λαὸν μυσῶν εὐχώμεθα πάντες,
Ὃς μάλα σπουδαίως ἤθεα σέμν᾽ ἀγαπᾷ
Νῦν δὲ φιλοξενίην ἀσκῆσ᾽ ἡμᾶς ἔτι δεῖξον
Οἶνον καὶ λιαρὸν πέμπε τάχιστα φίλοις.

Salve

Salve urbs magnanimum Myſorum quæ prope ripam
Albiacam gentis nomina ſola tenes,
Virtutes cujus priſci cecinere Poetæ,
Quos juvat heroo dicere magna pede,
Chius homo Myſos cultores prodidit eſſe.
Juſtitiæ, qua nil pulchrius orbis habet:
Teſtaturque acres homines, bellique peritos
Quantum ornant fortes pectora juſta viros.
Hæc gens Argoæ ductorem puppis amico
Accepit tractans comiter hoſpitio
At licet in pejus mutentur tempora mores,
Hæc virtutis habet ſemina priſca tamen.
Præterea adjunxit Muſarum dona, ſtudetque
Mandatis ſummi nunc ſine fraude DEI.
Myſam igitur gentem cœleſtia numina ſervent
Ingenuos mores, quæ ſtudioſa colit
Nunc etiam hoſpitibus quam ſis oſtende benigna,
Et vino exhilara pectora amica bono.

Alia occaſione a. 1551. ad Meurerum ſcribens ejusdem Philippi Græcum commendavit, quo cum Collegis fuerat honoratus, quod & ipſum, inter Epigrammata Melanchthonis Vitebergæ an. 1560. emiſſa fruſtra a me quæſitum e MSCta Epiſtola hic appono:

Χαίρετε ὦ λῷστοι ἁρμόζοντες νεανίσκων
τῶν μυσῶν σοφίᾳ ςήθεα ἠδὲ λόγοις
Καὶ πατέρων ἀγαθῶν βλαςήματα καλὰ τρέφοντες
Μή ποτε γίνεσθαι πατρίδ᾽ ἔρημον ἐήν.

Ὀυδὲν τῦδε πόνυ γέρας ἄλλοτι κάλλιον ἐςὶ
Μᾶλλον ἢ ἐις ἀρετὴν ὠφιλίμον.
Χωρὶς γὰρ διδαχῆς Θεὸς ἐ γινώσκεται ὀρθῶς,
Χωρὶς ἐπιςημῶν καὶ βίος ἐςὶ σκότος.
Αλλὰ μάτην πόνος ἐςὶ βροτῶν ἐν πράγμασι πᾶσι
Οὔριον εἰ μὴ ἄγοι πνεῦμα θεοῖο φρένας.
Ἵλαος ἐν δέξαι ἡμῶν ὦ χριςὲ δεήσεις
Σὴ χάρις ἡγείσθω θεσπεσίοιο πόνυ.
Καὶ σὺ διδασκόντων χόρον εἶναι ὁμόφρονα ποίει
Ἐν τῇ ἀληθεία ἡδὺ ἐμοφροσύνῃ.
Δεῖ δε φιλοφροσύνην ἀλλήλοις δεῖξαι ἅπαντες
Καὶ πέμπειν οἶνον τοῖς προςιῦσι ξένοις.

Tandem, quanta inter ipſos fuerit familiaritas ex eo quoque cognoſci poteſt, quod ſubtimidum liberius monere non dubitaverit. Ita enim in literis ad Meurerum Calend. Novembr. a. 1547. datis: „De „Philippo, quæ ſcribis, jucundiſſima mihi fuerunt. „Attulit mihi ab eo literas Pelivius, ſuaves & huma- „nas. Scis enim ipſas Gratias, &, quam Ennius „Svadæ medullam appellavit, reſidere in moribus „atque ore ipſius. Earum exemplar, ne te ſuſpen- „ſum tenerem deſiderio, adjunxi; video quid ſen- „tiat de futuri anni malis: reſpondi audacter, vide- „tur enim pluſculum tribuere illis divinationibus. „Vox illa Prophetæ eſt: Nolite metuere ab aſtris „& præſertim Chriſtianis ſcripta, nam qui preci- „bus a DEO impetravit, ut ſiſteret curſum Sol, qui um-

umbram precibus in horologio reduxit, ſolatio "
nobis ſunt, idem nos efficere poſſe invocatione & "
fide in filium DEI. Impiis iſta metuenda ſunt & "
contemptoribus verbi DEI, Eccleſiæ non ſperamus "
nocitura. *Hieronymus Wellerus* Profeſſor Theologiæ & Inſpector Gymnaſii Freibergenſis ob prudentiam & rerum ſacrarum notitiam ſingularem, pietatem, fortitudinemque in perferendis graviſſimis tentationibus celebratiſſimus ad an. 1572. ſuam extendit vitam, de quo Mollerus in Chronico Freiberg. P. I. p. 296. ſ. & paſſim, Quendſted de Patriis illuſtr. Viror. p. 224. & ex eo Freherus in Theatro f. 232. de ſcriptis vero Friſius in Bibliotheca Geſneri f. 354. & peculiari opere, quod vitam ejus omnem explicat atque Lipſiæ an. 1700. prodiit M. Chr. Frid. Læmmelius, qui laudando etiam ſtudio opera ejus Latina & Germanica digeſſit, & Lipſiæ itidem an. 1702. in fol. edidit. Hic quantam & quam vehementem neceſſitudinem cum noſtro Fabricio coluerit, in Elogio, quod ipſi ſcripſit Opp. Latinor. (ſive T. I.) Sect. III. f. 174. quodque Fabricii in Geneſin Commentario etiam præmiſſum eſt, his doceat verbis: Fuit autem mihi arctiſſima cum ipſo amicitia nec "
illam tempora unquam mutarunt. Ille me ut "
patrem, ego viciſſim illum, ut filium dilexi. Hu- "
jus rei teſtes ſunt utriusque literæ, quas alter ad "
alterum dedit. Ad neminem amicorum meorum "
prolixiores, uberiores & ſuaviores dedi literas. Ipſe "
enim mea ſæpe ſolide ſolus gaviſus eſt gaudia. "
Neuter alteri nec congratulando in rebus ſecun- "
dis nec condolendo & conſolando in adverſis "
unquam defuit. Merito igitur mortem optimi "

amici graviter fero „ Teſtentur illud Epiſtolæ citam a Wellero ſcriptæ Latinæ d. l. f. 200; quædam a 1564. miſſa qua mœſtum noſtrum e valetudine afflicta ſvaviter ſolatur; tum & Germanicæ T. II. Sect. II. in quarum prima f. 233. preces Fabricii ſibi ſimili tentationis æſtu fatigato expetit auxiliatrices; ſecunda f. 234. gratias agit, quod fratri Matthiæ in ſacro ſenatu, qui tum Miſenæ habebatur, amice voluerit aſſiſtere, neſcio quid expedienti; tertia f 234. Romam Noſtri laudat & ſtudium in annotandis prodigiis. Sunt vero Fabricii etiam legendæ ad noſtrum Epiſtolæ T. I. Lat. Oper. quæ dixi f. 213. 214. in quarum prima Pæanes Angelicos emendandos ipſi mittit ſcripta a. 1563. in ſecunda novorum nonnihil perſcribit & Welleri in Luthero nobis ſuſcitando contentionem commendat, in tertia de puero ſibi commendato ſcribit & Wellerum hortatur, ut in Jobo ſuo pergat & ejus adflictionibus producendis in lucem; in quarta de Brentii contra Bullingerum libro agit & de Maximiliani in emendanda Pragenſi Academia conatibus & nonnulla alia ad ſtatum ejus temporis ſpectantia ſubjicit, quas quatuor Epiſtolas offendes etiam in Jo. Gottofred. Olearii ſcrinio Antiquario P. I. theca III. p. 135. ſſ. Præter has MSCta mihi eſt e Bibliotheca Schubarthiana ſcripta Miſenæ d. 11. Junii an. 1558. quam pie ita claudit: „Vale in Chriſto, qui tibi ad„ſit ſeni & infirmo, ſuo ſpiritu animoſitatis, lucis „& conſtantiæ, item nobis omnibus, quia totum hoc „ſeculum Epicureum in vulgo, Academicum in „doctis. Vale denuo & ſcito certe in te fortiorem „Chriſtum fore, quam ſpiritum illum triſtitiæ & affli-

„afflictionis. Cumprimis grave eſt etiam elogium„, quod Noſter Wellero tribuit in Epiſtola 3. Calend. Maji an. 1557. miſſa, e jam dicta ſuppellectile ad me perlata, in quo ſtudium ipſius pro veritate doctrinæ cœleſtis ab omni liberanda acerbitate extollit. Audiamus ipſa iſtius verba gravia: "Eccleſiæ melioris tempora fuerunt talia ut nulla ſcripta extent" ἀπολογικά, cum ſingulari gravitate & ſimplicita-" te apta ad movendos animos. Talium temporum" tu es diſcipulus, qui interpretaris res graves & ad" ſalutem neceſſarias, easque proponis e puris fonti-" bus ſcriptorum ſanctiſſimorum. Interea tamen" reprehendis errores, vitia, malefacta, idololatriam," furores fanaticos & diabolicos, ſed ſine illa popu-" lari acerbitate & petulantia, ita, ut Tua gravitas" bonos promoveat, improbis incutiat verecundiam." Hæc igitur ſcripta ego lubentius lego, & avidius" amplector quam illa acria & importuna, quibus" nunc repletur orbis terrarum a ſtolidis & clamoſis" hominibus, qui non incenſi ſpiritu, non exercitati" tentationibus, non probati periculis, non confir-" mati doctrina, non autoritate excellentes, frigide" admodum παῤῥησιάζοντες & ſine fructu, imo" cum periculo atque ſcandalo. DEO igitur gratias" ago propter Eccleſiam, qui Te tali dono illumi-" navit, quo & doces utiliter & reprehendis ſapienter" & indignaris graviter: quoque ita penetras in ab-" dita rerum & hiſtoriarum ſacrarum, ut te ea, quæ" ad tractandos animos pertinent, ad conſolandas" conſcientias ſpectant, ad ædificationem populi" CHRISTI faciunt, minime fugiant aut lateant:" quibus docendis talem lenitatem adhibes & talem"

lucem

cem verborum addis, ut & jucundis ſis moroſo" etiam lectori & facilis cupido diſcendi.„ *Paulus Eberus* Francus gente inque Academia Vitebergenſi Lingvæ Ebrææ Profeſſor, Doctor deinde Theologiæ & Eccleſiæ Vitebergenſis Paſtor Primarius, in Bugenhagii locum ſurrogatus, quam ſpartam a. 1569. cum vitæ fine deſiit ornare, notus e familiari cum Melanchthone conſvetudine, ob quam ejus dictus fuit Repertorium, imo & e Calendarii Hiſtorici aliorumque evulgatione librorum, de quibus Friſius in Biblioth. f. 655. de ipſo vero Adamus in Vitis Thelogor. f 204. Freherus in Theatro f. 219. & Teiſſierius in Addition. ad Elogia Thuani P. I. p. 349. Ad hunc G. Fabricii Epiſtolæ nonnullæ in Bibliotheca Gothana ſervantur, unde ſumme Reverendus & multorum in literaria republica meritorum laude excellens Vir Erneſtus Salomo Cyprianus earum apographa ad me miſit humaniſſime, cui pro voluntate ea debitorem me obſtrictiſſimum profiteor. In earum una Prid. Id. Januar. a. 1551. miſſa Catalogum mittit Ebero prodigiorum, quæ ab a. 1537-1550. in äere, terra & aquis ſunt obſervata Calendario ipſius addendorum. Cal. Febr. a. 1552. aliam miſit, in qua Joh Marcelli obitum deplorat, qui magnum Academiæ Vitebergenſis fuerat ornamentum, & in hujus locum Eberi judicio evocandus, ſuam aperit ſententiam, de qua jam ſupra dictum eſt. Rogat 5. Cal. Maj i a. 1557. Eberum & Peucerum, quos una compellatione alloquitur, ut ſi quid literarum Georgii Agricolæ in ſuis Bibliothecis habeant, easdem ſecum collecturo velint communicare; in quadam an. 1558. die 16. Julii exarata Jeſuitas Bohemicos ſcholas occupare &

Colli-

Collinum Pragæ ſuo ſtipendio privatum eſſe queritur, ſubjicitque querelæ iſthæc verba: "Male pereant, qui Ferdinandum, non malum Principem, " in miſeros Paſtores & Chriſtianos incendunt: peri- " erunt autem peſſime aliqui. Henricus Neuſtadi- " enſis Epiſcopus ſe ipſum ſuſpendit; Fridericus Vi- " ennenſis veneno interiit: Urbanus Labacenſis cer- " vicem fregit.„ Imo & in nova 5. Calend. Octobr. ejuſdem anni gratulatur Ebero, nova dignitate in Eccleſia Vitebergenſi mactato, addito pro incolumitate ejus amico voto. In alia d. 14. Julii anni 1562. ſcripta Catalogum Synodi Tridentinæ ſe fatetur legiſſe, ſed nec reperiri tamen ullum, qui ante annos viginti aliqua fuerit auctoritate, excepto Daniele Barbaro Veneto, quem præclarum vocat Philoſophum; quæ ſunt indicio, quanta benevolentiæ fuerit inter ipſos conjunctio & quam bene junctam coluerint amicitiam.

Jo. Gigas Northuſanus, qui in Valle Joachimica & Schola Portenſi bonas artes, poſtmodumque in Sileſia & Svidnitii verbum DEI docuit & vitam ſuam an. 1581. finivit, de quo & ejus ſcriptis Adamus in Vitis Theol. f. 252. Friſiusque in Biblioth. Geſneriana f. 445. & ex Adamo Freherus in Theatro f. 250. nuperque Dn. *Kinder-Vater* in Nordhuſa illuſtri Claſſe II. p. 93. ſ. Quod Adamus d. l. perhibet inter amicos præcipuos celebravit cum Wellero, Jo. Mathheſio, Georg Æmilio, Jo. Stigelio, Georgium etiam Fabricium, quippe qui encomium ejus Lipſiæ, carmine ſcriptum, hoc Epigrammate ornavit repetendo hic indidem:

Lipſi-

Lipſenſem egregiis ornavit laudibus urbem
Ora Meduſæo lotus in amne Gigas.
Non turres tantum decus addunt urbibus alta
Et facta artificis ſplendida tecta manu:
Quantum facundi ſvaviſſima Muſa Poetæ
Ductaque Pierio carmina pulchra ſtylo.
Tecta ruunt, pereunt ipſa cum turribus urbes:
Sed vatum laudes nulla ruina premit.

Teſtis ejus amicitiæ Thomas etiam eſt Pitſchius, ita Dresda Epiſtola VIII. Cal. Auguſti a. 1569. data & hymnis Fabricianis, a Pitſchio Germanice verſis, ſubjecta G. Fabricio exponens: „Reverendus Vir D. „Jo. Gigas de te ſcribit ac loquitur honorifice ut ex „ipſius Epiſtola ad Compatrem Tuum data & e „concione de conjugio habita cognoſcis. Eſt etiam inter verſus Fabricii Carmin. L. II. p. 477. carmen in nuptias filiæ Gigantis Urſulæ Joanni Henrico elocatæ confectum, in quo hæc leguntur:

Ducis Gigantis filiam
Vatis boni atque nobilis,
Henrice, qua mores Patria
Mites, pudicos, aureos
In filiis Tibi exprimat.

Petrus Glaſerus, Paſter aliquandiu in pago Rennersdorff, deinde Spartæ admotus graviori Dresdæ docuit in templo D. Virginis & concionator una in templo S. Crucis ſacros habuit ſermones, imo & an. 1580. in ſacro ſenatu una curare juſſus eſt ab Auguſto, obiitque diem ſuum a. 1583. de quo Schlegelius in Vita filii ejus Theophili Dresdenſium tertii Superintendentis, de quo ſupra jam, ubi de diſcipulis Georgii ſermo erat, nonnihil adduxi, & quanto

to amore Fabricium complexus ſit, quam ingenuo affectu uxor eundem coluerit, verbis ex Epiſtola Thomæ Pitſchii excerptis probavi. b) *Leonhardus Badehornius* Elliſenenſis JCtus fuit eximius quippe, quem Patavium an. 1544. Doctoris ornavit titulo, Lipſiaque poſtmodum egregiis dignitatibus vidit decoratum, Judicii ſupremæ curiæ Aſſeſſorem videlicet, Conſulemque & a D. Mauritio inter Conſiliarios adſcitum, a quo an. 1552. Tridentum etiam ablegatus eſt, imo & ab Auguſto ſucceſſore in eodem honoris gradu juſſum perſiſtere; ereptum rebus humanis an. 1547. cum duos magni nominis filios Johannem, qui Chriſtiano I. Electori a Conſiliis fuit & Sigismundum ſimili ſplendore in eadem aula coruſcantem educaſſet. Memorat hæc Caſpar Jungermannus in Oratione funebri eidem dicta & Fabricius Annal. urbis Miſn. ad an. 1510. qui non obſcure ejus opera ſe potiſſimum Miſniam deductum eſſe in ſcholam innuit, ſic in Epithalamio eidem ſcripta & a Valentino Papa ſeorſim edito Lipſiæ anno 1549. A 3. canens:

Si nobis etiam debet ſtudioſa juventus
Numina quæ noſtra Theſpia voce colit,
Huic debet, qui me patrium revocavit ad Albim
Inde, ubi conjungunt Rhenus & Ellus aquas.

Imo David etiam Chytræus in Chronico ad an. 1587. f. 851. ſed ſilentio tranſeunt iidem, quod Leonhardus in ſchola Annæmontana Rectori functus ſit munere, ad illud an. 1535. admotus, poſt biennium forte depoſitum iterum, cum in Italiam peregre abeundi libido ipſum cepiſſet. Miratur hoc Celeberrimus Wiliſchius & ex Jeniſii Annalibus Annaberg.

qui

qui impreſſi habentur juxta atque MSCtis ejusdem ſcholæ Annalibus imo & e carmine probat Chriſtophorii Schellenbergii, quod Fabricii Annalibus præmiſſum eſt, in Incunabulis ſcholæ Annaberg. p. 82. ſſ. quibus pace Viri mei amantiſſimi hic per omnia uſus ſum. Hic ergo Badehornius olim Noſtri præceptor, quod ſupra monui, eum ſingulari deinde amplexus fuit amore & addictum ſibi viciſſim expertus eſt. Teſtetur illud Epiſtola Fabricii, qua Badehornio Siffridi Presbyteri Miſnenſis Epitomen dedicat, ita f. 142. magni Operis Annal. ſcribens: „Ad quem potius mitterem Siffridum Miſnenſem „veterem Chronologum quam ad Te, Vir Magni„fice, inveni neminem. Nam & ſvaviſſima con„junctio in patria inter nos fuit, & ſocietas apud „exteros fidelis, neceſſarium antiquiorem & majori „doctrina atque dignitate excellentem. *Nicolaus Reuſnerus* Sileſius Poeta non minus venæ ſcitiſſimæ, ob eam laurea donatus etiam, quam JCtus fuit doctiſſimus, quippe qui Spiræ in Cameræ judicio operam ſuam præſtitit graviter & Argentorati deinde ac Jenæ tandem Juris ſcientiam docuit cum laude, quin & Pro-Electori Saxonum a Conſiliis Legationes obiit varias ſolerter, mortuus an. 1602. & multis literariis monumentis, quæ poſteritati reliquit, nobilitatus, de quo Adamus in Vitis JCtorum f. 174. Freherus in Theatro f. 959. de libris vero Friſius in Biblioth. f. 631. Quanta amoris conſpiratio hunc inter & noſtrum fuerit Fabricium, teſtentur verſus ad hunc ſcripti Philoteſ. L. II. Poëmat P. II. p. 294.

Non ſic nocte vigil diem profunda
Obſervat roſeumque ſolis ortum:

Non

Non ſic æſtibus arefacta tellus
Imbres frugibus expedit ſalubres
Ut deſiderio tui modeſto
Pridem detineor fereque tapor,
Fabrici, decus o! nomen ſonorum
Phœbi, Palladis atque Gratiarum,
Ad te me rapit ardor ille dulcis
Ardor verus & impotens ferendi
Has tam difficiles moras, at o! quam
Felix tunc ero, cum tui poteſtas
Diis æquis mibi ſiet intuendi
Jungendique manum in vices amicam
Id quod mox fore credo, dum meos jam
Recta inviſere cogito penates.
O lucis jubar aureum! o beatum!

Chr. Winterus Prætor Regiomontanus fuit in Boruſſia, cui noſter libros duos Hiſtoriar. Sacrar. e Poëtis veteribus Chriſtianis excerptos his verbis 3. Non. Maji an. 1565. inſcripſit: "Te autem, Chriſtophore, cum ſciam ſinceræ pietatis noſtrarum" que literarum ſtudioſum, & in curia, in agro, in" eſſedo, in navi libros circumferre & iis domi, ſi" permittunt occupationes, invigilare: hos quoque" tradendos peculiariter tibi cenſui, viro gravi &" bono, ut pro vetere charitate & obſervantia in me" tuendo, conſtans permaneres.,, c) Habuit eo tempore, in quo verſamur, Saxonum Electoralis aula duos inclitos Medicos, cuſtodes Septemviri Auguſti corporis, *Caſparem & Johannem* (huncque Mauricii etiam aliquandiu Archiatrum) *Nævios* fratres Chemnicii natos & populares adeo Noſtri. Ambo ſalutaris artis ſcientiam exquiſitam ſibi com-

paraverant, antequam arduo iſti quod dixi muneri, admoverentur, perſtititque in eo Johannes ad annum 1574. quo diem ſuum obiit; Caſpar vero ex aula Lipſiam reverſus, ubi Profeſſorem egit, deinde a. 1579. vita exiit, quod ab Adamo non memoratum Chemnicenſis ſcholæ Rector meritisſimus idemque fautor etiam meus & Amicus honoratisſimus M. Daniel Mullerus me docuit in Programmate de claris Chemnic. an. 1711. ſcripto. Illud operæ pretium ſit ex Albino adhuc ſubjicere de Johanne, quod binis vicibus ad Regem primum, deinde Imperatorem Romanorum Ferdinandum I. a. ſcilicet 1554. & 1564. in gravi ejus morbo adductus, & in aula illa, quod ex Fabricii Epiſtola memoratur, Numinis inſtar habitus ſit, tum & quod inſigni liberalitate de ſtipendiis proſpexerit bonarum artium cultoribus juxta atque noſodocheo Chemnicenſi e ſuis opibus largitus ſit vid. Albinus in Chronico Miſenenſi f. 366. Adamus in Vitis Medic. f. 98. & ex hoc Freherus in theatro f. 1268. Caſpari ex his ſuo olim in ſchola Commilitoni Noſter Carminum ſuorum librum dedicavit, ſic in Elegia Dedicatoria, qualis quidem in minori Baſileenſi legitur editione (nam in majore Baſileenſi alia ad eundem reperitur) p. 596.

Sæpe mihi puero morum præcepta dediſti,
Ingenium vincens ſemper ab arte meum.
In ſtudio pariter cum verſaremur eodem
Amborum ſimili carcere & iret equus:
Sed tua prævertit noſtros ſapientia curſus
Sorsque tuis rebus favit amica magis.

Eidem iter etiam Neapolitanum inſcripſit quod in

Itine

Itinerum libro p. 16. inchoatur. Johannem in Dedicatione libri Amorum filii DEI ita laudat Poemat. P. II. p. 169.

Meos amores intimos
Pios amores prodere
Placet Johanni Nævio
Viro optimo nec inſcio
Piorum amorum, quos pius
Probat piis affectibus:
Tutela pupillo, exuli
Pater, levamen pauperi,
Egentibus ſolatium.

Imo eidem etiam ſacrati ſunt Commentarius in Poetas Chriſtianos & Antiquæ ſcholæ Chriſtianæ libri in quorum illo ſub finem hæc leguntur: Defero igitur ad Te, Johannes Nævi, & has lucubratiunculas noſtras: te enim prudentia, integritate, doctrina, humanitate, beneficentia clarum & ſpectatum virum, mente ſuſpicio, tuoque acri judicio mea ſtudia omnia rectiſſime ſubmitto; " in hujus vero dedicatione pluribus verbis Nævium extollit, quæ cum elegantia ſint & ad decus Næviæ gentis, hodienum adhuc florentis, pertineant, huc tranſcribam: Urbs Lotharii, Saxonis Imperatoris, patria noſtra, " inter ornamenta plurima, tuam habet, Nævi, familiam; inter cives conſularem, inter Philoſophos " Medicam, inter homines pios inſignem & celebratam. Eam ob cauſam & domi floret gratia atque " honoribus & cumulata apud exteros eſt virtutis & " doctrinæ laudibus: quibus ne deſtituatur in poſterum tua efficis autoritate & prudentia. Imperator ipſe Ferdinandus fama eruditionis tuæ, Vien- "

„nam te, in ſui corporis imbecillitate evocavit, cui
„nunquam ſapientiſſimorum medicorum copia aut
„defuit aut deeſſe potuit: Dux Elector Saxoniæ Au-
„guſtus, tuo conſilio ſaluberrimo quotidie utitur,
„ſuamque incolumitatem præ aliis tibi omnibus
„committit: tantumque pro cognita bonitate tri-
„buit, ut te ſponſorem ſiſteret DEO immortali, cum
„in numerum cœleſtium illuſtris ejus filia Maria,
„ſacris lavacri undis eſſet cooptanda. Talibus ju-
„diciis & teſtimoniis ornata & clara tua virtus pie-
„taſque eſt; quam ut ſtabilem magis facias, non
„modo meritis devincis plurimos, qui tecum vivunt
„homines, ſed etiam poſterorum curam viro opti-
„mo dignam non deponis. Annuos enim reditus
„in patria egenis conſtituiſti, unde victum facilio-
„rem habeant, & ſtipendia tribus adoleſcentibus
„perpetua decreviſti, ut bonas artes & ſtudia ſapien-
„tiæ exerceant in Academia: ejuſmodi beneficium,
„cum itidem popularibus in Anglia tribuerit Tho-
„mas Linacer Vir tui ordinis maximus, præter ſum-
„mæ doctrinæ famam, beneficientiæ quoque glo-
„riam ad gentes alias tranſmiſit. Tua auten be-
„nignitas etiamſi ſpectet ad Tuæ proſapiæ adole-
„ſcentes dignos, tamen ejus partem primam ſponte
„ad meos detuliſti, dum meæ ſororis filium Geor-
„gium quaſi adoptaſti in alumnum liberalitatis tuæ.
„De referenda pro tam amplo honore atque munere
„gratia cum cogitarem, inveni equidem in meis
„fortunis nihil, quo tibi operæ aliquid reponerem:
„quapropter e Bibliotheca promere manuſculum
„ſtatuebam, quo animum paratum ad memoriam
„tuæ largitatis conſervandam teſtarer, imo & in E-
piſtola

piſtola MSCta d. 25. Maji an. 1564. data de prope-" diem edenda ſchola Chriſtiana exponens: Puerilia" ſunt, fateor, ſcribit, quæ tibi inſcribo; ſed hoc tem-" pore alia ratione meam tibi obſervantiam declara-" re non potui & Tu pro tua ſapientia ita amas ſtu-" dia noſtra, quæ circa initia pietatis verſantur &" doctrinæ, ut ea etiam Tuis opibus & liberalitate" promoveas ad poſteritatem." Frater horum Næviorum Paulus fuit Conſul in Patria civitate, cui mortuo epitaphium hoc ſcripſit Fabricius Poem. P. II. p. 393. inveniendum:

Hunc Pauli Nævi tumulum ſi forte viator
Tranſis: hæc fratrum nomine verba lege:
Johannes Caſparque ſuo poſuere dolentes
Fratri: qui patria Conſul in urbe fuit
Conſule patre ſatus: cui publica cordi
Res fuit, & legum quem ſacer urſit amor.
Nulli impune fuit delictum hoc Conſule, nulli
Conceſſum eſt aut jus aut violare fidem.
Ipſe jacet letho: ſed lethi victor Jeſu
Tu patriæ & noſtris civibus eſto ſalus.

Tandem cum diem ſuum obiiſſet Noſter, epicedia Carmina, memoriæ beati ſcripta, Jacobus Fabricius in lucem emittens publicam Jo. Nævio ſacra eſſe voluit præmiſſa Ode quadam Halæ ſcripta, in qua mutui amoris horum Nævium puto & Georgium noſtrum, mentio fit:

Ut rumor ergo pertulit aſperum
Hunc caſum amici, lumina fletibus
Juſtis rigaſti, proſecutus
Fabricium gemitu fideli

Qui vere amatus cum fuerit Tibi
Has me decore mittere nænias
Ad te putavi & te probare
Officium pietatis opto.
Sperant patronum te ſibi liberi &
Hæc luctuoſam ſpes viduam fovet.

G. *Agricolæ* jam ſupra facta fuit mentio n. XXXIII. Luget hujus mortem & ſimul imaginem ingenii ipſius, Pontificiæ doctrinæ ſectatoris conſtantiſſime, depingit in Epiſtola ad Melanchthonem 6. Id. Decembr. an. 1555. miſſa, e qua e G. Schubarti Jenenſis Academiæ ornamenti eximii Bibliotheca in meos uſus perlata potiſſima hæc tranſcribo. „Non mi-„nor eſt ille dolor, quem mihi luctus publicus ad-„fert. Amiſimus enim XI. Cal. Decembr. ſingulare „patriæ noſtræ decus, Georgium Agricolam, præ-„ſtanti ingenio, eruditione, judicio Virum. Perve-„nit ad annum ætatis ſecundum & ſexageſimum, „quem firmis a pueritia viribus febris quartana con-„ſumſit, nec ullo antea laboravit morbo, niſi ocu-„lorum lippitudine, quam ex indefeſſo ſtudio & „inſatiabili lectione contraxerat. Doleo, ejus libros „non eſſe abſolutos: unum de Demonſtratione, al-„terum de methodis, qui erant futuri primi duo „Commentariorum, quos toties promittit. Reſta-„bant & alii quidam, quorum ipſe fortaſſe men-„tionem faciet in libris Metallicis, qui nunc ſub pre-„lo ſunt Baſileæ. Habebat in manibus Principum „Saxonicorum ſtemma, ex quo etiam traxit Mon-„teferratenſes & Sabaudienſes Duces; id diſtinxe-„rat in tabulas quatuor & explicaturus erat „linqua vernacula libris tribus; quod argumentum

Philo-

Philoſophica ejus ſtudia impediit; Alterum enim" in ea inveſtigatione annum jam verſabatur. Ve-" rum hæc opera atque monumenta ſtudioſis atque" doctis hominibus futura grata mors interrupit." Scio te amaviſſe ingenium hominis quamvis ſen-" tentia a te multum diſſideret, præſertim de reli-" gione & ſalute animarum. Nam noſtras Eccle-" ſias contemſit & in ſocietate ſangvinis CHRISTI" nobiſcum eſſe noluit. Ideo Principis mandato," quod Inſpectoribus Eccleſiarum dedit, & Tetelba-" chius fidelis Miniſter, executus eſt, negata mortuo" ſepultura, & quarto demum die Cizium avectus" in templo Epiſcopali conditur, mortuus a mortuis" ut Chriſtus apud Matthæum inquit. Miratus" ego ſemper ſum ingenium hominis in literis no-" ſtris & tota Philoſophia eximium: Miratus vero" multo magis opiniones ipſius de doctrina cœleſti" rationi quidem convenientes & ſpecioſas, ſed mi-" nime veras, ſi verum eſt, quod Apoſtolorum ſcri-" ptis traditur: Nam ille de traditionibus non ſcriptis" dialogos conficiebat; non minus tamen de Eccle-" ſia, de uſu Sacramentorum, de autoritate miniſterii" ex non ſcriptis judicabat. Ut autem de Philo-" ſophia differentes æquo animo audibat omnes," ita de rebus ſacris contra ſe diſputantem patienter" ferebat neminem." Ceterum vel ex eo intelligi poteſt, multum noſtro tribuiſſe Agricolam, quod librum de animalibus ſubterraneis ei dedicavit, ſcripta 3. Idus Auguſti an. 1548. Epiſtola in qua ita: Hunc librum, ſi probavero tibi, qui Latinis & Græ-" cis literis imprimis eruditus animantium naturas" ſcrutaris & jam multarum cognitionem cepiſti,"

„eum facilius ut ſpero, ceteris, qui item rerum oc-„cultarum ſtudio delectantur, probabo, Opp. f. 479.
Wolfgangus Meurerus Altenbergenſis primum Rei-publ. officia præſtitit adjunctus Caſp. Bornero Collega in ſchola Thomana Lipſiæ tum docenti, ad cujus exemplum Nicolaitanam & ipſe rexit aliquandiu. Inde petiit Italiam, comites nactus itineris Wolfg. Wertherum & Georgium Fabricium, reduxque an. 1542. Profeſſor Philoſophiæ nuncupatus eſt Lipſiæ, ubi tandem etiam Medicinam docuit Doctoris ornatus titulo & in Senatorium ordinem adſcitus, cujus an. 1583 mortui & in templo Paulino ſepulti prodierunt de Catarrhis Diſputatio Meteorologia & Commentarii Meteorologici; ſed librum de ratione ſtudiorum recte inſtituenda non impreſſum dolet Friſius in Bibliotheca f. 825. via de Meurero Barthol. Waltherus, Vitæ ejus ſcriptor, quam recognovit deinde Jo. Fridericus Profeſſor Phyſices & Meteorologiæ ipſius an. 1606. Lipſiæ editæ præmiſit, Adamus in Vitis Medicorum f. 110. & ex eo Freherus in theatro f. 1283. Hunc Meurerum non erraverim ſi principem amicorum dixerim Fabricii, quod non tam Hieronymo Scheinio credo in Epithalamio Noſtro ſcripto ita canenti:

Sturmius Auſoniæ lumen jam nobile linguæ
Diligit hunc juvenem diligit atque ſenem
Nec non Meurerus Coa notiſſimus arte
Inter Lipſiacos gloria prima Patres.

Nuptial. Carmin. p. 58 ſed ex magna literarum copia, quas Lipſiam noſter ad hunc ſuum Pyladem miſit & quæ inſigniter prædicanda Excell. Menckenii humanitate mecum communicatæ ſunt, licuit mihi intel-

intelligere. Fatetur in earum una, 16. Cal. Febr. an. 1549. exarata, ſe quibus plus tribuat & quos ſuper Meurerum & Badehornium amet, non habere. In alia 6. Calend. Decembr. a. 1547. data hæc leguntur: "Nihil habeo, mi Wolfgange, quod non tecum eſſe velim commune, quemadmodum ante" hac inter nos omnia fuerunt, vita, ſtudia, conſilia," cogitationes & tacitæ curæ. *Chriſtophorus Leuſchnerus* Medicinæ Doctor egregius, ut noſtro vocatur, patrem habuit Carolum Leuſchnerum, qui primus in hac urbe a. 1504. pharmacopolium inſtituit vid. Fabricius in Annal. Miſn. ad d. a. f. 76. & f. 103. Ille, natus a. 1521. dicitur prudentia & fidelitate eximius & propter humanitatem omnibus gratiſſimus f. 83. & hortum coluiſſe fertu Torgaque tanquam in coloniam Miſenam transtuliſſe plantas & arbores varias, cum ibidem in horto Joachimi Kreichii culturam plantarum aliquandiu exercuiſſet f. 104. Habetur hujus horti ſub Annalium finem f. 121. ſſ. deſcriptio, in quem fonticulis Poetarum a ſe, quod ſcribit, rigatum cum & ipſe Fabricius plantas varias intulerit, facile, quanta fuerit utriusque familiaritas, judicatur. *d. Bernardus Zieglerus* equeſtri natus familia Gauernitii ad Albim, uno ab hac urbe noſtra lapide, Monachus primum vixit, deinde Ebraicam linguam Lipſiæ docuit & an. 1552. ſuo fuit functus fato, de quo Albinus in Chronico f. 352. Adamus in Vitis Philoſoph. f. 64. & Friſius in Biblioth. f. 119. De hoc ita ſcribit ad Meurerum noſter. "Quodſi fieri id poterit, adferes aliquid a D. Doctore" Zieglero conſolationis quem & amicum noſtrum" diligimus & Virum eruditum colimus, obſervamus,"

vene-

„veneramur, cui ut nos commendes etiam atque etiam rogo. Diſcatur vero mutuus eorum amor ex Epiſtola quadam noſtri Mæcenæ IV. Id. Martii an. 1557. de honeſta puerorum educatione ſcripta, quæ Maturini Corderii Colloquiis ſcholaſticis Norimbergæ a. 1702. evulgatis præmittitur, imo & in editione Colloquiorum iſtorum an. 1588. & Lipſienſi an. 1605. legitur & a typographo, in Epiſtola his editionibus appoſita, ideo dicitur acceſſiſſe, quod de liberali educatione ſtudiisque puerilibus diſſerens digna omnium diligenti ac crebra lectione exiſtimaretur, quæ indicio Fautoris noſtri amantiſſimi in ſchola Dresdenſi liberali ſuorum inſtitutioni ſtrenue operantis Dn. M. Gellii didiciſſe me fateor. „Cujus grave hoc eſt initium: Quoties ad me, Vir „doctiſſime pro noſtra familiaritate & neceſſitudi-„ne adis; toties de ſtudiis puerilibus, quibus occu-„pari me vides, ſermo inter nos oritur. Non raro „autem, & moleſtias mihi lenis orationis ſvavitate „& ægritudinem adimis verbis & conſolatione: „ſemper vero ad labores ſuſceptos tuis me horta-„tionibus remittis alacriorem. In noſtris autem „ſermonibus facile demonſtras curam ac ſolicitu-„dinem paternam de vita & educatione filiorum „tuorum. Hæc enim a paucis hodie judicio con-„ſiderato & ſtudio conſtante ſuſcipitur, eſt iſta in „ſeculi temeritate ac licentia difficilis: & videtur „cum ipſa mundi ruina, nunc magis, quam un-„quam antea, ut aliæ res laudandæ, inclinari. So-„let autem noſtrarum eſſe collocutionum hic fere „ſcopus & quid moratos efficiat liberos & quid „eosdem retineat frugi & bonos. *Joachimus Camerarius*

merarius Papebergenſis & æternum non ſolum Germanicæ, ſed totius Europæ ornamentum & decus, ut Turnebo dicitur, cum Lipſiæ ſub Richardo Croco & Petro Moſellano Græcas literas didiciſſet ſolerter & Erfordiæ cum Eobano Heſſo, Vitebergæ cum Luthero Melanchthone, Baſileæ cum Eraſmo Roterodamo, amicitiam conciliaſſet, Noribergæ primum, deinde Fribergæ ac tandem Lipſiæ optimas artes docuit, & ingentem etiam præſtantiſſimorum librorum copiam evulgavit & in hac Academia an. 1574. mortuus eſt, de cujus Vita Andr. Freihubius in Orat. in ejus funere dicta & an. 1574. Lipſiæ impreſſa, Adamus in Vitis Philoſophorum f. 119. & Freherus in Theatro f. 1468. de ſcriptis poſt Friſium f. 392. Teiſſier. in Addit. ad Elogia e Thuano P. I. p. 446. ſ. de encomiis Jacob. Thomaſ. Præfat. f. 491. &c. Potuit de ejus etiam non vulgari amore gratulari ſibi Fabricius, ejusque tueri ſemet gravi judicio. Enimvero non duos modo filios, Philippū & Ludovicum, Noſtri diſciplinæ commiſerat, quod ſupra fuit obſervatum, ſed in Dedicat. etiam Bucolicorum Virgilii, quam carum haberet noſtrum omnibus conſtare voluit, ab eodem ſemet monens adductum eſſe ut ſuas ederet in Virgilii Bucolica annotationes & inſcriberet Valentino Grævio. Cum autem, *verba ejus ſunt*, placuiſſet Poemata Virgilii Bucolica ſuperio-“ re anno explicare opera publica doctrinæ noſtræ,“ vidit ſummus utriusque noſtrum G. Fabricius illas“ commentationes noſtras ut fortuito deſcriptæ fue-“ rant, & cenſuit in libellum referendas & divulgan-“ das eſſe.“ Idem in Epicedio defuncto ſcripto haud vulgari ſibi junctum teſtatur amicitia pergitque

in

in eodem, Epitaphiis a Jacobo collectis addito A. 4.:

Te cultura Heliconiadum ſtudiumque piarum
Atque voluntatis conſiliique paris
Hac in parte mihi vero conjunxit amore,
Omni qui firmus tempore manſit amor.
Ac ſimiles rationes noſtræ operæque fuerunt
Et didiciſſe artes & docuiſſe bonas,
Inque hoc curriculo vitæ perreximus ambo
Indeclinata progrediendo via.

Sunt ſuper hæc arctiſſimæ ejus conjunctionis teſtes Epiſtolæ complures a Camerario ad Fabricium ſcriptæ & legendæ in collectione Epiſtolarum Camerarii Francof. de an. 1583 triginta & una a p. 469-525. in quarum una p. 512. Ἀριθμολογίαν ſuam mittens ad Noſtrum, ut notet & corrigat in libello corrigenda, rogat, fuitque ſupra data annotatum occaſione, qua contentione animorumque promta facilitate ſe invicem in librorum adjuverint evulgatione. *Jo. Sturmius*, Germanorum ſive Cicero ſive Ariſtoteles, Sleidæ natus apud Ubios, in Gallia primum bonas artes & Logicam expoſuit & Argentorati ſubinde an. 1538. aperuit literarium ludum, unde Academia deinceps effloruit per totam celeberrima Europam. In ea variis operibus, venuſtiorem ſcribendi rationem monſtrantibus, non minus, quam inſtitutione exacta juvenum literatorum inclaruit hic, & quod ſupra dictum eſt, Fabricium etiam cum Philippo & Antonio Wertheris fratribus doctrinæ gratia eo traxit, grandior multa ætate, cum moreretur & diſcipulum iſtum ſuum anno demum 1589. valedicendo humanis rebus ſecutus, de quo evolvat &

plura

plura cognoſcat, cui libet, ex Adami Vitis Philoſoph. f. 158. Freheri Theatro f. 1482. Thuano etiam L. XCVI. p. m. 729. & quoad libros, quos ſcripſit e Friſii Bibliotheca f. 500. & Theiſſerii additionibus ad Thuani Elogia P. II. p. 93. addatque his meritorum Sturmii novum & ſcitum illum præconem Burckardum de fatis LL. in Germania p. 478. ſ. Ad hunc Georgius noſter, Horatii Poemata curans imprimi minori forma, carmen illud direxit, in quo Venuſini Vatis ſcribendi commendatur ratio, eleganti, ut ſunt Fabriciana, & materias ab eo pertractatas graviter edifferente. Eſt autem ipſius etiam Sturmii Epiſtola Conſolatoria ad Blaſium, Jacobum, Andream, Fabricios e morte fratris non parum afflictos 14. Calend. Octobr. an. 1571. e prædio Sturmiano miſſa & Epicediorum collectioni addita ſub initium, in qua inter alia: ſcribo hæc quaſi brevi ſecuturus Georgium fratrem veſtrum, qui annis novem me natu minor fuit. Ipſe enim ante Quinquageſimum ſextum mortuus eſt annum, ego vero Calendis Octobris Sexageſimum quintum ingredior: itaque non putabam fratrem veſtrum opus habiturum fuiſſe hoc officio meo in vobis conſolandis, ſed ipſum me mortuo ſuſcepturum defenſionem mei contra inimicos meos, quos jam ſenex aliquos experior, cujus modi ſint, qui alii ſunt, quam vitæ profeſſio deſiderat. Eundem in ſui & ſuorum gratiam Partitiones Dialecticas inchoaſſe Meurero ſuo nuntiat ita ſcribens Argentorato 7. Idus Febr. ann. 1545. Sturmius noſtro rogatu auſpicatus eſt ſuas partitiones Dialecticas easque aliqua acceſſione ſingulis lectionibus auget efficitque & ratione

inter-

interpretandi & verborum genere, ut ipſe etiam" Ariſtoteles, quem ſequitur, facilis & apertus videa-" tur." *David Chytræus*, in Ducatu natus Wurtenbergico, cum Tubingæ, Wittenbergæ & Heidelbergæ fuiſſet perpolitus, in Academia Roſtochienſi Profeſſor floruit, an. 1551. eam juſſus ornare ſpartam, manſitque in eo munere ad emortualem diem qui in an. 1600. congruit, charus Principibus non minus, quam doctis Viris, editisque libris & Chronico maxime Saxoniæ juxta ac fideli civium Academiæ cura inclitus, quem notiorem nobis reddunt Adamus in Vitis Theologorum f. 323. & hujus pediſſequa Freherus f. 314. tum & Thuanus L. CXXVI. p. m. 799. & Sagittarius in Introd. in Hiſtor. Eccleſ. p. 134. atque qui monumenta literaria enumerant, quibus nomen ſuum clarum reddidit, Friſius in Biblioth. Geſner. f. 186. & Teisſierius P. II. p. 315. ſſ. Ego unum hic adducam locum, ex Epiſtola ejus ad Noſtrum ſcripta an. 1568. Epiſtolar. Chytræi edit. Hannoveranæ de an. 1614. p. 425. unde de voluntate ipſius plena humanitatis conſtet pietatisque: „Ingenue fateor verba mihi deeſſe, quibus vere heroi„cam bonitatem tuam & virtutem, fidem, humani„tatem ac pectora lacte & non calcata candidiora „nive prædicem & extollam. Summa enim bene„ficentiæ officia eſſe grata mente & voce agnoſco „& profiteor, quod amore & fidem erga me ſince„ram & conſtantem in tanta multorum adverſus me „acerbitate firmiter conſervaſti. Jam par Poetarum ſequitur ob molliſſimam carminum dulcedinem memorandum. Sunt illi *Jo. Stigelius & Paulus Meliſſus Schedius*; ille Gothanus, qui Vitebergæ

& Je-

& Jenæ docuit & an. 1562. ſuo functus eſt fato; hic Francus natione, qui Viennæ laurea ornatus Poetica peregrinando magnam collegit optimarum ſcientiarum copiam & Heidelbergenſis Bibliothecæ curam ſuſcepit tandem in eaque an. 1602. mortuus eſt. De illo Adamus in Vitis Philoſophorum f. 108. & de libris ejus Friſius f. 499. de hoc Adamus f. 206. & Freherus in Theatro f. 1497. Clarmundus in Vitis P. VIII. p. 186. ſ. de libris vero Friſius in Bibliotheca f. 638. & Teiſſier. Addition P. II. p. 318. & Simonis cumprimis Steinii Parentatio evolvi debent. Uterque eximius Poeta, quorum in Pſalmis Davidicis verſibus exprimendis par deſudavit induſtria, in cenſum amicorum Fabricii veniunt, & Stigelii extat prolixa Elegia ad Georg. Poemat. Volum. II. p. 471. in qua ſtudium ejus Poeticum ſacris potiſſimum dicatum laudat:

Sacra coëgiſti Venuſinam pangere Muſam
Et numeris uni grata ſonare DEO.
Crede mihi talem vult Chriſtus Apollo Poetam etc.

Ipſe vero Fabricius in Dedicat. Caſtigationum in Horatium ad Chriſtoph. a Schleiniz b. 2. Stigelium ſemet excitaſſe fatetur, ut in Elegiaco genere aliquid tentarit, qui hactenus ad Lyrica fuerit propenſior, Verba ipſius ea ſunt: Horatium aliquando ſemper in manibus habui, & ad ejus imitationem me exercere & vires ingenii explorare in rebus præſertim ſacris & Chriſtianis conſvevi. Id cum intelligeret Vir optimus & Poeta excellens Johannes Stigelius ad alia me tum adhortabatur. Sic enim ſcribebat:

Hor-

Hortor amicitiæ ſanctis pro legibus idem
Perge, ſacro paſſim carmine clarus eris
Quodſi Elegis mavis faciles componere verſus,
Jam factam plena rem tibi laude putem.
Da veniam citharæ Dircææ cultor Horati,
Non eſt in Lyricis gratia ſola modis.
Vox ſociata lyræ Romanas attigit aures,
Non placet in noſtris auribus ille lepos.

„Iſtius Viri monita non neglexi & in illo genere, „quod ipſe probabat, etiam elaborare poſtea ſum „conatus. Meliſſus vero mortem noſtri deplorat Epigrammate duplici, in quorum priori ad Paulum Brachelium ejus collaudat pietatem, cujus initium ſupra, ubi de hac peculiari Fabricii virtute egimus, adductum eſt, alterum integrum hoc eſt, legendum in Schediaſmatibus p. 389.

Numina Fabricium terris ut ab hiſce Poetam
Transmiſere polo, temporis invidia,
Tot profuſa piis lacrimarum flumina Muſis
Fons ſit ut Aonidum plenus amaritie.
Hinc quibus hauritur (dolor ah! dolor) unda poetis
Illa mere falſas diffluit in lacrimas.
At prior in fontem negat heu dulcedo reverti
Ni dederint alium Numina Fabricium

Ipſe Fabricius hoc Meliſſum ornaverat elegio:

Carmine ſunt, quos Muſa beat, quos Muſica cantu,
Sed ſoli Schedio Phœbus utrumque dedit:

Vid. dicta Schediaſmata p. 596. legiturque idem illud ibidem Græce redditum a N. Reuſnero. *Theodorus Zvvingerus* Baſileenſis in Academia patria ſalutarem docuit artem exercuitque & libros erudito orbi

orbi dedit plurimos hosque inter Theatrum vitæ humanæ, quod operoſa induſtria congeſtum de labore ſummi Viri luculenter teſtatur, ſuæ vitæ ſortitus finem a. 1588. de quo Adamus in Vitis Medicor. f. 135. Freherus f. 1289. & Thuanus L. LXXXIX. p. 405. & de libris cumprimis Friſius in Biblioth. f. 784. & Teiſſier. P. II. Addition. p. 77. Ipſe amoris erga noſtrum facit mentionem ita ſcribens X. Calend. Martii an. 1580. ad Blaſium Fabricium: Ut fratrem" Tuum Georgium maximi ſemper feci, dum vive-" ret, ſic ſanctiſſima illius manium memoria apud" bonos omnes & literarum ſtudioſos erit per-" petua. Hujuſce voluntatis meæ hæreditarium" uſum fructum ad Te quoque cum dabitur occaſio" pertinere, reipſa demonſtrabo. Vid. Adam. Theod. Siberi διαλέξεων Academic. Volum. II. p. 454. *Petrus Lotichius Secundus* Solitarienſis fuit, & Profeſſor Medicinæ claruit Heidelbergæ ad emortualem annum 1560. quo e philtro, in Italia accepto, deceſſit. Ejus vitam Jo. Hagius Francus accurato ſtudio expoſuit, quæ ad editionem a. 1609. legitur adjuncta, itemque Simon Steinius Lommacenſis cujus in Epiſtolis Petri Lotichii Abbatis fit mentio, & exponere voluit etiam Janus Brockhuſius, quod in Sebaſtiani Kortholti diſquiſitione, utrum Lotichius obſidionem urbis Magdeburgenſis prædixerit §. 7. perhibetur; ſed videri debent etiam, qui nunquam non a nobis evolvi jubentur, Adamus in Vitis Medicorum f. 49. & Freh. f. 1249. Thuan. L. XXVI. p. m 1201. & de ſcriptis Friſius in Bibl. f. 675. Teiſſieriusque P. I. p. 207. Ex antiquioribus quatuor perluſtravi Poematum ejus editiones Lipſienſes an. 1561. 1572. 1603. & 1606. in

quarum hac Carm. L. II. p. 179. adventum ſuum, cum has regiones perluſtrans Miſenam acceſſiſſet, elegidio notum facit noſtro, & Carmin. L. I. p. 138. ad editionem verſuum Lyricorum eundem ita excitat:

Argutæ fidicen lyræ Georgi,
Dic nobis age, cur tuos libellos
Illos candidulos & expolitos
Perfectum tibi vicies ad unguem
Incluſos retines domi? nec ire
Doctorum ſinis ora per virorum?
Jam ſat (nam modus eſſe debet) illos
Ærumnoſa coercuit litura.

Eſt vero Epiſtola etiam Miſenæ a. 1561. Cal. Auguſti ſcripta a Fabricio ad Jacob. Strasburgum, inter Poëmata Lotichii legenda p. 255. dictæ edition. in qua comitem ſemet iviſſe Lotichio Miſnicas metallifodinas inſpecturo narrat: „Fuit, ſcribit, in Lo„tichio ingenium excellens, & morum ſvavitas ſin„gularis, quæ tum mihi perſpecta ſunt, cum ipſum „& Jo. Hagium in tuam patriam hinc perſecutus „ſum animi cauſa, cum inſpicere metalla cuperet: „In puteos ipſe deſcendit ac cuniculos perreptavit „& machinas ſub terris admiratus eſt. Dicebat ſe „navigaſſe in mare Liguſtico: ac nunc inſpexiſſe „metalla Miſnenſia, quas res habiturus eſſet tota „vita, quibus ſe jactare vellet. Ejus verſibus ſim„plicitate, nitore, puritate nullius e noſtris homi„nibus legi ſimiles, bellæ & ſvaves ſunt Elegiæ, ſed „in Eclogis ipſe ſe ſuperavit. Niſi Bononienſe „toxicum, quod alteri appoſitum fuerat, inſciens „guſtaviſſet, diutius potuiſſemus ejus divino inge„nio & ſtudiis frui, ac ſine dubio aut philoſophi-

cum aliquid aut medicum tractaſſet argumentum," poſt florentis adoleſcentiæ exercitationes. Sed" nunc in Academia cœleſti canit filio DEI redem-" tori ſuo & nos eum ſecuturos cum lætitia expectat." Prolixius haud paulo Jo. Hagius iſtud deſcribit &" ſimul in quod inciderit periculum his docet verbis," quæ e vita Lotichii p. 31. 32. appono: In Leucorea" poſtmodum urbe & Academia, ubi Philippus Me-" lanchthon regnum literarium tenebat perfrequen-" ti auditorio, innotuit ac conciliatus eſt facile, (ut" mittam ceteros, quamplurimos homines doctos," quibus tum ea ſchola florens vigebat maxime)" clariſſimis Poetis ac cumprimis Georgio Sabino" Philippi genero, Joanni poſt Stigelio, adde his, ter-" tio Georgio Fabricio, qui, neſcio hercule, Vir do-" ctiorne, an humanior meliorque fuerit, adnume-" randus prioribus duobus profecto jure optimo." Scilicet exiſtit ea bonarum Muſarum Gratiarum-" que naturalis quaſi copulatio quædam ac vincu-" lum neceſſarium. Is Fabricius Petrum Lotichium" & me abeuntes ex Saxonibus ac Miſena diſcedentes" quo Lotichius mecum ſalutandi Fabricii cauſa ve-" nerat, cupidos ſpeculandi fodinarum metallicarum" Mariebergenſium vicinarum ſubterraneos puteos," cuniculos, moles ac molitiones laboresque imma-" nes, perquam humaniter perſecutus, quaſi manu du-" cere ac reducere magna ſollicitudine & cura vo-" luit. Qua inſpectione fabricarum & machinarum," metallicarum ſic Lotichius affectus eſt admiratio-" ne, ut adſeveraret, habiturum eas res tota vita" quibus ſe jactare vellet, non minus quam naviga-" tionibus maris utriusque Italiam ſupra infraque"

„cingentis atque Oceani. Mihi ſero (ut id obiter „quoque addam) tum deſcendenti cum ceteris in „puteum, niſi DEO præſentiſſimo me ſervante, „haud procul aberat periculum lapſus ad profunda „tartara, Plutonia regna, ob temere ſcilicet atque in„caute dimiſſas, ex ſuperioris proxime deſcenden„tis ac manus forte pede proterentis, ſubito utrin„que orto terrore, ſcalas, præſentiſſimo vitæ diſcri„mine. Quæ res magnum viro optimo Fabricio „injecerat metum. Nam is erat, niſi valde fallor, „qui proxime me ſequebatur deſcendendo, manus „planta feriens. Atque hæc converſatio Petri Lo„tichii cum Georgio Fabricio me comitante præci„pua, quod ſciam fuit, eaque ſane dulciſſima. Qui „Lotichium tum & me primum advenientes Miſe„næ, ubi illuſtris ſcholæ gubernationi præerat, acci„piebat ſane percomiter & eleganter, vivebatque „ille poſt nobiſcum per triduum admodum jucun„de collocutionibus ſuis eruditis & lepidis nos plu„rimum oblectans, delectatus ipſe contra mirifice „Lotichii præſentis Muſa atque ingenio, quem poſt „etiam amare, colere ac ſuſpicere nunquam deſiit, „dum vixit.„ *Martinus Cruſius* Grebernæ in Epiſcopatu natus Bambergenſi Fribergæ docuit φιλελλήνων, ſi quis alius, & ad culturam Gr. Lingvæ quaſi natus, cujus in eam merita ſingulari ſcripto Jo. Cunradus Dietericus celebravit, quod ſumme Reverendus Götzius, Sacrorum apud Lubecenſes Antiſtes celebratiſſimus, ſuæ de Principe Græce docto diſſertationi p. 70. adjunxit. Hic vitam cum morte commutavit an. 1607. Viti Mulleri funebri oratione condecoratus, de quo Adamum licet evolvere

vere in Vitis Philoſoph. f. 223. & Freherum in theatro f. 1503. de literariis vero ejus monumentis Friſium f. 579. Hic fratrum Wertherorum, Philippi & Antonii, in Academia Argentoratenſi commorantium, inſtitutioni admotus erat an. 1547. ſucceſſeratque in ea cura Hieronymo Wolffio, quemadmodum hic noſtro Georgio, quod Adamus docet, fuitque hoc paratior occaſio iſthæc, qua alter noſſe alterum potuit, ex quo etiam familiariter ſe cœperunt invicem uti, ſintque ejus uſus teſtes verſus illi Græci, quibus Martinus Cruſius noſtri Antiquitatum libros ornavit, poſt dedicationem legendi & delectationem ex iſtis libris hauriendam commendantes:

ὡς καὶ Φαβρίκιός γ᾽ ἐπιδημῶν οἰνοτρίοισι
συλλέλογ᾽ εἰς σελίδας πολλὰ παλαιὰ μικράς,
Τέρψιν ἄ᾽ οὐκ ὀλίγην ἀναγιγνώσκουσι παρέξει
Γνώσιος εἰ δὴ ἔρως τοῖς μερόπεσσι πέλει.

Venuſta eſt Epiſtola, qua Cruſium ſolatur Noſter in puerorum inſtitutione tum adhuc deſudantem & vexationes perferentem ſine dubio plurimas, ſcripta Id. Octobr. an. 1557. & legenda in notiſſimo libro *Unſchuldige Nachrichten von den Alten und Neuen* an. DCCIV. p. 767. quam operæ pretium erit appoſuiſſe hic integram: "Ex periris quantæ moleſtiæ quantumque onus ſit puerilis inſtitutio, neque" tam propter munus ipſum quod laborioſi & ſeduli" poſſent ſuſtinere, quam propter mores hujus ſeculi" ignaros, improbos, perverſos. Habes tamen illam" cum piis omnibus conſolationem, quod tuæ operæ"

„gratæ Deo ſint, & quod ad ipſum liberrimi pateant „acceſſus, & quod in ipſa difficultate non deſint ſo„latia bonæ conſcientiæ & pulcherrimi ſtudii. „Quamobrem primum te fortem eſſe jubeo, deinde „patientem. Accipies ipſum quoque ſertum „ἀμαράντινον, quod in ſinu Dei bonis diligentibus „doctoribus Apoſtolus ait eſſe depoſitum. Acci„pies & in hac vita præmia induſtriæ, cum tuo qua„ſi ductu florere cernes & ſapientes Viros in Repu„blica & eruditos in Eccleſia. Sed ſatis multum ad „Te, cujus mihi virtutem prædicarunt fratres mei. „Vale, mi Cruſi & vale feliciter„, *Reinerus Reineccius* Steinheimii in Weſtphalia natus, ad hiſtoriam potiſſimum & illuſtrium familiarum enarrationem applicuit animum, & de his in Academia Julia agens, in qua etiam an. 1595. vitam ſuam finivit, cum non vulgari induſtriæ laude complures edidit Commentarios, quos Friſius in Bibliotheca Geſneriana f. 721. & Teiſſier. in Annotat. ad Elogia Thuani P. II. p. 211. enumerant, de quo Rollii memoriæ Philoſoph. Orator. &c. Decad. II. p. 60. & Clarmundus in Vitis P. IX. p. 51 ſ. videri debent. Hoc Fabricius (cujus mortui Hiſtoriam de domo Saxoniæ, Auguſti Electoris mandato, debebat pertexere, vid. Roll. d. l. p. 63.) uſus eſt amico etiam ſingulari & teſtantur integer Epiſtolar. Hiſtoricarum liber, qui de editionibus operum ejus Hiſtoricorum Helmſtadii an. 1573 fol. prodiit, quam diligentem adjutorem Noſtrum in ſuis habuerit meditationibus. Leguntur in iſto novem Fabricii, in quibus placide interdum ſe diſſentire oſtendit a ſententia Reineccii, hortatur interdum in Genealogiis explicandis occupatum,

patum, v. gr. ut reges Syriacos & Parthicos colligat, alicubi libris ad ſe miſſis & ſuo judicio ſubjectis nonnulla ſemet addidiſſe ſcribit, nummos interdum mittit opera Reinecciana illuſtraturos juxta atque ornaturos, regis puta Perſici, Lyſandri Spartiatæ, Mithridatis Eupatoris (ita enim ſcribi probat noſter, cum Lambino & Panvinio ſicut & Boſporus pro Boſphorus vult poni) Hypſicatriæ, Auguſti, Trajani, Veri; aliquando a Peucero ut ſubſidia & monetas veteres petat, monet, quem a ſingulari in ſtudio Genealogico notitia commendat, quin & ut Peuceri Præfatione labores ſuos ornari curet, hortatur, quod factum fuiſſe Hiſtoriam Juliam conſtabit intuenti. *Jo. Oporinus* Baſileenſis, ut animum multarum artium notitia excoluerat, ita in patria etiam docuit Græcas aliquandiu literas, Grynæo in iſto munere ſuffectus, quod mittens tamen poſtmodum libris excudendis ſemet accinxit atque in ſtudio iſto literato orbi haud vulgares comparavit utilitates mortuus an. 1568. de cujus vita & obitu ſingulari Oratione Andr. Jociſcus Sileſius & Ethicorum in Academia Argentoratenſi Prof. expoſuit recitata a Jo. Heinrico Heinzelio Auguſtano, & cum Catalogo librorum per Oporinum excuſorum vulgata a. 1569. conf. Adam in Vitis Philoſoph. f. 112. Freherus f. 1465. Thuanus L. LXVIII. p. m. 658. & de ſcriptis Friſius f. 480. & Teiſſierius P. I. p. 338. Hujus mortem noſter luxit carmine quodam in Poematum collectione non inveniendo, ſed legendo tamen ſub finem Catalogi libr. ab Oporino editorum, qui orationi Andreæ Jociſci de vita Oporini ſubjectus eſt, Carmen ita ſonat:

Immortale decus tibi donat Oporine virtus
Famaque ſtellifero, quæ volat alta polo.
Nam per te Latii libri Grajique leguntur
Doctrinaque nova laude revixit honor.
Clauderis exigua magno ſub nomine terra,
Sed claudi tumulo, gloria tanta nequit,
Nam quot habent apices, tua quot monumenta figuras,
Tot meritis par eſt reddere grata tuis.

Simile vero officium Oporinus præſtitit Fabricio atque Commentarium ejus in Poëtas Chriſtianos ἐγκωμιαστικῷ inſtruxit in fronte legendo libri, imo & Paulo Cherlero fuit auctor, ut Jambicos verſus, aliquoties citatos a nobis, ſub calcem Commentarii adderet. *Guilielmus Canterus*, non publico quidem in Academia functus fuit officio, ſibi videlicet ac ſuis vivens Muſis, ſed Lovanii tamen vixit & monumentis literariis peregregiis cupidæ artium juventuti profuit Polyhiſtor Præſtantiſſimus & Græcæ eruditionis amplificator, quod Novarum Lectionum libri, Verſiones Orationum Ariſtidis & Lycophronis Caſſandræ tum Æſchyli Sophoclisque & Euripidis Tragœdiarum editiones aliique fœtus teſtantur pervenuſti, de quo an. 1575 in ipſo ætatis flore præmatura extincto morte Adamus in Vitis Philoſoph. f. 126. prolixe Freherus in Theatro f. 1470. & de libris ejus Friſius in Biblioth. f. 301. imo & in Judiciis Doctorum Baillet T. II. P. II. p. 222. videndi ſunt. Ego e duabus Epiſtolis, quas Excellentiſſimus in Jenenſi Academia doctor Schubarthus aſſervabat, quanti Fabricium fecerit, potui intelligere. Scripta eſt altera Francofurti nundinis autumnalibus

an.

an. 1565. in qua ita Noſtrum compellat: Cum literas mihi Tuas Oporinus reddidit, Clariſſime Fa-" brici, non mediocri ſum perfuſus gaudio, poſtea-" quam vir tantus ad me ſatis rudem etiam literarum" tyronem ſcribere es dignatus. Illud vero non" gaudio potius, quam admirationi fuit, quod ami-" citiam noſtram non aſpernari & libellos approba-" re ſuſtinuiſti. Ego vero, ſicut doctorum virorum" conſuetudinem ſtudioſe ſemper ambii: ſic" Te in eorum ſemper habui numero, qui poſ-" ſent ac deberent & eruditionis & pietatis" nomine probis ac ſtudioſis omnibus eſſe chariſſi-" mi. Quocirca non vulgare collocas in me bene-" ficium, cum id quod ego nunquam fuiſſem auſus" poſtulare, tam benigne defers ultro." Altera Calendis Septembris an. 1566. exarata, in qua loca quædam in Seneca Tragico corrigit & de Servii agit emendationibus, his finitur verbis: "Quod reli-" quum eſt, ita Tibi perſuadeas velim, me cum ante" ſemper, tum poſtquam inter Tuos me habere di-" gnatus es, ut meum tui ſtudium atque amorem" Tibi notum poſſim reddere, omnem operam dare" cœpiſſe." c.) *Michael Neander* Soravienſis, cum non vulgari gloria ſcholam Ilfeldenſem ad ſilvam Herciniam rexit, & per quadraginta & quinque annos de formanda bonis artibus juventute non voce magis, quam ſcriptis eximie fuit meritus. Enarrantur hæc in Græcis ſcriptoribus evulgandis maxime occupati Polyhiſtoris & ad aſſerendum ejus lingvæ decus nihil non molientis ſub finem Concion. funebris per Valentinum Mylium, Ilfeldenſem Paſtorem, habitæ mortuo, nec non apud Friſium in Bibl. f. 607. & Teiſſ.

in Addition. ad Elogia Thuani P. II. p. 213. de quo Adamum etiam conſulere licet in Vitis Philoſoph. f. 183. quem non æque fideliter ſecutus hic eſt Freherus, breviter ipſius modo injiciens mentionem f. 367. imo & Clarmundum in Vitis P. VI. p. 201. eſtque iterum ab Excellentiſſimo Gœzio Jo. Cunr. Dieterici de meritis ipſius programma eruditis communicatum in diſſertat. de Principe Græce docto p. 75. Amicitiæ cum Fabricio cultæ ipſe præco ſit Neander ita ſcribens ad fratres Fabricios, Andreæ filios, Theodoſium & Jonam, cum Theologiam Lutheri ipſis dedicaret an. 1581. „Fuit mihi, ornatiſſimi ac „præſtantiſſimi juvenes, ſingularis præcipua & ſan„ctior quædam amicitia, cum viris clariſſimis, pie„tate vera & doctrina varia præſtantiſſimis, Georgio, „Jacobo, Blaſio & Andrea Fabriciis, parentibus, con„ſangvineis ac patruis veſtris, quibus longo puto „tempore nulla ætas ex una domo, uno patre ma„treque, natas & editas protulit animas candidio„res, clariores & omni doctrinarum genere orna„tiores viros. Nolo vobis copioſius commemo„rare, quanta mihi neceſſitudo interceſſerit cum „ſingulis; nam id nimis longum futurum erat. „Georgius equidem, inter ceteros natu maximus, „ac fratrum ſuorum omnium Præceptor ac pater, „quoad ſuperfuit amare, in ſuorum numero habe„re, nos prædicare & colere, & Muſas noſtras inci„tare nunquam deſiit, quod & literæ ejus, ſæpius ad „nos copioſe & amice ſcriptæ, planum facere & „verſiculi, quos de nobis in amicorum aliquando „libris ſcribere ſolebat, teſtari poſſunt:

Mul-

„*Multum laborat* | *& laborat literis*
„*Utilia multa noſter Hercules DEO*
„*Charus Neander & Camoenis inclytum*
„*Pietate, moribus, ſtudiis, induſtria*
„*Et literarum & literatorum decus.*

Iterumque in Præfat. ad Lectorem libris de re Poëtica Græcorum præmiſſa & an. 1579. elaborata: Hos libellos colligere & deſcribere cœpimus de" hortatibus tum aliorum doctorum Virorum tum" vero ſeorſim Dn. Georgii Fabricii & Abdiæ Præ-" torii, virorum Clariſſimorum & celeberrimorum" & de re literaria longo tempore præclariſſime me-" ritorum adhortationibus & monitis. Quos nos ut-" pote majores & ſeniores reverenter ut colere &" voluntatibus eorum obſequi ſemper ſtuduimus:" ita illi contra nos amare, excitare & prædicare &" conatibus noſtris favere, quamdiu ſuperfuerunt" & in mortali vita manſerunt, non unquam de-" ſtiterunt," *Adamus Siberus*, quem mallemus Miſenæ cum Quenſtedio vindicare, quam Chemnicio relinquere, urbi ſatis jam ex nativitate Georgii noſtri nobilitatæ vid. Quenſted de patriis Viror. illuſtr. p. 223. ni Schoenaviæ prope Cygneam natum traderent alii hosque inter Excellentiſſ. Menckenius in diſſertat. de Græcarum & Latinarum literarum in Miſnia inſtauratoribus §. 31. ubi tamen Adami Theodori Siberi ad Janum Gruterum Epiſtolam in qua id confirmet filius hic, in ipſius διαλέξεσι Academicis non potui reperire, doctrina Melanchthonis & Camerarii exacte politus Rector fuit illuſtris ſcholæ, quæ Grimmæ ad Muldam floret, habetque teſtes ſuarum laudum non diſcipulos modo plurimos, probe

probe formatos, ſed liberos etiam melioris notæ, in carmine pangendo cum ſuo Fabricio æque benigna conſpicuos ingenii vena, cui ea ſuper hæc felicitas obtigit, ut filium haberet doctiſſimum Adamum Theodorum in Vitebergenſi Academia humaniorum literarum doctorem celebratisſimum, generumque deinde & Collegam Chriſtophorum Schellenbergium, ita ut quæ Freherus e Lotichio repetit in trifilo velut nexu Patrem, filium & generum optimos & elegantes Poetas contueri occurrat; vide de hoc viro an. 1583. denato Freherum in Theatro f. 1477. & Friſium in Bibliotheca f. 6. Clarmundumque in Vitis P. VII. p. 122. & corrige errorem Freheri duo volumina Oration. Epiſtolar. & Carmin. Patri attribuentis, quæ filium habent auctorem Vitebergæ an. 1617. emiſſa, imo & opta mecum, ſi lubet, ut Nobiliſſimus Gymnaſii Grimmenſis ConR. Dn. M. Schumacher, qui ejus Viri præſtantiſſimi renovandæ memoriæ calamum ſuum commodaturus eſt, quod meditatur, propediem perficiat. Jam proferenda ſunt amoris ejus mutui teſtimonia, qui Adamum inter & Georgium coaluerat & quod ſupra monui §. IV. in condiſcipulatu Annabergenſi juxta ac Freibergenſi ſua habuit initia. Dabunt illa Carmen Siberi eximium, quo Georgii Poëtas Chriſtianos ſub initium operis & Poemat. P. I. p. 444. aliudque, quo itinera ejusdem ornavit itidem ſub initium operis & Poemat. p. 544. iterumque aliud quo Romam, Poem. p. 554. novumque quo ejus Horatianos Commentarios celebravit p. 564. inſuperque Epigramma Georgio & ſponſæ ejus Magdalenæ Fauſtæ confectum, d. l. p. 507. Idem Siberus, ut ſua car-

carmina emendare ne gravetur his p. 539. verſibus petit:

Fabrici Aonidum decus, Camoenas
Qui tecum in patriam Italis ab oris
Inferſ, Pindaricos ſonante plectro
Et cogis numeros referre Chriſtum,
Cum nugas aliquid meas quod eſſe
Putas, tardipedi Deo ſacrare
Non permittere mi velis, facultas
Quas parva ingenii moleſtiaeque
Graves non patiuntur expolire,
Te tuus veniam hanc peto Siberus
Ut ſi quidquam animo meo expetiſti
Quod gratum faceres, manus libellis
Noſtris admoveas ; parum venuſtos
Nec ſatis lepidos, nec elegantes
Tollas verſiculos: placere poſſint,
Quo plus, ſcrinia noſtra cum relinquent.

Viciſſim Georgius Chriſtophori Schellenbergii & Annæ Siberiæ nuptiis applauſit Poemat. P. I. p. 134. & pari Elogiorum ſuam declaravit pietatem, quibus & precationes Siberi & Pſalterium Carmine redditum celebrantur legendis in Poem. Siberi P. II. p. 462. 463. Hæc adducens Adami Siberi Poematibus uſus ſum Baſileæ an. 1565. per Jo. editis Oporinum & a clar. Stubelio Rectore ſcholæ noſtræ venerando humaniſſime mecum communicatis. *Baſilius Faber* Soravienſis & Quedlinburgi primum atque Erfordiæ deinde in formanda juventute ſtrenuus Magiſter, vel ob unicum eruditionis ſcholaſticæ theſaurum quoad literis florere contigerit, prædicandus ad an. 1576. vitam produxit, de cujus ſcriptis Friſius

in

in Biblioth. f. 107. conf. Jänichius in Conſpectu Luſat. Diſput. II. D 3. & Ludovici in hiſtoria Rectorum P. I. p. 24. Huic noſter libros IV. & V. de re Poëtica inſcripſit, ſicut VI. Andr. Winckleró Wratislavienſi & VII. Georgio Sellæ Noribergenſis ludi doctoribus, cumque theſaurus eruditionis ſcholaſticæ an. 1571. primum exiret, eidem laudando adjecit carmen. Præter opinionem in illam primam theſauri editionem incidi, & tranſcribam inde ipſum iſtud carmen, ne quid pereat, quod ad libri tam egregii pertinet commendationem :

Æquore multa jacent, fodiuntur plurima terris
Quæ ſuperant aurum, Crœſe Midaque tuum,
Unde ſuas aulas ornarunt tectaque celſa
Splendida Lyde, tuo Phryxque ſuperbe ſolo,
Nunc quæ vaſta jacent habitacula facta ferarum
Et quod habent, tantum carmine nomen habent.
Omnia nempe tulit tempus, feret omnia tempus,
Sola animi durant ingeniique bona.
Theſauros nihil eſt vigilante reponere cura
Aut quas Hermus opes, quas & Iberus agit.
Nec prodeſt altas ad cœlum ducere moles,
Erigere effoſſo regia tecta mari.
Sed labor in ſtudiis quæſitaque pectore virtus
Inque hominum meritis facta locata genus,
Efficiunt omni lauderis ut inclitus ævo
Et teneas ſera poſteritate decus.
Talem operam præſtas ſtudioſis docte Baſili
Quos clarum ingenio nomen habere cupis :
His recludis opes veterum ditisſima regna,
Eximiaque illud cultus ab arte facis.

Omet

Ornet ut illorum ſapiens facundia mores
Et nitida Auſonius temperet ora liquor.
Barbaries fœda placeat Tibi ſordida palla
Et juvet inſipida nare Mephitis odor.
Me teneant variis redolentes floribus herbæ,
Me thymbra & grato roſcida prata thymo.
Pendeat indoctus tergo rudentis aſelli
Et ruſco impexas horreat ille comas:
Me vehat auratis ſapientia pulchra quadrigis
Et cultum cingant laurea ſerta caput.
Talis ut incedat puer & ſit cura Camœnis
Inter honoratos fama futura viros,
Efficis inſigni cura ac ſudore Baſili,
Ingenii monſtrant quod monumenta tui.

Nathanem Chytræum ſupra inter diſcipulos nominavi Fabricii, hic Amicorum adſcribitur cœtui, quippe qui in Præfat. Faſtis Eccl. præmiſſa ſe partem ſui operis cenſuræ ſubjeciſſe G. Fabricii, & quoniam is honorifice de illo inſtituto viſus ſentire, inde exiſtimaſſe ſe iſtum fœtum non abjiciendum tradit, inſuperque ſe hujus gratia operis magnam partem æſtatis an. 1567. Miſenæ conſumſiſſe, cum recens tum ex Gallia Italiaque reverſus eſſet, addit. Idem hoc teſtatur in Præfat. Deliciarum Itinerum, quæ an. 1593. viderunt lucem, gratusque non exiguam partem Inſcriptionum in Deliciis obviarum ſibi a Fabricio poſt quem Jacob Monavium cumprimis laudat, communicatam fuiſſe fatetur. Extat proinde ſub calcem Faſtorum p. 551. duplex Georgii Carmen gratulantis de nuptiis amico ſuo ſcriptum in Decembr. 1568. & commendantis ſtudium Faſtis deſcribendis ſucceſſu datum perfelici

ſcriptum

ſcriptum - - d. 12. Auguſti 1567. Docuit vero hic Nathan Chytræus Roſtochii primum, & Gymnaſium deinceps Bremenſe, Rectoris nactus ſpartam, cum ſingulari diſcentium fructu ad fatalem usque annum 1598. moderatus eſt, de cujus ſcriptis Friſius in Biblioth. f. 615. adde Clarmundum P. III. p. 71. *Wolfgangus Leopoldus*, Preibergenſis, primus inſtauratæ ſcholæ Guſtrovienſis Rector ad id munus an. 1553. evectus, cum formandæ Ducum Mecklenburgenſium, Ulrici, Chriſtophori & Caroli præfuiſſet pueritiæ, de quo videatur Ludovici in Hiſtoria Rector. P. III. p. 404. a noſtro mitti aliquem poſtulat, hic qui Cantoris fungatur apud ſuos munere. Apponam ipſa verba, ex Epiſtola Dominica Eſto mihi an. 1559. Guſtrovii ſcripta, ex qua, quantum tributum ſit Noſtri judicio, licet cognoſcere. „Aucta „ſunt Collegarum meorum ſtipendia quæ exigua „ſatis erant, & Cantor nobis adjunctus eſt: is cum „diutius muneri ſuo propter aliud vitæ genus, quod „elegit, præeſſe non poſſit, a Superintendente utri„usque Principis nomine mihi mandatum eſt, ut „adoleſcentem pium eruditum & gravem, quem „maxime in Muſicis excellere noſſem, accerſerem. „Suſcepi negotium non invitus, quod & horum ho„minum mores in ſcholis adminiſtrandis non ad„modum probem & tuum de ejusmodi Adoleſcen„te judicium ceterorum omnium anteponerem. „Quare a te tum Principum tum meo nomine ve„hementer peto, ut quando ex veſtra ſchola tan„quam ex equo Trajano adoleſcentes artibus ſcho„laſticis inſtructiſſimi prodeunt talem, ad nos mit„tas, qui illud munus ad Feſtum Paſchatis ſuſcipiat,

aut

aut prius etiam (ſi fieri poteſt) nos conveniat. "
Quod ſi neque ipſe veniret neque literas a te ante"
illud tempus acciperem, nos interea ejus partes in"
canendo ſuſtinebimus usque ad Feſtum Aſcenſio "
nis Domini. Stipendium eſt triginta florenorum,"
de efferendis mortuis mercedem ſolus habet, men "
ſam quemadmodum anteceſſori ſuo liberam (ut"
ſpero) curabimus. Domus illi cum Conrectore"
erit communis: profitebitur Muſicam & prima"
literarum rudimenta parvos docebit. Witebergam"
niſi illic talis nunc ſit, proficiſcatur; inde ad nos"
commoda vectura ad ſtatutum tempus venire"
quamprimum poterit. Quod ſi non ita inſtru-"
ctus adhuc cantilenis eſſet adferat quantum ha-"
beat, nos illi hac parte abunde proſpiciemus. Quod"
ſi aliquando ſtudium ſuum atque vitam principi-"
bus, quos inſpectores cotidie fere habemus, pro-"
baverit, aditum ſibi ad majora etiam patefaciet."
Nam cum in exteris hominibus plerumque ani-"
madvertant aut ſobrietatem aut humanitatem aut"
humanitatem aut induſtriam, libentius iis præter"
ceteros in Reipubl. muneribus utuntur, aut iis cer-"
te quorum ferocitas aut intemperantia apud ex-"
teros multo tempore retuſa eſt & mitigata. Hæc"
ſi adoleſcens ille ex te cognoverit, non dubito,"
quin majori deſiderio nos quamprimum ſit viſu"
rus. Equidem quod huc venerim vobis ejus rei"
auctoribus, maximam ſemper gratiam habeo atque"
gratias ago immortales.

XXXVIII. Ut, quod hactenus docuimus, complures extiterunt, qui ad

Fabricii applicarunt ſemet amicitiam, ita lautioris ſortis & amplisſimæ digni- gnitatis Viros quoque reperio, qui noſtri ſuſceperunt patrocinium atque conatuum ipſius non ſolum extiterunt comprobatores ad provehendos eos enixe operam navantes; ſed innocentiam etiam protexerunt lacesſiti, ſuumque laudi ejus ſtudium gnaviter dicarunt. Nominabo Valentinum Gravium, Henricum VVitslebium, Jo. Ponicavium, Jo. Schleinizium, Ulricum Mordeiſenium & Chriſtophorum Carolovitium; imo in aula etiam Imperatoris Georgium Sigismundum Seldium, quorum mirabilis benevolentia optimum Virum proſecuta conſtanter & honori ejus nunquam non fuit velificata. a)

Valentinus Gravius Senator Fribergæ, Gymnaſiique iſtius Inſpector, inſuperque in colligendis decimis e Metallifodinis capiendis Electoris fuit adminiſter & an. 1555. exceſſit e vivis, vid. Moller. in Chronic. Friberg. P. I. p. 382. ubi fuiſſe dicitur eximius literatorum hominum fautor, conf. Porta Orat. de Vita Andr. Fabricii G G 1. qui hunc Ordinis

nis Senatorii virum, doctrina & prudentia conſpicuum, literatorum communem in iſta urbe patronum ſæpe non rogantibus etiam pecuniam ſuppeditaſſe legitur apud Albinum in Chronico Miſenenſi f. 364. indeque ipſi etiam Argentoratenſe iter & Commentarios in Virgilii Carmina gratus inſcripſit Georgius, merenturque ex horum Dedicatione ea hic repeti verba, in quibus illius in ſe ornando induſtriam non ſolum, verum Freibergenſium etiam erga doctos Viros ſtudium mirifice prædicat. Hanc autem ſcribit in utroque interprete caſti-" gando operam, Valentine Gravi, qualiſcunque eſt" tuo potiſſimum nomine ſtudioſis commendare" voluimus, ut ſi quid inde utilitatis aut commodi" caperent, tibi eſſe acceptum ferendum ſcirent; hoc" enim totum amore in me tuo & perſpectæ toties" benevolentiæ defero. Quanquam non modo in" me atque meos privatim officioſus & benignus" fuiſti, ſed publice quoque erga omnes, qui virtu-" te & literis delectantur, animum declares egregi-" um, dum nihil prius eſſe ducis aut antiquius, quam" tueri ſtudioſos, ornare bonos, colere eruditos." Vides enim cum paucis, quid adjumenti & digni-" tatis recta adferant ſtudia, ſi in Republ. vigeant &" maximi fiant, quantum contra damni & dedeco-" ris, ſi in urbibus jaceant atque negligantur. Equi-" dem prædicandum cenſeo & maximis laudibus" tollendum in Miſenenſibus Fribergum, quod ſem-" per hoſpitium & quaſi portus fuerit eruditorum." Quanta enim urbis veſtræ laus eſt, excepiſſe Ragi-" um Æſticampianum, foviſſe Petrum Moſellanum," accerſiviſſe Jacobum Sobium, amaſſe Jo. Rivium,"

„habuiſſe Adamum Siberum ? Quod inſtitutum, „quamdiu retinebit (faciet id autem quamdiu ſapi- „et) non deerunt illi prudentes Magiſtratus & ci- „ves boni, quo autem tempore mutaverit, multis „ornamentis ſpoliabitur & incommodis non par- „vis adficietur. Sed, ut opinor te ſenatore non de- „ſiderabunt patronum ſtudia literarum, quæ Tibi „quoque & decus attulerunt & dignitatem. Quodſi „in propoſito ut facis, ac ſuſcepta vitæ ratione per- „manſeris, cum alios imitatione accendes, tum Vir- „tus tua apud omnes longe reddetur illuſtrior.„ Legitur in Triſtium libro epigramma duplex ipſi Gravio & uxori ejus Helenæ quæ Weberi fuerat filia, ſcriptum mortuis Poemat. P. II. p. 361. Leguntur etiam in nuptias horum confecti verſus, in quibus Poemat. P. I. p. 410.

Qui multis bona multa præſtat & qui
De doctis cupit omnibus mereri,
Fauſtum optate thorum, bonos amores
Vos mecum Gravio pio patrono.

Huic Gravio Joachimus Camerarius ſuam Commentationem in Virgilii Bucolica an. 1535. inſcripſit venuſto perquam præfamine & in hoc Georgii cum Grævio conſvetudinis bis injicit mentionem ita ſcribens : „Accedebat quaſi ſenatoria vel, ut ita loquar, „conſularis ſententia Fabricii noſtri quem ſcio non „ſolum abs Te diligi, ſed magni etiam fieri atque „coli. Meretur quidem hoc eruditio & virtus il- „lius, ſed tibi profecto honorifica eſt talis amici „adjunctio, & judicium de illo tuum prudentiæ exi- „miæ, caritatis vero erga eum affectio humanitatis „laudem pulcherrimam conciliat; *iterumque* Te mi

Gravi

Gravi admirari ac colere optimarum artium ſtudia" ſuo & mihi eſſe amicum, & non dubito iſtam" Epiſtolæ noſtræ ad te diſputationem non ingra-" tam Tibi fore, de quo tamen affirmare fuerit re-" ctius cum habeam ſponſorem Fabricium no-" ſtrum. Idem in Epiſtola ad Meurerum MSCta" miſſa 13. Calend. Maji an. 1551. Hic vir, *ait*, ita de" me meritus eſt, ut recte inter cariſſimos ponatur," idque ſpero te quoque probaturum." Celebravit ejus vero erga ſe quoque liberalitatem Adamus Siberus Hieroſtichων libris ipſius præfigens nomen & ita inter alia canens, Poem. P. I. p. 312.

At tu, quo felix dives Friberga metallis,
Cive, mihi nunquam diſſimulande Gravi,
Et nivei mores cui ſunt & pectora nondum
Protrita multo condidiora nive.
Accipe, non magnis quæ Muſa ingeſta libellis
Ingenii donat munera noſtra tibi,
Non tua pigra meis fuit unquam gratia rebus
Non aliqua officii pars mihi clauſa tui.

Henricus de Witzleben ab Albino Patronis adjungigitur Fabricii in Chronico d. ſupra l. Hic ludum literarium Roslebiæ aperuit, & fuit in ea re uſus noſtri conſilio, quem etiam ejus conſtituit Inſpectorem. Ita enim Michael Schulteſius ſcholæ iſtius Rector in Dedicatione rudimentorum pro pueris primum inſtituendis h. e. Grammaticæ Jo. Rivii & Dialecticæ Georgii Fabricii, quæ Lipſiæ an. 1589. ſunt excuſa, ad Henricum a Witzleben: „Hunc „igitur virum, Nobiliſſime Vir, tuæ ſcholæ Inſpecto-„rem recte delegiſti, in qua quia modeſtos & do-„ctos adoleſcentes cupis educari, non inutilem la-

boris ſui partem ſuſcepit, in qua artium principia" perſpicuo ordine & brevitate erudita velut ante " oculos ponit & exemplis multis & ad captum pue-" rilem accommodatis illuſtrat.,' Celebrat ipſius liberalitatem Noſter in libr. Triſtium Poem. P. II. p. 378. hoc carmine :

Hunc circa tumulum pietas quid tetrica luget?
Quid facit Angelicus ſurda prope oſſa chorus?
Henrici tumba eſt Vicelebi, quam ſacra turba
Cælicolum ſervat, quam pietatis honor :
Quam ſtudiis ſedem poſuit, tibi Chriſte ſacravit
Turingus pingves qua rigat Unſter agros.
Hic doctos aluit rara virtute Magiſtros
Formarent mores qui pietate rudes.
Addidit & pueris lectos alimenta domumque,
Quorum viginti bis pater almus erat.
Conditur hic corpus, ſuper athera mens bona gaudet,
Et laus exempli non moritura viget.

Laudat ludum illum Berſmannus Poem. P. I. p 174. de quo Junckerus etiam in ſcripto Germanico de Bibliothecis Saxonicis publicis p. 95. *Jo. Ponickavius* Electoris Saxoniæ Conſiliarius intimus ſimiliter inter bene Georgio cupientes ab Albino refertur in Chronico Miſenenſi f. 364. de quo a ſapientia uſuque rerum ſingulari commendatiſſimo Peccenſteinius in Theatro Nobilitatis Miſn. P. II. f. 128. Hujus filio Erneſto, in Academia Lipſienſi commoranti, autor eſt, ut Dialectica & Rhetorica præcepta probe imbibat, & Ariſtotelis de moribus libros evolvat, diligenter ita finiens Epiſtolam 4. Cal. Julii an. 1568. „exaratam : D. Joachimus Camerarius, qui & ipſe „libros ἠθικοὺς expoſuit jam velut in exercitu Græ-

corum

corum Neſtor, palmam tenet ſapientiæ inter Erudi-" tos. Hunc audi, huic te adjunge, ejus ſenili pru-" dentia utere, ejus induſtriam imitare: cui nec" morbus nec ætas poteſt calamum e manu eripere," quin ſemper aliquid cudat politum. Et fortaſſe" apud Virum humaniſſimum efficies, ut Ethica," quæ vertit, citius in lucem edat. Hæc ſcripſi hor-" tatu Viri ornatiſſ. Patris tui, Patroni mei. Te tuaque" ſtudia DEO commendo & te valere feliciter mi Er-" neſte, cupio." *Joh.* de *SCHLEINITZ* ſcholæ illuſtris Inſpector in tuendo ornandoque Rectore noſtro nullam induſtriam paſſus eſt deſiderari. Celebrat ipſius merita in Dedicat. Partition. Grammaticar. ad filios Jo. & Hugoldum ita iſtam finiens: meos autem labores ad vos, Johannes Hugolde," mitto vobisque dedico. Debetur enim a me gra-" tus animus honeſtiſſimæ familiæ Schleiniziorum" & inprimis viro optimo & ornatiſſimo parenti ve-" ſtro: qui & privatim de me bene meritus eſt &" publice nunc de ſtudiis optime meretur. Ab omni" enim tempore, quo ludi hujus illuſtris adminiſtra-" tioni & inſpectioni præfuit, ejus benevolentia, ope-" ra, fidelitas, patrocinium nullo loco nobis defuit," quæ quia pietati & literis laudatiſſima beneficia" præſtat, a bonis & doctis recordatione celebri ſunt" commemoranda, quod quidem ego pro mea facul-" tate nunquam facere deſiſtam." Inſuperque in Dedicat. Caſtigationum in Horatium ad Chriſtophorum a Schleiniz, ita pergens: "Hunc librum," Chriſtophore Schleinizii, duplici nomine ad Te" mitto, primum quia te amo & obſervo, & induſtri-" um eſſe novi & poſſe judicare ſcio: deinde quia"

„plurimum tibi debeo, nam pater tuus mei amantiſſimus & noſtrorum ſtudiorum fautor fuit, qui „dum viveret, propter virtutem & rectitudinem „laude erat dignisſimus & jam in vitam meliorem „receptus, grata memoria bonorum merito eſt „proſequendus.„ Eſt Epiſtola etiam ad manus mihi MSCta ad Hugoldum directa, in qua d. 22. Jan. an. 1560. exarata adoleſcentem ipſi commendat eum miſſum in finem ut rudimenta Grammaticæ repeteret, & Ciceronis ei explicaret Epiſtolas, imo in alia etiam eod a. ſcripta Schleiniziorum Præceptorem Simonem Minchium ſic compellat: „Ordinem ſtudiorum quem obſervas cum adoleſcentibus ad me mitte, ſi quæ mutanda ſunt mutabo. Jo. & Hugoldo ſalutem meo nomine nuncia & ca„ne illis dictum Chriſti: Vigilate & orate, quia „exemplum viderunt, quam momentanea ſit ado„leſcentis vita. *Ulricus Mordeiſenius* Cancellarius D. Mauricii Saxoniæ Electoris & fratri hujus D. Auguſto a Conſiliis intimis, JCtus æque eminentiſſimus atque Orator facundus floruit, & cum Lamberto Diſtelmegero, qui cod. tempore in aula Brandenburgici Electoris ſimili facultate polluit, inter præcipuos magnorum Principum Conſultores meruit numerari, de quo Dresdæ an. 1574. mortuo & ſepulto Walthersdorfii, præclarum extat Itali Doctoris Mariani Socini teſtimonium apud Albinum in Chronico Miſenenſi f. 369. Hunc ceteris Fabricii Patronis Albinus addit f. 364. cui qua ratione ſuum in Originibus Saxonicis deſcribendis laborem commendaverit, ſupra diximus, & ſunt in Epiſtola ibi adducta de die 1. Calend. Junii 1557. preces

ejus

ejus legendæ quibus ut ſuum Virgilium Electori Auguſto offerat, Mordeiſenium compellat, quem Virum nominat intelligentem Hiſtoriarum & qui ſe tueatur. *Chriſtophorus Carolovicius* inter præſtantiſſimos ætatis ejus Viros producendus, Ducibus Saxonicis Georgio & Henrico tum & Mauricio atque Auguſto Electoribus, ac inſuper Imperatoribus etiam Carolo V. Ferdinando I. Maximiliano II. & Rudolpho II. adfuit, promeruitque judicium Philippi Melanchthonis cum Pflugio ita eum comparantis: "Carolovicius mihi videtur non minus judicii afferre ad Ciceronis eloquentiam effingendam quam Pflugius; quamvis illius oratio aliquantum eſt nervoſior, hujus vero langvidior. vid." de eo, cujus vitam Ægidius Salius daturus erat, Albinus in Chronico Miſenenſi f.368. Spangenberg in Theatro Nobilitatis Miſn. P. II. f. 191. Peccenſtein in Theatro Nobilit. Miſn. P. I. f. 108. & Adamus in Vitis JCtor. f. 107. ſſ. Hic rubræ domus Dominus meo Fabricio, qui duos ipſius filios domi ſecum habuit, ex privata inſtituit induſtria, rerum non ſolum noſtrarum ſed externarum, imo totius antiquitatis unus omnium peritiſſimus vocatur in Epiſtola ad J. a Croca ſcripta, ad quem d. XIII. Cal. April. anno 1570. eum in modum pergit. "Quia me clientem" tuum perpetuum ornandum ſuſcepiſti, Tibi me" totum famamque & honorem trado atque com-" mendo & quicquid mihi in ea re contigerit Tuæ" virtuti, auctoritati, bonitati, dum vivam tribuam at-" que debebo, ſub finem Origin. Saxonicar. f. 888. Per hunc enim laureæ Poeticæ decus ſibi comparare quærebat apud Imperatorem Maximilianum, quod

infra oſtendetur dilucidius, pro quo pias etiam preces fundit ita ad Jo. a Croca a. 1570. ſcribens: „Æ-
„terne filii DEI nate pro nobis Pontifex noſter &
„frater humani generis, Te invoco, ut Patronum
„noſtrum, de ſtudiis noſtris optime meritum, diu
„conſerves incolumem, quem tua gratia ornaſti &
„effeciſti utile membrum Eccleſiæ & Reipubl. Ita
„hoc tempore ordiri libet &c. vid. Orig. Fabricii f.
886.„ *Georgius Sigismundus Seldius* Cancellarius Ducis primum Bavariæ, deinde Caroli V. fratrisque Ferdinandi I. & Maximiliani II. Imperatorum Pro-Cancellarius, conſiliorum ſapientia & agendi dexteritate omnium meruit gratiam, quin & literariis monumentis ad Juris ſcientiam & Genealogiam ſpectantibus, ſuum nomen ſacravit æternitati, de quo Adamus in Vitis JCterum f. 65. Freherus in Theatro f. 850. Hunc & ipſum familiariter compellat & tanquam Patronum tamen veneratur etiam ita ſcribens d. 26. Martii an. 1562. Poetarum Chriſtianorum, quos editurus erat, libros ei commendando: Judici-
„um Tuum, quia ſingulare eſt, & in literis noſtris,
„præter rerum majorum cognitionem, doctrina exi-
„mia, ideo leges libenter, leges cum admiratione,
„non dico Prudentium, cui tribuis Romanam
„eloquentiam aut certe illi propinquam, ſed multo
„magis Pontii Paulini, quamvis exiguum carmen &
„Alcinii Aviti, quod eſt prolixius. Deus faciat
„quod optas otium & quietem conſequare teque
„poſſis in portum tranquillum noſtrarum literarum
„recipere.„ Poſſideo inſuper Epiſtolam a Seldio e Memmingiano ipſius rure ad Fabricium miſſam d. 9. Julii an. 1564. in qua gratias agit Viro doctiſſimo

pro

pro miſſo Poetarum Chriſtianorum volumine horum lectione in iſto ſuo otio identidem ſemet oblectaturus; & pollicetur huic ſuum ſtudium in conficiendis apud Lazium Viennæ, quæ deſiderabat, quin & Monachii ſe Principis Bibliothecam perluſtraturum, & ſi quid ibi e re Fabricii, de eo diligenter ſe facturum ipſum certiorem. Quid cogitaverit ſapientiſſimus Vir de Poetis illis Chriſtianis, ex ejus his verbis audiamus: "Miror autem, mi Fabrici, quo-" modo fiat, quod boni illi homines eo ſeculo vi-" ventes, quo jam barbaries quædam maxime in ora-" tione ſoluta ingruere cœperat, quemadmodum ex" illorum & ſcriptis colligere eſt, tamen in Carmine" antiquum illum ſermonis antiqui nitorem & faci-" litatem tam egregie retinere potuerint. Procul" dubio hoc Spiritus S. munus fuit, qui divinam" hanc Muſicen ori ipſorum larga vena inſtillavit."

XXXIX. Clarius virtutum Noſtri effulſit lumen, ſummorum Principum quin imo oculos animosque in ipſum convertit, non dedignantium gratiæ conferre plurimum in Virum ab aulæ remotum longius ſplendore & in ſcholæ verſantem umbra. Non parvas ſuæ voluntatis ſignificationes erga illum dederunt, Jo. Albertus Dux Megapolitanus & Georgius Anhaltinus Princeps. a)

Suæ

Suæ gentis hiſtoriam ab ipſo condi voluit Saxonum Elector Auguſtus, Danorum quoque Rex Chriſtianus Poematum Fabricii delectatus fuit lectione, & verſiculis inde depromtis ſuos ſubinde vel erexit vel incitavit a. Ab ipſo tandem celſisſimo Imperatore MAXIMILIANO II. cum laurea Poetica deſideraſſet ornari nobilitatis inſignia fuit conſecutus. b)

d.) Fuit Jo. Albertus Dux Megapolitanus doctiſſimus Princeps & purioris Latini ſermonis cultor, qui Ciceronis Epiſtolarum lectionis cupidiſſimus has nusquam non ſecum portabat & manibus terebat jugiter, quod ex R. Reineccio Burckardus docet de Fatis L. L. in Germania c. V. p. 415. 4 6. Huic noſter Georgius militiæ ſacræ libros an. 1557. his ſacravit verbis: „Tibi autem Johannes Alberte, „Princeps illuſtris & eximie, hos Militiæ ſacræ libel-„los offero: primum quia Te veræ & ſinceræ re-„ligionis intelligentem ac fortem patronum & de-„fenſorem eſſe, multorum teſtimoniis cognoſco, „deinde quia in optimorum ſtudiorum rerumque „utilisſimarum cognitione verſatum eſſe ſcio & tan-„ta quidem ingenii facultate & copia, tanto judi-„cii acumine, ut intelligas præclare & ſentias ſa-„pienter, & quæ in tanta dignitatis amplitudine „virtus admirabilis eſt, bene ſentientes audias & ad-

mittas

„mittas clementisſime, vid. Poemat. P. II. p. 15. Teſtatur vero, quem modo dixi, Burckardus loco allegato, quod doctos viros foverit mirifice, & ſua ſuos reddiderit clementia Melanchthonem imprimis, Camerarium, G. Fabricium, Adamum Siberum ad quorum literas, quas ſubinde ad ipſum dederant, reſcribere non dubitarit. A Georgio Anhaltino Codicem Horatianum ſemet accepiſſe in Dedicatione fatetur quam Commentationibus Horatianis an. 1555. præpoſuit ita ibidem ſcribens : "Alterum ad me ante biennium miſit illuſtris atque ampliſſimus" Vir D. Georgius Anhaltinus & Aſcanienſis Prin" ceps, cujus obitu & Eccleſia Chriſti & Saxonum" Reſpubl. jacturam maximam fecit : qui liber mihi" loco Lydii lapidis aut Caryſtii fuit, quo ſi privatim" ipſe tantum ad oſtentationem uterer, verebar ne" Muſas iratas haberem, quarum etiam communi" ſermone dicuntur eſſe candidæ & apertæ januæ &" aditus ad ipſas liberales & facillimi." Quod ab Auguſto Septemviro Hiſtoricus conſtitutus ſit, teſtatur in rerum Germaniæ M. & Saxoniæ memorabilium Dedicatione ad Chriſtianum Guilielmum Adminiſtratorem Magdeburgicum directa & an. 1609. ſcripta, atque conferenda hic ſunt, quæ ſupra quando de Originum Saxonicarum libro expoſuimus hinc inde nos juvit excerpſiſſe. In Epiſtola ad Johannem a Croca an. 1570. miſſa & Originibus Saxonicis f. 885. ſubjecta ita ſcribit : "Romam" & libellos antiquitatum, Annotationes & Caſti-" gationes in Terentium an ſim recepturus ab Opori-" ni mortui carnificibus adhuc dubito, quamvis ad" ſenatum illuſtris Elector primo ſcripſerit;" quod eſt"

cle-

clementiæ D. Electoris in noſtrum novum teſtimonium, apud quem quamvis tanquam minus obſequentem delatum fuiſſe ſupra docuerim, non eſt dubium tamen quin, ubi culpa vacare viſus eſt, priſtina quoque gratia apud optimum Principem cœperit valere. Quod de Chriſtiano Daniæ Rege dixi, Jo. Flinneri, ſummi templi apud Argentoratenſes Paſtoris, probet Epiſtola Argentorato 1564. ad Jacobum miſſa Fabricium & noſtri ultimæ Poe„matum collectioni præmiſſa p. 12. „Ita vero Flin„nerus: Hanc Schedam ſcribo ut ex dono tuo re„petam fratris tui doctisſimi verſus ſancto regi „Daniæ Chriſtiano tam charos:„

Sint unum, doceant unum, fateantur & unum,
Qui bene de Chriſti nomine nomen habent.
Illorum nullis virtus animoſa periclis,
Cedat & heroa triſtia mente ferat.

„Poſteriores centies mihi accinere dignatus eſt, ſi „videbat me triſtiorem. Priores objiciebat in „omnibus Eccleſiaſticis, domeſticis & aulicis nego„tiis, ſæpe decies uno *die*: *Ey vvat maket gi?* Sint „unum, doceant unum, *vvat arme ſacken ſein doch* „*dat, dat vvi minsken nit ſulke gute Versklen mocken* „*ſtudiren?* Hoc teſtor revera & ſuperſunt plures „boni viri in aula hujus Regis qui mecum toties „audiverunt. Nam ex aula Electoris Saxoniæ mit„tebantur fratris tui ſcripta ſemper ad eum & La„tina carmina bona libentisſime ſi de Chriſto erant, „legebat & intelligebat. Si tempus ferret plures indicarem.„ Sic & Nicol. Reuſnerus in Dedicat. Poemat. P. H. Jenæ an. 1592. emiſſæ ad Chriſtianum IV. Daniæ R.: Avum certe Tuum Chriſtianum III. Cimbrorum

brorum regem ſanctisſimum Poetarum Chriſtianorum noſtri temporis Stigelii & Fabricii carmina non ſolum diligenter lectitaſſe ſed etiam edidiciſſe, eaque ſubinde in aula accinuiſſe familiaribus ſuis compertum eſt. b.) Deſideraverat Poeticæ laureæ decus Georgius noſter quod Epiſtola ad Chriſtoph. Carolovicium rubræ domus dominum in aula commorantem Imperatoria d. 1. Febr. an. 1570. ſcripta nos doceat: "Ab amplitudine T. Nobilisſime Vir, quod æſtate proxima petii, cupiditate, ut puto," non inhoneſta, id nunc iterum ſubmiſſe peto, ut" me gratia, favore, auctoritate juves in conſequen-" da laurea. Idem ſignificavi Patronis meis Magni-" fico D. Thomæ Grisbeccio & D. Georgio Craco-" vio, ſed in tuo Patrocinio mihi dignitas præcipua" eſt. Id autem fieri cupio non tam mea cauſa," quam filiorum, quibus exiſtimo relinquendum ſi" non doctrinæ, ſaltem diligentiæ exemplum & teſti-" monium honeſtatis ad imitationem, vid. Origin." f. 858. & conferri hic debet, quod eodem tempore ad Jo. a Croca in familia Carolovicia agentem ſcripſit: "Ad virum ampliſſimum, communem" Patronum, ſcripſi de cupiditate quadam mea, ſed" interrogare auſus non fui ad quem potisſimum in" aulam ſcriberem Imp. aut ſi id facere neceſſe non" eſſet. Te igitur oro, ut id meo nomine facias" cum obſervantia & ſimul e vultu & ſermone Viri" ſapientisſimi cognoſcas, num reprehenſionem me-" rear. Nam quicquid facio, alieno fit impulſu &" hominum non malorum. Annuebatur modeſte ſemet approbantis deſideriis idque, ſummis aulæ Imperator. proceribus connitentibus, cum Carolovicio

lovicio conficiebatur, ut non laurea modo quam dixi decerneretur noſtro, ſed Nobilibus etiam viris idem adjungeretur, tot meritis hactenus in rem literariam & monumentis æternum duraturis nobilitatus, & ſupra alios literarum cultores longisſime evectus. Scribit proinde ad Jo. a Groca feſto Palmarum an. 1570. ,,Quanquam ego præter lauream ,,nihil expetivi ultra ſortem meam, tamen agnoſco ,,benevolentiam & admitto judicium virorum ,,optimorum & prudentisſimorum. Meam igitur ,,famam & honorem judiciis ipſorum & fidei mihi ,,perſpectæ totam commendo vid. Origin. f. 887. & ad ipſum Carolovicium 13. Calend. April. an. 1570. ,,Quibus ego ſingulis me non eſſe judico dignum ,,& contentus eſſem honore illo primo de quo ,,etiam cum M. T. coram collocutus ſum, ſed cum ,,amplisſimo judicio Tuo nihil ſit aut eſſe posſit ,,honorificentius, non audeo, neque debeo id leve ,,aut repudiandum putare. d. l. f. 888. Ceterum præter hæc eximii ejus honoris teſtes adduco Albinum in Chronico f. 363. Spangenbergium in cujus ſpeculo Nobilitatis decimo ſeptimo Libri undecimi, quod de eruditis nobilibus agit, f. 197. b. ſeriem Nobilium Virorum claudit. Ceterum ipſum diploma Spiræ datum d. VII. Decembr. an. 1570. tale eſt: Maximilianus II. divina favente clementia electus ,,Romanorum Imperator ſemper Auguſtus ac Germaniæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. ,,Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ &c. Marchio Moraviæ &c. Dux Lucemburgiæ, ac ſuperioris & inferioris Sileſiæ, Wirtembergæ & Teccæ, Princeps

Sveviæ,

Sveviæ, Comes Hapsburgi, Tirolis, Kyburgi & Go- "
ritiæ, Landgravius Alſatiæ, Marchio Sacri Romani "
Imperii Burgraviæ, ac ſuperioris & inferioris Luſa- "
tiæ, Dominus Marchiæ Sclavoniæ, portus Naonis "
& Salinarum &c. Honeſto & erudito noſtro, & "
Sacri Imperii fideli dilecto Georgio Fabricio "
Chemnicenſi, Poëtæ Laureato, gratiam noſtram "
Cæſaream & omne bonum. Quemadmodum ve- "
teres animi præſtantiam atque virtutem ornatiſ- "
ſimis ſemper prœmiis exornare ſolebant, ut qui "
in bello murum primus ſubiiſſet, & in hoſtium op- "
pidum per vim aſcendiſſet, murati: qui civem in "
prœlio ſervaſſet, civica: qui primus in hoſtium "
navem armatus tranſiliiſſet, navali, & qui obſidio "
ne ſuos liberaſſet, obſidionali ſeu graminea coro- "
na donaretur: ita res digna etiam viſa ſemper fuit "
ut eruditis viris ſuus quoque locus honosque tri- "
bueretur: ſiquidem hi non minus domi, quam "
illi foris Reipubl. uſui, commodo atque ornamento "
eſſent, imprimis vero Poetæ fronde lauri ornaren- "
tur, propterea quod optimorum virorum res præ- "
clare geſtas ab interitu & oblivione hominum "
vindicare ſtuderent. Hunc laudabilem & priſcum "
morem nos antecedentium Imperatorum exemplo "
obſervantes, cum nobis humillime expoſitum ſit, "
te Reip. multis jam annis egregiam navaſſe ope- "
ram & ſcripta antiquorum Poetarum tam Chriſtia- "
norum, quam Ethnicorum emendando & enu- "
cleando eas res in utroque ſcribendi genere in "
literas retuliſſe, denique ſemper ſtuduiſſe induſtria "
& diligentia tua omnibus prodeſſe, nocere nemini, "
ut doctrina virtusque tua liberali prœmio cohone- "

„ſtaretur & alii ad ejusmodi literarum ſtudia invi-
„tarentur, dignum judicavimus, te ornamento eru-
„ditioni tuæ debito clementer condecorare.
„Itaque motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia
„animoque deliberato & Imperiali autoritate no-
„ſtra te prænominatum Georgium Fabricium, do-
„ctrina & ſcientia tua id exigente, per laureæ im-
„poſitionem & annuli traditionem, Poetam laurea-
„tum fecimus, creavimus & inſignivimus ac teno-
„re præſentium facimus, creamus & poeticæ laureæ
„ſerto, titulis ac decore inſignimus volentes, & ea-
„dem noſtra Imperiali autoritate decernentes, quod
„tu præfate Georgi Fabrici, ubique locorum ac terra-
„rum pro vero Poeta laureato reputari & teneri, &
„deinceps quibuslibet honoribus, privilegiis, liber-
„tatibus gratiis & prærogativis gaudere & potiri
„poſſis, valeas & debeas, quibus ceteri Poetæ lau-
„reati ubivis locorum & Gymnaſiorum promoti
„gaudent, fruuntur & utuntur, quomodolibet
„conſvetudine vel de jure contradictione & impe-
„dimento ceſſantibus quibuscunque. Præterea ut
„gratiæ noſtræ in te profectæ & poſteri tui tecum
„participes reddantur, motu, ſcientia, animo & au-
„toritate prædictis ac ſano accedente conſilio, te
„præfatum Georgium Fabricium filiosque tuos u-
„triusque ſexus tam natos quam naſcituros legiti-
„mos in infinitum noſtros, & Imperii ſacri veros
„nobiles fecimus, conſtituimus & creavimus ac no-
„bilitatis nomine erigimus, attollimus & inſigni-
„mus: vosque juxta conditionis humanæ qualita-
„tem veros nobiles & tanquam de nobili genere &
„ſtemmate procreatos dicimus & pronunciamus,

ac

ac ab univerſis & ſingulis cujuſcunque conditionis,“
ordinis aut dignitatis fuerint, pro veris nobilibus“
dici, ſcribi & nominari volumus & reputari, decer-“
nentes & hoc noſtro Imperiali ſtatuentes edicto, ut“
ex nunc impoſterum prænominate Georgi Fabrici“
tuique filii, hæredes & deſcendentes ſupra dicti o-
mnibus & ſingulis privilegiis, gratiis, juribus præ-“
minentiis, antelationibus & libertatibus uti, frui“
& gaudere poſſit & valeas ac illi poſſint ac vales-“
ant, quibus alii nobiles a quatuor avis paternis &“
maternis geniti & procreati utuntur, fruuntur &“
gaudent, quomodolibet conſvetudine vel de jure.“
Quo vero ſtatus hujus nobilitatis veſtræ magis“
magisque eluceſcat, tibi præfato Georgio Fabricio“
ac filiis tuis legitimis eorumque deſcendentibus u-“
triusque ſexus hæc infra ſcripta armorum inſignia“
de novo dedimus, conceſſimus & elargiti ſumus,“
damusque concedimus & elargimur harum lite-“
rarum vigore, videlicet: Scutum Candidum ſive“
Argenteum margine ſuperiore & inferiore inaurata“
ornatum, cujus imam partem, accenſa flamma &“
per aërem diffuſa, circumdat e medio flammæ“
PHOENIX avis tota rubea ſiniſtrorſum con-“
verſa, diductis pedibus, expanſis per totam clypei“
aream alis, criſta erecta & rutila ſeſe diffundat, ro-“
ſtroque obunco & aperto lauream frondem foliis“
vireſcentem geſtit. Clypeo incumbat galea aperta,“
ſerto laureo redimita, phaleris ſeu laciniis candidi“
ſive argentei & rubri colorum ab utroque latere“
mixtim circumfuſis, e cujus vertice pectore tenus“
emineat alia PHOENIX item rubra ſimiliter“
alas diducens, ramumque laureum foliis rur-“

„ſum effuſis conſpicuum roſtro tenens ac per omnia
„ſimilis illi, quæ in clypeo deſcripta habetur: Quem-
„admodum hæc omnia in medio hujus diploma-
„tis clarius depicta ſunt, Volentes & decernentes
„quod tu, præfate Georgi Fabrici, nec non filii, hæ-
„redes & deſcendentes tui legitimi nati ac naſcituri
„in infinitum, hujusmodi nobilitatis armorumque
„inſignia perpetuis deinceps temporibus domi mi-
„litiæque & ubique locorum & terrarum in omni-
„bus & ſingulis honeſtis decentibusque actibus, & ex-
„peditionibus, tam ſerio quam joco, in torneamen-
„tis haſtiludis, bellis, duellis, ſingulari certamine,
„& quibuscunque pugnis in ſcutis, vexillis, tentoriis
„annulis, ſigillis, monumentis, ſepulchris, ædificiis,
„ſupellectilibus, tam in rebus ſpiritualibus, quam
„temporalibus & mixtis, in locis omnibus pro rei ne-
„ceſſitate voluntatisque veſtræ arbitrio habere, ge-
„ſtare & deferre, ac iisdem quocunque modo uti
„poſſitis & valeatis: aptique ſitis & idonei ad ine-
„undas & recipiendas omnes prærogativas, gratias,
„libertates, exemptiones, feuda, privilegia, vacatio-
„nes a muneribus & oneribus quibuscunque reali-
„bus, perſonalibus ſive mixtis, atque ad utendum,
„fruendum, potiendumque omnibus immunitati-
„bus, quibus ceteri nobiles armigeri ac feudorum
„capaces, uti, frui, potiri & gaudere poſſint & ad
„quæcunque vel lege vel conſvetudine admittun-
„tur, ſublatis & poſtpoſitis omnibus, quæ huic noſtræ
„gratiæ impedimentum allatura videntur; quibus
„hac in parte ſcienter derogamus & ſufficienter eſſe
„volumus. Nulli ergo omnino hominum, cujus-
„cunque ſtatus, gradus, ordinis, conditionis & digni-

tatis

tatis extiterit, liceat hanc noſtræ Poetæ laureati" erogationis, nobilitatis, armorum conceſſionis, gra" tiæ decreti & voluntatis paginam infringere aut" violare. Quisquis vero id temerario auſo atten" tare præſumſerit, noſtram & Sacri Imperii indigna" tionem graviſſimam ac mulctam quinquaginta" marcharum auri puri fiſco ſeu ærario noſtro Im" periali & parti læſæ ex æquo, omni ſpe veniæ ſub" lata, ſolvendam, ipſo facto ſeſe noverit incurriſſe" harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcri" ptarum & ſigilli noſtri Cæſarei appenſione muni" tarum. Datum in civitate noſtra Imperiali Spira" die ſeptima menſis Decembris anno Domini mil" leſimo quingenteſimo ſeptuageſimo, Regnorum" noſtrorum, Romani nono, Hungarici octavo," Bohemici vero vigeſimo ſecundo." Legitur ſubjecta hujus particula Commentario beati Viri in Geneſin minore editione, cujus interpretationem metricam Michael Hempelius noſtri adjunxit diſcipulus. Hic erratum leviculum b.) Felleri, Præceptoris olim mei humaniſſimi, & ob fidem eximiam nunquam non extollendi, annotavi qui Fabricium a Jo. Majore in Poemate, quod Synodus avium inſcribitur, Phœnicem propterea putat appellari, quod novo axiomate ornatus a Maximiliano Imperatore Phœnicem ſumſerit ſibi inſignia vid. Nobiliſſ. Viri Burckard. Gotth. Struvii Acta literaria faſcicul. IV. in quo illud Majoris Poema cum Commentario Felleriano extat integrum p.63. minus recte vero, quoniam Synodus avium jam an. 1557. exierat; at vero noſter a. demum 1570. Nobilium referebatur in numerum. Deinde ipſe cau-

ſam exponit Joanni a Croca, quare Phœnicem ſibi elegerit annuli imaginem, ita in Epiſtola Feſto Palmarum a. 1570. data ſcribens: „Phœnicem qui eſt „imago mortis & reditus in vitam celebris loco „inſignis elegi ante annos aliquot, cum ſub ejus „imagine legiſſem Ravennæ hoc diſtichon pulcher„rimum:

Securus moritur qui ſcit ſe morte renaſci,
Mors ea nec dici ſed nova vita poteſt.

In calce Origin. L. VII. f. 137. eſtque in manibus meis teſtimonium etiam Jo. Andreæ Pirnenſi perſcriptum X. Cal. Febr. an. 1569. in quo ſigillum noſtri Phœnice conſpicuum appoſitis ſupra literis G. F. comparet.

XL. Ut ſuis egregiis dotibus plurimorum ſibi amorem conciliaverat Noſter certatim amantium Ipſum tenentiumque in medullis: ſic in doctisſimorum Virorum libris magnifice laudatur pasſim ac verbis ornatur amplisſimis. Praſtantisſimum hos inter laudum ejus præconem Hieronymum VVellerum ante alios hic fas ſit produci, qui vitæ ipſius & conſuetudinis imaginem artifici calamo expresſit accurate, hoc majori dignam ubique fide atque approbatione, quo magis pietas venerandi Theologi animus-

animusque ingenuus ab omni adulationis cujusdam ſuſpicione eundem liberat. a.) *Leguntur vero & aliorum breviora elogia non pauca in quibus vel pulchri honoris tituli Georgio tribuuntur* b) *vel virtutes ejus ingeniique præſtantia celebrantur* c.) *vel ob ſtili miram concinnitatem carminumque dulcedinem ſingularem* d.) *ac ſtudium præterea in excutiendis antiquitatibus feliciter poſitum, imo ob præclaram res geſtas ſcribendi facultatem dignus prædicatur vir optimus grata omnis ætatis hominum celebratione.* e.)

a) Judicium Welleri de Rectore noſtro extat Opp. ipſius, quæ Lipſiæ an. 1702. exierunt, T. I. Latin. Section. III. f. 173. 174. itidemque in fronte Commentarior. noſtri in Geneſin edit. min. iterumque ſub finem Orat. Portæ in laudem Andr. Fabricii. Hoc ita vero ſe habet: Conſtat Fabricium unum" ex illorum numero fuiſſe, qui ſerio pro Eccleſiæ" preces fuderunt atque plurimos Chriſto lucrifacere" conantur, quam quidem ad rem multiplici eru-" ditione & præclaris a DEO donis ornatus fuit." Excellens ipſius erat ingenium, inſignis pietas, ſin-" gularis modeſtia, σωφροσύνη, judicii rectitudo, ſo-" brietas, diligentia eximia, flagrantiſſimum ſtudium"

„evolvendi eruditiſſima ſcripta ſummorum Viro„rum Oratorum, Poetarum, Hiſtoricorum, quin„etiam Theologorum, Lutheri, ſtudioſe legit, ea„que magni fecit. Itaque omnes, qui illum imitari „ſtudebant ejusdemque veſtigiis inſiſtebant, aman„ter complectebatur, & cum illis amicitiam con„traxit.' Nec tantum in rebus Grammaticis & Phi„loſophicis, ſed etiam in rebus Theologicis præcla„rum habebat judicium. In dandis conſiliis & ju„dicando minime erat præceps, norat animum in „poteſtate habere, alienus ab omni hypocriſi, petu„lantia & monſtroſis opinionibus & dogmatibus „paradoxis, abhorrebat a fanaticis furoribus, deplo„rabat Theologorum diſtractionem: egregiam „experientiam peregrinationibus ſibi comparave„rat, diligentiſſimus antiquitatis ſervator erat: ma„gna etiam in ipſo fuit ſedulitas vocationis, ſemper„que ſtudium habuit, ut intra metas vocationis ſe„ſe contineret, noluit ſeſe admiſcere Theologorum „certaminibus, ut plerique ludi Rectores facere „ſolent. Sicut mores ipſius modeſti & placidi fue„runt: ita & dictio ejus & in carmine & ſoluta „oratione placida, ſvavis ſine affectatione fuit. Ex„celluit igitur in Attico dicendi genere & lectorem „tenuit erudita brevitate, quo quidem genere di„ctionis ego mirifice delector. Illud etiam laude „dignum fuit in Fabricio noſtro quod feliciſſimam „carminis ſui venam potiſſimum ad illuſtrandam „DEI gloriam contulerit, Ipſe enim hiſtoriam de „nativitate & reſurrectione Chriſti eruditiſſimo car„mine complexus eſt. Fuit autem mihi arctiſſima „cum ipſo amicitia, nec illam tempora unquam

muta-

mutarunt. Ille me ut patrem, ego viciſſim illum" ut filium ſemper dilexi. Hujus rei teſtes ſunt utri-" usque literæ, quas alter ad alterum dedit. Ad ne-" minem amicorum meorum prolixiores, uberiores &" ſvaviores dedi literas. Ipſe enim mea ſæpe ſolide" ſolus gaviſus eſt gaudia. Neuter alteri nec con-" gratulando in rebus ſecundis nec condolendo &" conſolando in adverſis unquam defuit. Merito" igitur mortem optimi amici graviter fero." Huic Michaelis Neandri iſtud ſubjiciam ſtatim brevius aliquanto, ſed ejusdem tamen fere tenoris, quod in Chronico ejus ſive Synopſi hiſtoriarum P. II. ita legitur: "G. Fabricius vir Clariſſimus, Profeſſor at-" que Doctor celeberrimus veræ pietatis & utrius" que ſapientiæ & eloquentiæ Græcæ atque Latinæ," quam maximis laboribus longo tempore propaga-" vit & docuit docendo & ſcribendo multis erudi-" tiſſimis libris editis in publicum, Poeta lau-" datiſſimus & hiſtoricus accuratiſſimus, de quo te-" ſtantur libri ejus decem ſacræ hiſtoriæ & teſtabun-" tur porro paulo poſt Origines Saxonicæ, quas ma-" nu ſcriptas diſcedens edendas reliquit, ac illa de" cauſa per Europam famigeratiſſimus ſcholisque &" Academiis omnibus notiſſimus b.) Quod honoris" titulos attinet, Michaeli Neandro in Orbis terræ" partium ſuccincta explicatione K. 1. dicitur *θεῶν θρέμμα, σέβας μέγα ἐσσομένοισι, θεῷ ἄξια μελψάμενος, ἴσατε μύσταις φθεγξαμένη κεφαλή*, & in Dedicatione Coluthi Operis aurei p. m. 26. *κάλλιστος καὶ σεμνότατος τῶν μυστῶν θεράπων*, & paulo poſt *κόσμημα καὶ*

 κλέος

κλέος τῆς μισνίας πολὺ μέγιςον, conſonaque huic elogio prædicatione „Rectori Academiæ „Vitebergenſis funus Thomæ Richelii Fribergenſis „an.1562. indicanti,(vid.ſcriptorum Vitebergæ publ. „propoſitorum T. V. E. 7.) Rittershuſio deinde & „Kirchmanno, univerſæ Germaniæ lumen & ornamentum, illi Lection. Sacr. VIII, 12. huic de Romanorum funeribus III, 15. Albinus in Chronico Miſen. f. 363. eſſe eam hominum opinionem ſcribit, „Noſtrum cum G. Agricola doctiſſimum omnium Miſenenſium ſua ætate extitiſſe, „& Taubmannus in Diſſert. de Latina lingua p. 71.“ Principalis ſcholæ ad „Albim non Rectorem modo ſed boni Rectoris ſpecimen nuncupat.“ A Michaele Schulteſio Scholæ Vicelebianæ Rectore in Dedicat. Rudimentorum, quæ ſupra nominavi, Hercules quidam ſalutatur eruditorum, cujus integra apponam verba. „In „Palæſtra magna cum laude nec ſine aliorum fru„ctu ſudavit hactenus Clariſſ. Vir Georgius Fabri„cius, quem admirari licet multis, imitari contingit „paucis, propter ſingularem eruditionem & indu„ſtriam pene infinitam, quam quia demittit ad ſtu„dia illa humilia & pleriſque odioſa, reponit in „Reipubl. literaria memoriam nominis ſui ſempiter„nam. Tantos autem labores in umbra ſcholaſti„ca nemo unquam ſuſcipiet, nemo perferet, nemo „etiam conficiet præter Fabricium Herculem Eru„ditorum. Imo & Grævius celebratiſſimus Vir in Prolegom. ad T. III. Antiquitatum politiſſimum „ſuæ memoriæ hominem eundem vocat. c.) Ingenium Fabricii Jo. Sturmius & Caſpar Barthius extollunt ille in Epiſtola ad Albert. Eblebium ita

ſcri-

ſcribens : „Georgii Fabricii ingenium cujusmodi ſit, & quæ verſibus conſcripſit & quæ oratione ſo-" luta tradidit clare oſtendunt, magnum acumen," ſumma induſtria excellens facultas, vid. Elogia Poë-" mat. Noſtri ultimæ edit. præmiſſa p. 11. Hic Virum judicii optimi & Eruditionis egregiæ in Animadverſ. ad Rutilii I. v. 327. & Adverſarior. I. 10. ſupra famam fortunamque ſuam laudabilem & II. 22. doctiſſimum mireque ſagacem ſcriptorem, nec non XLIV. 26. Virum excellenti ingenio & judicii rectiſſimi nominat, quem L. IV. c. 12. melius de humanitatis literis meritum putat, quam quiſpiam facile cenſeat, quibus Tanalquil Faber conſentit politiſſimi ingenii Virum nuncupans Epiſtolar. II. 52. quorum Elogiorum nonnulla in Thomæ Pope-Blount Cenſura celebriorum Auctorum f. 514. legas. Virtutes ejusdem ita cecinit Martinus Henricus Profeſſor Vitebergenſis in Epitaphio ipſi concinnato, quod ſub finem Commentarii in Geneſin XX. 4. legitur:

Ingenium, pietas, animi conſtantia, candor,
Cumque Deo vero juncta timore fides,
Spes promiſſa petens humilisque modeſtia mentis,
Cor celebrans ſummi munera magna DEI.
Relligionis amor veræ, doctrina fidelis,
Et diſciplinæ cura ſevera bonæ.
Juſtitia & gravitas, & paucis ſancta cupido,
In ſociamque thori & pignora fidus amor.
Ac conſtans bonitas, alios ſtudiumque juvandi,
Inque ſibi ſtabilis pectora juncta fides,
Hæc cum Fabricio pariter bona tanta Georgo
Quam ſunt exiguo contumulata ſolo?

Sic

Sic & M. Toxites in verſibus Syntaxi Græcæ Fabricii præmiſſis iſtud & perhibet teſtimonium:

Qui virtutibus, eruditione,
Vitaque integritate moribusque
Et candore animi fideque laudem
Jam pridem fuit aſſecutus omnem.

Imo & Sturmius in Epiſtola ad Treptam magnum vocat virtute & doctrina & in ſupra d. ad Andr. „Elebium: his accedit virtus atque religio usque a- „deo hæc magna, ut nos qui vivimus, eum amemus, „poſteritas vero ſit admiratura. d.) Stilum ejus ſuo calculo probat Albinus & Latini ſermonis callentiſſimum, bonumque Ciceronianum extitiſſe teſtatur in Chronico f. 363. de cujus dicendi facultate, qua magnam ſibi famam comparaverat, Caſelius etiam teſtatus eſt in funebri Orat. Andr. Mylio ſcripta, citante Burckardo de fatis L. L. in Germania p. 376. Ut vero in verſibus pangendis palmam præ aliis: ita teſtimonia clariſſimorum quoque de ea Noſtri laude Virorum audiamus: Melanchthon ita ſcribit ad Comites Lippienſes: „DEO gratias ago, „quod Germaniæ dedit egregios Poetas aliquot, „quos & erudita antiquitas probaſſet: Eobanum, „Sabinum, Stigelium, Micyllum G. Fabricium, A- „damum Siberum & alios. Horum ſcripta inter „vetera poemata legere juniores etiam utile eſt, ut „conſiderent exempla, quæ oſtendunt, quomodo „veri DEI laudes in Eccleſia carminibus celebrare „poſſint, in Elogiis præmiſſis Poemat. p. 11. Ibidem „Sturmius ad Georgium Treptam ſcribit: Verſus „facit puros, apertos, feſtivos & hujusmodi, ut „etiamſi laurea non donaretur, tamen vere ſuapte natura

natura & Induſtria laudatus ſit laureatusque Poeta. Altius aſſurgit in ipſo commendando David Chytræus Epiſtolar. f. 426. in Poematis tuis non Muſa tantum & Gratiæ tenellos digitos ſuos fragranti" roſarum ſucco delibutos abluerunt, ſed DEUS ſcri-" bentis pectus complens carmina DEO digna acu-" tis exquiſitisque & religioſa pietate plenis ſenten-" tiis, lectiſſimis verbis & concinnis ac elegantisſimis" numeris elaborata & polita fundit;" ibidemque argutum illud & graviſſimum Nazianzeni encomi-" um, Georgio magis quam huic Gregorio, putat convenire, quod ita ſonat:

Φαβρίκιος μούσας πολλῷ πλέον ἤπερ ὅμηρος,
ἀθανάτοιο θεοῦ δεῖξεν ὑπηρετίδας
ἢ μᾶλλον, τόγε πᾶν μουσῶν ὑπόλεξεν ὅμηρος
Φαβρικίῳ δ᾽ ἐπνεῖ πνεῦμ᾽ ἄρα θειότερον.

Et in Epiſtola ad J. Jagemannum, Cancellarium Brunſvicenſem p. 802. vatem vero DEO & Muſis cariſſimum iterumque in Epiſtola ad Adamum Theod. Siberum, ipſum & Adamum Siberum, Pindaros Chriſtianos nuncupat, vid. Siberi Διαλέξεων Academic. Volum. I. p. 296. Nicolaus Reuſnerus Poematum P. III. p. 176. ejus venuſtatem in carmine pangendo his celebrat verſibus qui Ipſius imagini, Originibus Saxonicis appoſitæ, ſubſcripti leguntur maximam partem:

Seu Lyricus, ſeu vis Epicus magis eſſe poeta,
Flaccus es, aut genio major & arte Maro.
Seu molles cantas elegos, potes eſſe Tibullus,
Aut Naſo Fabrici Callimachusque novus.

conf. ejusdem Carmen Annalibus Miſnicis præmiſſum a a a. 6. Berſmannus ſuffragatur huic his verbis:

Fabricii faciunt ac proxima palma Siberi,
Certet ut Auſonio Miſnidos ora ſolo.

In carmine nuptiali Schellenbergio ſcripto Poem. P. I. p. 24. Michael vero Abel in Præfat. carminum ſuorum, quæ Francof. an. 1599. vulgata ſunt, Fabri„cius, inquit, Vir ſi quisquam alius caſtæ & ob id „irreprehenſibilis Poeticæ alumnus, conf. Olaus Borrichius qui de Poetis Latinis diſſert. IV. §. 156. ejus verſus hexametros exquiſitos dicit & elegis non parum gloriæ conſecutum addit tandemque ejus opera immortalitati ſacrata nominat. Adjungam his prolixius quantumvis Jo. Boceri encomium legendum in ejus Freibergo, an. 1577. Lipſiæ edito carmine H. 2.

Hic ego Fabricium quem non aut Thracius Orpheus
Vinceret aut Thamyras, docto cum pectine Muſas
Pulſat & Aonium fundit per ſecula carmen,
Qui Fribergiacam produxit in arva juventum
Aonidum, primusque levi certare Thalia,
Juſſit & argutas verſus ediſcere Nymphas,
Magna metalliferi penes eſt quas gloria fontis.
Huic ego Pierii præſtans qui gloria fontis,
Et nova Caſtalidum qui ſurgit fama ſororum,
Non etiam tanta ferrem præconia laudis!
Quem Phœbus lauro, Pallas decoravit oliva,
Cujus fama volat Latias memoranda per urbes,
Cujus fama volat qua noſcitur Albis & Iſter,
Caſtalios latices quique Hippocrenidas undas
Auſoniis rediens non ſolum duxit ab oris:
Sed quoque ſervavit quæcunque annoſa vetuſtas

Ingen-

Ingenti ſtudio magna inquiſivit & arte.
Hinc illi æternæ modo ſtant præconia famæ.
Hunc vos aëriæ quæ ſurſum ſurgitis Alpes,
Illum Ticinus tumidusque Alpheus in undis,
Hunc Arethuſa fuit toties mirata canentem,
Quem nunc Teutonicis ſenior miratur in oris
Albis & exili vix cognita flumine Miſna.

Lotichio Poematum p. 138. argutæ fidicen lyræ fertur ita ipſum compellanti Carmin. L. II. p. 179.

Mitis & Aonidum ſtudiis exculte Georgi.
Carmine cui dulci Muſa placere dedit.

Thuanus Hiſtoriar. L. 50. p. m. 985. ut rem literariam non mediocriter & ſcriptis & viva voce juvisſe memorat Fabricium; ita Poetica facultate, quam rebus ſacris fere impendit, magnam laudem inter ſuos adeptum addit. Audiamus tandem Bailletum quoque in libro Jugemens de Sçavans T. IV. P. III. p. 311. hoc pronunciantem: on remarque dans „toutes ſes Poeſies beaucoup de pureté & de netteté. e.) Super hæc quæ magnam de Poetica facultate ipſius opinionem ſummorum Virorum fuiſſe arguunt, Schraderus etiam antiquitatum indagatorem ſolertisſimum in diſſertat. de S. Laurentio & ejus monaſterio prope Scheningam, Henric. vero Meibomius Opuſc. Hiſtor. p. 440. Hiſtoricum probatisſimum dicunt, quæ loca in Magiri Eponymologico Critico p. 336. 337. adducuntur. Nolo plura congerere elogia qualia hinc inde adhuc decerpendi non deeſſet occaſio: illud adjungam modo, quod Auguſtus Buchnerus Poëta propioris nobis ævi & Orator eminentisſimus non parum lætetur de judicio Matthiæ Hoẹi, qui ipſum aliquando cum

Fabricio

Fabricio comparaverat. Ita enim ſcribit Epiſtolar. P. III. p. 773. "Biennium eſt & quod excurrit cum" forte in menſa, cujus honore me tum cum aliis" quibusdam eras dignatus, mentione meorum ſtu-" diorum tam honorifica facta, ut non tralatitium" pudorem incuteres, ultro præferres, daturum te" operam ut ſpeciali me gratia Elector Sereniſſimus" afficeret, cum ſimul de eruditiſſimo ſene Geor-" gio Fabricio & quid ipſius meritis datum eſſet, ex-" plicares. Ego vero etſi libenter fatear me & in-" genii & eruditionis copia longe inferiorem Viro" illo Clariſſimo, quemque Itali juxta ac Galli admi-" rati ſunt, eſſe; nihilominus tamen adhuc mirifice" delector illo judicio tuo, qui me cum eo potiſſi-" mum componendum putaris, quo cum commu-" nem non modo patriam habeam: ſed cujus ſtu-" diorum curſum quoque æmulatus quodammodo" ſecutusque ſemper ſim, (quanquam longo ſemper" intervallo ejus legens veſtigia) tuæque in me affe-" ctionis ac benevolentiæ pignus inde ejusmodi ce-" pi, ut nullum certius ac luculentius a quoquam" aliud dari poſſe exiſtimem."

XLI. Magnis oneribus ſuſceptarum rerum preſſum novimus GEORGIUM, confectumque inde laboribus aſſiduis citius jam diſcimus quam optarent ejus ætatis tum boni Viri tum traditi ipſius fidei diſcipuli. Enimvero familiarem his, quibus cum Muſis commercium in-

tercedit, morbum apoplexiam nactus eſt, ſenſitque vim ejus gravitatemque, & tentationes plurimas aliquanto antequam mors demum beata ſequeretur. a) *Congruit illa in III. Idus Julii anni milleſimi quingenteſimi ſeptuageſimi primi, ſuum provinciali ſcholæ unicum decus, ſuum viduæ liberisque mœſtisſimis præſidium, ſuum optimæ diſciplinæ alumnis Patrem, ſuas tot viris celeberrimis rapuit delicias; ipſum vero, cum mesſis pasſim fieret in agris, tanquam melioris notæ manipulum in horreum iſtud intulit, in quo omnes olim condi peroptamus. Fuit pia iſthæc & vitæ ſanctè per omnia integreque transactæ conſona, DEO ſe dantis totum ſcilicet ac permittentis, plenaque fiduciæ mente & merito Servatoris CHRISTI nitente magnopere animo ejus excipientis impetus* b.) *Luxerunt eam boni quique & ad complorandum damnum quod e caſu hoc accipiebant, magna coivere copia, quin*

quin & calamo profeſſi ſunt eruditi Viri, quantum affligerentur e prœmaturo ejus obitu, quam carum habuerint & quanta literariæ reipublicæ e jactura iſthac naſceretur calamitas. c) *Vidua deinde orphanique lacrimis & juſto comploratu mortuum ſunt proſecuti, neque oſſa ejus amplo funere elata, & in Afrano apud nos ſepulta templo, monumento, quod hodienum integrum ſpectamus adhuc, ceſſarunt decorare.* d.)

a.) Michael Boemus in hiſtoria de ſomniis L. II. p. 184. miræ cujusdam ſpeciei per ſomnum oblatæ noſtro meminit & eam afflictæ ejus valetudinis fuiſſe arbitratur præſagium: verba hæc ſunt. G. " Fabricius, ex quo tempore primum apolexia con " flictari cœpit, ſæpe in ſomnio nunc hanc nunc il-" lam molem in caput ſuum incidere ſenſit; Et " Venetiis turri inſiſtere ad Marcum, quæ una cum " ipſo in mare ſubita ruina deferretur. Hæc apo " plexiæ fuerunt præſagia eventu teſte. " Hæc vero ſub initium cumprimis fatalis anni gravis ei accidit, nuncianti hoc XIII. Martij anni 1571. Jo. a Croca in familia Caroloviciana degenti his verbis: Scri-" pſiſſem ad ipſum D. Carolovicium, ſed morbus " meus, qui auctior valde factus eſt, me impedit ut " etiam manu aliena uti ſim coactus. Præcedente " etiam ſeptimana ſpem de vita abjeceram, ſed me "

 con-

Quintilibus noſtrum diſcesſiſſe ſcribit L. 50. p. m. 985. Explevit vivendo annos omnino quinquaginta & quinque cum ſeptimanis undecim & quatuor diebus, fallitque adeo P. Eberus qui annorum ſcribit quinquaginta fuiſſe & quatuor, cum moreretur, neque minus & illi, qui apud Bucholzerum in Indice Chronologico p. 684. annos quinquaginta & ſex, cum duobus menſibus & diebus novendecim, vixiſſe tradiderunt, quod apud Fauſtum etiam legitur in Deſcriptione Miſenæ p. 70. Cujus de morte animoſa teſtantur fratres, Jacobus ita canens Epitaphior. b. 4.

Commendans viduam ſeptenaque pignora CHRISTO,
Corporis effigies ingeniique ſui,
Poſt luſtrum undecimum terrarum ingrata reliquit,
Cujus vox ſancta eſt ultima: credo DEO!

Et Andreas d. l. c. 1.

Credo, inquit moriens, credo, morientibus hæc vox
O! utinam cordi infixa in agone fiat.

Teſtatur vero D. Jacobus etiam Lechnerus Paſtor tum ad D. Afræ in Concione beato Viro pridie Idus Julii an. DLXXI. ſuper Dan. XII. habita, quam ex Amici Wiliſchii commodatione mihi licuit legere, quod placide obierit, & nullos ſe ſentire faſſus ſit dolores ac interrogatus de fiduciæ in Chriſtum conſtantia in iſto verbo CREDO finierit. c.) Epicedia ſcripſerunt amoris ſui, venerationisque teſtimonia daturi Joachimus Camerarius, Paulus Dolſcius, Adamus Siberus, Blaſius Jacobus & Andreas fratres Nathan Chytræus, Matth. Dreſſerus, Jo. Vogelius, Theophilus Kentmannus, Auguſtus Erichus,

Andreas Ellinger, Gregor. Berſmannus, Laurentius Finckelthaus, Ludovicus Camerarius, Paulus Didymus, Sebaſtianus Leonhart & Georgius Heiniſchius quæ collegit Jacobus Frater & cum Epiſtola Jo. Sturmii conſolatoria ad Fabricios ſuperſtites, Jo. Nævio dedicata, ſæpius adducta a me in hac vitæ deſcriptione, typis Vœgelianis curavit imprimi Lipſiæ an. 1572. in forma quarta. Seorſim Præceptoris hujus ſui obitum deploravit Michael Hempelius Freibergenſis elegiaco carmine, quod Laurentio a Schönberg ſacratum Witebergæ an. 1578 lucem vidit in forma 8. geritque in fronte Epitaphium, quod Martinus Henricus Prof. Vitebergenſis eidem concinnaverat. Sunt etiam in majori Commentarii Georgii in Geneſin editione, quæ Argentorati 1584. exiit, Nicolai Reiſneri, Pauli Meliſſi, Nathanis Chytræi, & Gregor. Berſmanni Elegia ſupra jam dicta. Idem, quem dixi ſupra, Hempelius carmen etiam ſepulchro incidendum conſignaverat, quod non invenuſtum hic legi meretur ſub finem carminis c. 2. inveniendum: D. GEORGIO „FABRICIO Chemnicenſi Chriſtian. & laureat. „Poetæ, inſigni pietate, excellenti ingen. & doctr. „ſingulari modeſt. & ſobrietat. & integritat. præcla„ra, omnis antiquitat. peritiſſ. Elector Saxon. hiſto„ric. elegantiſſ. magiſtr. mor. præſtantiſſ. de Republ. „literaria & tota poſteritat. opt. merito: ornato ab „Imperat. Maximilian. II. culto a princip. charo „eruditiſſ. præceptori ſuo, ut patri colendo gratitud. „ergo, & in honor. glorioſ. Reſurrect. Michael „HEMPELIUS Fribergenſis hæc ſcribebat Noſ„ſaviæ, graſſante in patria Friberga peſte, ipſo die

Martini

Martini Epiſcopi: qui erat XI. dies IXbris Anno" Domini MDLXXII. Anno autem a nato Salvato-" re & Domino noſtro JESU CHRISTO ex" Virgine Maria MDLXXI. D. XIII. M. Julii in Do-" mino placide & pie obdormivit in ſua functione" ſcholaſtica, quam in ludo illuſtri Miſenæ feliciter" cum ſuo honore max. & totius humanæ ſocieta-" tis ſummo commodo annos XXVI. ut Rector fi-" deliſſ. ſuſtinuit, ibique in templo Afrano prope" altare honorifice conditus, anno ætatis ſuæ LVI." qui Climacter heroicus vocatur, glorioſam reſur-" rectionem cum omnibus ſanctis expectat." Ipſe Fabricius vivus pauca hæc tumulo ſuo fecerat addenda prout in fronte collectionis Epitaphiorum comparent:

Vita Chriſtiana.

Fabricius ſtuduit bene de pietate mereri
Sed quicquid potuit gloria CHRISTE tua eſt.

Mortalitatis memoria.

Σοὶ χάριν οἶδα Θεῷ εὐσπλάγχνῳ ὅς μ' ἐδίδαξας,
ἐν βιοτῆτι θανεῖν, ἐν θανάτῳ τε βιῶν.

d.) At nec viduæ pietas in officio ultimo præſtando ſegnis fuit, a qua liberisque poſitum in Afrano templo monumentum luculentam gerit inſcriptionem non in lapide ſolum ad ſiniſtram partem, ſi ad altare proceſſeris conſpiciendam, verum exſcriptam etiam apud Fauſtum in Deſcriptione urbis p. 70, in fine Commentarii in Geneſin minor. edit. & apud Andr. Mollerum in Chronico Fribergenſi P. I. p. 313, imo & ſub initium Originum Saxonica-

rum poſt imaginem Georgii ubi hæc tamen addun-
tur. „Tumulum hunc marito deſideratisſimo & „parenti optimo a matre & reliquis liberis poſitum „poſtea Maria, natu minima filia, humatoque pa- „rente in has edita auras vitales,renovari curavit „hoc addito Diſticho :

Poſthuma Fabricii renovans monumenta parentis,
Fatribus hinc digna eſt annumeranda ſuis.

Inſcriptio autem illa ſic habebat:

Chriſto Sacrum

„D. GEORGIUS FABRICIUS Chemnic. „pietate, eruditione, ingenii monumentis, nomi- „niſque celebritate apud exteros quoque clariſſ. E- „vangelii luceſcentis tempore, Poeta Chriſtianus „excellens, Grammaticus acutus,Hiſtoricus Saxoniæ „Electorum elegans, ſcholæ illuſtriſſ. Miſnæ annos „XXVI. fideli & felici inſtitutione Rector indu- „ſtrius, laborum ſanctorum patiens, doctiſſ. omni- „bus charus, ſuis deſideratus, ætatis annos LVI. „Menſes II. D. XIX complens, Anno Chriſti Serva- „toris MDLXXI. M. Julio D. XIII, in functione pia „pie defunctus eſt. Quicquid mortalitatis habuit, „in hoc quietis cubiculum poſteris mem. cauſa ve- „nerand. depoſitum eſſe M.

Magd. uxor, Georgius, Jacobus, Henricus, Chriſtianus, Magdalena, Margar. Anna liberi orph. marito & patri deſideratiſſ. mœſtiſſ. deſid. Mon. unan. pon. cur. MDLXXI.

XLII. Finiuntur ita, quæ de vita & meritis G.Fabricii ſum commentatus,qui ut propter ingenium doctrinamque ſummo

mo & honore ubivis & nomine fuit & ex morum etiam ſanctitate ſplendorem aſſecutus eſt, atque ſcholam hanc provincialem cum laude rexit nunquam intermoritura, ſic rogandus eſt DEUS ut deinceps quoque bonos magiſtros literariis ludis commodet, qui artes egregias diſcentium inſtillent animis, ſuorumque mores fingant rite concinnentque, & ad capienda virtutum optimarum præcepta molles reddant, nonniſi recta formandæ juventutis tenentes inſtituta, & læta non minus incrementa rei adferentes Chriſtianæ, quam patriam novis identidem beneficiis ornantes & producentes plurima publica ſalutis inſtrumenta. Tueatur idem Pater Domini Noſtri JESU Chriſti hoc noſtrum Muſarum ſacrarium, quod Georgii religioſa procuratione cumprimis cœpit eniteſcere, ſervetque in eodem, cum puro DEI verbo, bonarum artium doctrinas. Servet patriæ Patrem, noſtrum Nu-

tricium clementisſimum, Ipſiusque munificentiam nobis porro reddat ſalutarem. Servet Proceres eminentisſimos, Patronos noſtros, quorum, ne quid damni caperemus, ſolerter providentium mirabilis etiam pro hac ſchola eluceſcit contentio, & deſtinatis ab iisdem ſalubriter optimos largiatur ſucceſſus. Faveat & Magiſtris nobis noſtrisque laboribus benignisſime, ut exemplo Fabricii ſplendidisſimo concitati nervos intendamus gnaviter, &, quam ſpartam ſumus nacti, indefeſſo ſtudio ſummaque fide & integritate juxta atque cum fructu etiam ornemus uberiori. Aſpiret noſtrorum itidem conatibus, floremque hunc & velut ſangvinem Reipublicæ incrementa ſua rite jubeat moliri. Sic dum docentibus una & diſcentibus diſciplina, pietas & recta ſtudia cordi ſunt, virtutis & ſapientiæ domicilium nunquam non Afra nuncupetur, atque novis ſemper fortunarum accesſionibus effloreſcat.

SE-

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE
Digitized by Google

SERIES

Collegarum & Præceptorum Provincialis ad Albim Scholæ, qui ab illo inde tempore, quo aperta eſt, in eadem docuerunt.

RECTORES.

1. M. HERMANNUS VULPIUS, 1543 — 1546.
2. GEORGIUS FABRICIUS, 1546 — 1571.
3. M. FRIDERICUS PENSOLDUS, 1571 — 1574.
   hic primum Collegæ III. ſpartam ornavit & e Collega III. factus eſt Rector.
4. D. MATTHÆUS DRESSERUS, 1574 — 1581.
   in Academiam Lipſienſem ultimo hoc anno adductus eſt, ut Philoſophiam ibidem explicaret.
5. M. Jo. LADISLAUS, Dresdenſis. 1582 — 1592.
   hic cum Collega III. Abrahamo Schadenio, quod Calvinianæ doctrinæ ſemet addixerat, de provincia ſua juſſus eſt decedere.
6. M. DANIEL MENIUS, Torgavienſis 1593 — 1609.
   ſimiliter hic Collega III. Rectoris munus conſecutus eſt, & vivendo octogeſimum annum fere explevit, mortuus a. 1628.

7. M.

7. M. JO. BECHMANNUS, Brunſvicenſis 1609 — 1632.
hic ob gravem ætatem dimiſſus ex ictu Cæſarei militis mortuus eſt.

8. M. MICHAEL CALERTUS, Cizenſis 1632 — 1635.
Biſchofswerdæ Paſtor & Superintendens factus eſt.

9. M. JOACHIMUS RICHART, 1636 — 1637.

10. M. ANDREAS LINDEMUTH, Erfurtenſis 1642 — 1664.

11. M. JO. GEORGIUS WILKIUS, Dresdenſis 1664 — 1691.

12. M. JUSTUS GOTHOFREDUS RABNER, Soravienſis 1691 — 1699.

13. M. ANDREAS KIRSTENIUS, Miſnenſis 1699 — 1705.
hic primum Collega III. deinde Con-R. extitit.

14. M. JO. JACOBUS STüBELIUS, Dresdenſis, 1705 —
ſimiliter & hic, cum Con-Rect. munus aliquandiu geſſiſſet, Rector appellatus eſt.

CON-RECTORES.

1. MATTHIAS MARCUS DABERCUSIUS, 1543 — 1553.
hic Sverinum evocatus fuit ad ſcholæ gubernationem, in qua provincia a. 1572. obiit.

2. M. PETRUS THOMÆ, Lipſienſis, 1553 — 1588.
propter virium imbecillitatem vitam clementiſſime ab officio, reliquam dimiſſus privatus egit.

3. M.

3. M. DANIEL MENIUS,
1588 — 1593.
Collega primum III. hoc ultimo anno Rectoratum conſecutus eſt.

4. M. MICHAEL RACKELMANN,
1593—1609.

5. M. AUGUSTUS PREILIUS, Torgavienſis 1609—1615.
quo anno Torgaviam rediit ad capeſſendum faſces ejus ſcholæ.

6. M. CHRISTIANUS GASMAN,
1615—1641.

7. M. FRIDERICUS SCHLEGEL,
1641—1660.
Collegis III. infra adnumeratur.

8. M. GOTTOFREDUS STERNBERGER, Zittavienſis 1661—1683.

9. M. ANDREAS KIRSTEN, Miſnenſis
1602—1699.
hic Rectori ſupra ſuccedit Rabnero.

10. M. JO. JACOBUS STUBELIUS, Dresdenſis 1699—1705.
Mortuo Kirſtenio datus ſucceſſor.

11. M. JO. DAVID SCHREBER, Miſnenſis
1705—1716.
Hic munus Rectoris in ſchola illuſtri Portenſi hoc ipſo ſuſcepit anno.

12. M. JO. BENEDICTUS SILLIGIUS, Miſenenſis an. 1716.
infra inter Cantores & Collegas III. comparet.

COLLE-

COLLEGÆ III.

1. JOBUS MAGDEBURGUS, Annebergenſis 1543— 1569.
Euocatus in aulam Megapolitanam, ut Principes juventutis bonas doceret artes, Freibergam poſtmodum rediit & ibi a. 1595. exſpiravit.

2. M. FRIDERICUS PENSOLDUS, 1569—1571.
Hoc ultimo anno e Collega III. Rector factus munus hoc ad an. 1574 geſſit.

3. STEPHANUS SCHIRMEISTER, Numburgenſis 1571.—
Jam an. 1568. Collaborator & Collega V. conſtitutus fuit, propterea quod Con-Rector Thomæus per ætatem minus ſufficeret ferendo inſtitutionis oneri.

4. M. DANIEL MENIUS —1588.
Inter Con-Rectores & Rectores reperitur incertis tamen annis, quibus prioribus muneribus admotus fuit.

5. M. ABRAHAMUS SCHADE, 1588—1592.
Cum Rectore Ladislao propter Calvinianas doctrinas dimiſſus fuit.

6. M. HENRICUS MEURERUS Rudolphi, politanus 1593—1609.

7. M. SEBASTIANUS CRELLIUS, 1609—1612.
Martisburgum deductus fuit ut Rectoris ibi ornaret ſpartam.

8. M. CHRISTIANUS GASMANN, 1612—1615. quo anno Con-Rector nuncupari cœpit.

9. M. LEONHARDUS GENSELIUS, Lauchenſis 1615—1617.
Hoc anno ſcholam Budiſſenſem moderari juſſus fuit.

10. M.

10. M. HEINRICUS OELSCHLEGEL, Altenburgenſis 1617—1636.

11. M. FRIDERICUS SCHLEGEL, 1636—1641.

Annumeratur ſupra Con-Rectoribus.

12. CHRISTOPHORUS JUNGER, 1641—1663.

quo anno cœcus factus ſuo ſemet abdicavit munere & Dresdæ anno 1680, mortuus eſt.

13. M. WOLFGANG MATTHÆUS CHYTRÆUS, 1665—1672.

14. M. ANDREAS KIRSTEN, 1672—1683.

quo ad Con-R. dignitatem evectus eſt.

15. M. JO. FRIDERICUS JUNGER, Miſenenſis 1683—1688.

16. M. Gotthelf Ehrenreich BECKER, Stolpenſis 1688—1697.

Dresdam vocatus & divini verbi interpretibus addictus eſt.

17. M. JO. DAVID SCHREBER, Miſenenſis 1668—1705.

Con-Rect. Stubelio ad Rectoris munus evecto ſucceſſit.

18. M. JO. BENEDICTUS SILLIGIUS, Miſenenſis 1705—1716.

quo Con-Rectoris provinciam capeſſivit.

19. M. JUSTUS CHRISTIANUS Thorſchmidt, 1716.

COLLEGÆ IV. & CANTORES.

1. LAURENTIUS HOFMANN, 1543—1547.

2. M.

2. M. JO. REUSCHIUS Gothanus, 1547—1548.
hic oppidianæ ſcholæ, Miſenæ, Rector præfectus eſt.

3. MICHAEL VOIGT, Martisburgenſis 1549—1551.

4. WOLFGANGUS FIGULUS, 1551—1588.
quo propter virium infirmitatem vacationem a laboribus accepit.

5. GEORGIUS SULTIUS, 1588—1562.
Cum Rectore Ladislao & Collega III. Schadenio propter Calviniſmum diſcedere de Schola fuit juſſus.

6. ELIAS GERLACH, 1593—1602.
propter tædia e diſcipulorum ferocia ſubnata aliam vivendi rationem amplexus eſt.

7. VALENTINUS SCHULTIADES BOHEMUS 1602—1615.

8. M. ZACHARIAS HESTIUS 1616—1624.
Dresdam accerſitus, ut in Sacello Electorali Choragum ageret.

9. M. MARTINUS Treukorn, 1624—1633.

10. MARTINUS Zſchaudermann, 1635—1671.

11. M. JO. GEORGIUS GLEDITSCH, 1671—1682.

12. M. ANDREAS KRAUTH, Dresdenſis 1682—1698.

13. M. JO. BENEDICTUS SILLIGIUS, Miſenenſis 1698—1705.
Collegæ III. munus conſecutus eſt.

14. M. SIGISMUND HENRICUS KAUDERBACH, Radebergenſis 1705.—

)o(

INDEX

INDEX
Rerum præcipuarum.

A.

ACro Helenius in Horat. per Fabricium. 201. 207.
Ætates quatuor hominum Fabricii 198.
Afranum cœnobium Miſ. Scholæ dicatum 71.
Agricola Georg. F. familiaris 275. 294. 237. vita & ſcripta 237. ſq. 294. opera per F. 237. ſq. 294. ſq. Origin. Saxon. ſcripturus 157.
Albini Petr. Werther. ſtirpis hiſt. 46. ex G. Fabr. Collectaneis confecta 16.
Alciatus Ferrariæ auditus F. 50.
Amartii v. Piſiſtrati,
Amorum Filii Dei Elegiæ F. 189. 192.
lib. II. Fabr. ineditus 244. ſq.
Anatum 20. genera F. notata 113.
Anhalt. Princ. Georg. gratia in F. 331. Codex Horat. F. miſſus 333.
S. Anna Anæbergæ a Fabr. culta 41.
Annæbergæ educatus G. F. 32. In Annæberg. ludum carmen F. 41.
Antiqua Schola Chriſtiana F. 174. 180.
de Antiquis fabulis, ludis, theatr. ſcenis, ſcenicis libro num auctor F. 186.
Antiquitatum libr. II. F. 182. ſq. in Grævii Theſauro 183. ſq.
lib. III. & IV. edend. 244. ſq.
monumenta Italia eduxit G. F. 53.

Antiq uitatum ſtudium F. ſingulare 53. 55. 56. 62. ſq.
Apoplexiæ præſagia F. per ſomnium 355.
Argentorati moderatur Wertherorum ſtudia F. 64. ſq. illuc ducit fratrem Blaſium 65.
Aſchamus Wertheros exemplum nobilibus Anglis ſtatuit 67 ejus epiſtola ad Sturmium 67.
Auguſtus D. Sax. Jo. Rivio didicit Magiſtro 36.
Auguſtus Elector Hiſtoricum conſtituit F. 332. 333. ejus gratia ad Baſil. ſenatum ſcribit 333. iniqua F. delatio apud ipſum 140. 334.

B.

Badehornius Leonb. F. itin. comes 51. ſq. præceptor. 41. familiaris 275. vita 287.
Baillet judicium de Fabr. 352.
Berſmann G. Fabr. diſcipulus 250. vita 260.
Beuchlinium deſcriptum 46.
Boceri Jo. encomium Fabr. 51. ſq.
Boemus Mich. F. diſcip. 251. vita 268. ſq.
Bonamici Lazar. conſuetudo cum F. 52. 56. 57. laus 56. nimius Ciceronis amor. ib. ſcripta ib. de Melanchthone judicium 57.
Bononienſis Accad. cives G. Fabr. & Werther. 49. 50.
Borneri Caſp. laudes Fabricio collectæ 43. ſq. cur non evulgatæ 44. elogia 43. contra malevolos a F. defenſus 44.
Bornerus C. Præceptor & Patronus Fabr. 42. collaboratorem conſtituit F. 43. ſq. Lipſ. Academiæ Paulinum Coll. impetrat. 42. Petrum Moſellanum procurat 43. Academ. Bibl. Cœnobiorum cimelia infert. 43.
Borrichius Ol. laud. Poëſ. Fabric. 351.
Botanicus non levis Fabr. 110. ſeq. 155.
Braſavola Ferrar. auditus Fabr. 50.
Buchnerus Aug. gaudet F. comparari 352. ſq.

C.

C.

Calcagninus Cœlius Ferrariæ auditus F. 50.
Calendarium Romanorum Fabr: 182.
Calumnia in Fabr. apud Elect. 140. 314.
Camerarii, Philipp. & Lud. F. diſcipuli 250. vitæ 258.
Joachimus Fabr. familiaris 275. vita 299.
Canterus Wilhelm. F. familiaris 276. vita 312. ſq. epiſt. binæ ad Fabric. 313.
Carlowitz Chriſtoph. Fabr. Patronus 322. vita 329. lauream & arma gentilitia F. procurat 339. ſq.
Carlowitii fratres F. diſcipuli 250. 254.
Carminum libri Fabr. 12. 188. 191. lib. III. ineditus 244. ſq.
Catalogi librorum Fabricii 141. ſq.
Chemnicenſis Scholæ Præceptor F. 68.
Chemnicenſe Chronicon F. MSC. 345.
Chemnicenſes eruditi 4. ſq. 246. 290.
Cherlerus Paul. Fabr. laudes prædicat 66.
Chriſtianæ virtutes tres per F. 197.
Chriſtiani Poetæ novi enumerati 181. veteres ib.
Chriſtiani Poetæ Fabricii enumerati 221.
Chriſtiano Dan. Regi deliciæ ſunt F. poemata 332. 334.
Chytræus David laudat Fabr. 349. F. familiaris 275. vita 302.
Nathan Fabr. diſcip. 251. 268. F. familiaris 276. 319. vita 320. adjutus per F. ib. ſq.
Ciceronem ad imitandum ſummopere commendat F. 121. 177.
Ciceronis elegant. libri 3. Fabr. 171. 174. 176.
Ciceronis Epiſtolæ per F. 228. non ejus ſunt 229.
Ciceronis imitationem in epiſtolis ſcribendis F. commendat 166. 168. ſq. 170.
loca explicata 59. ſq. emendata 60. ſeq.
Clarmundi Adolphi error notatus 43. 64. ſq. 70.
Collaborator Thoman. Lipſ. Fabric. 68.
de Colloquio Melanchthonis & Flacii conſilium Fabr. 129. 133.
in Comœdiis Fabr. juvenis excellit 35.

Confluentius, Gerhardus Fauſtus, eſt Fabricius 196. ſq.
de Copia verborum F. 170.
Cracau Jo. a, Fabr. diſcipulus 254.
Cruſius Martinus F. familiaris 276. vita 308. ſq. poeſin Fabr. celebrat 350. antiquit. ſtudium 55.
Curio Chriſtoph Fabr. diſcipulus 250. 257.

D.

Dabercuſius Matth. Marc. F. Præceptor. 37. 74. familiaris 76. Collega 68. 74. 76. ejus functiones 76. encomium 77.
Deſcriptiones e Poetis antiquis per Fabr. 170.
Dialecticæ artis rudim. F. 165. 168.
Dietrichſtein Sigiſm. Georg. a, Comes Styr. Fabr. itin. comes 51. ſq.
Diligentia incredibilis F. 105-109.
Diſcrimen mortis F. in aquis 133. 136. 137.
Diſcrimina in itinere Fabr. Ital. 53. 68.
Donati Comment. in Virg. Italia reportati a F. 62.
Donatus Tiberius in Virg. per F. 200.
Drechsleri Chron. Turc. auctum per Fabr. 233. var. ed. 235.
Dreſſeri Oratio de F. 350.

E.

Ebelebius Andr. Caſp. F. diſcip. 250. 254.
Eber, Paulus, F. familiaris 275. ejus vita 284. ſq.
de Electoribus Saxoniæ F. 136. 151. 154.
Engelhardt Henr. Joach. F. diſcip. 250. vita 255. ſq.
Epicedia G. Fabr. 127. ſq. auctores nominati 357. ſq.
Epigramma MSt. Fabr. 216.
Epigrammatum argumentum Fabr. inedit. 244. ſq.
Epiſtolæ F. dedic. ad El. Sax. Auguſtum 100. 147. 214. 231.
ded. ad Duc. Sax. Chriſt. Wilhelm. 333.
D. Megapolit. Jo. Albert. 332. 192.
D. Sax. Alexandrum 43. 93. 223.

Epi-

Epiſtolæ F. dedic. ad D. Brunſvic. Julium 308.
D. Mecklenb. Jo. & Sigism. 191.
Chriſtian. Princ. 136. 146. 149. 154.
Duc. Bavar. Frid. & Com. Pal, Otton. Henric. 218.
Anhalt. Princ. Georgium 191.
Albert & Jo. a Camenecia 227.
Ulric. Mordeiſen 198. 159. 206. 214. ſq.
Schleinizios Jo. & Hugold. 326, 118. 166.
- - um Chriſtoph. 326. 173. 303.
Chr. Carolovitzium 161. 335. 336. 355.
Seldium 330. Sigism. Georg a Dietrichſtein ꝑ. 176.
Wolfg. Werther. 55. 183.
Laur. Badehorn. 154.
Eraſm. Sarcerium 136.
Senat Miſenenſ. 155.
- - Annæbergenſem 37. 207.
Baſil. Fabrum 139. 173. 318.
Miſnenſ. & Portenſes Alumnos 177.
Wertheros fratres 884. 193.
Leonh. Badehorn. 189. 154. 235. ſq. 288.
Caſp. Nævium 189. 192. 290. ſq.
Jo. Nævium 98. 181. 192. 291.
Dabercuſium 106. 139. 76. 177.
Jo. Sculteum fil. 35. 172.
Andr. Wincklerum 173. 318.
Georg. Sellam 173. 318.
Ant. Carcheſium 189.
Wolfg. Meurerum 189. 193. filium 193.
Georg. Treptam 12.
Agricolam 295. 238.
Lud. Camerarium 259. 229.
Caſp. Zeiſam & J. Dolſcium 227.
Henr. Baxmann 219.

Epiſt, dedic.F.adValent. Gravium 201. ſq. 190. 323.
tres fratres 7. ſq.191.
Jo. Gigantem 191.
Jo. Tettelbach 192. 193. filium 192.
Valer. Cordum 189.
Jo. Sturm. 208.
Chriſt, Winter 96. 289.
Wolfg. Leopold. 58.
familiares ad Hieron. Weller. 282. ſq.
Car. Sigonium 263. Flacium 131.
Melanchthon.'6. 11. 277. ſq. 294. 129.
Jo. Sturmium 252.
Paul Eber. 99. ſq. 125. 137. 282. ſex 284.
Paul Eber & Caſp. Peucerum 240.
Jo. Nævium tres 293.
Zieglerum 298.
Mart. Cruſium 309. Ernſt de Ponicau 326.
Hugold a Schleiniz 327. ejus Præceptorem 327.
Thom. Grisbeccium 335. ſq.
Georg. Gracovium 335. ſq.
Reineccium novem 310. it. 316.
Avunculum 9. 11. 14. 52.
Paul. Manutium 58.
Joach. Camerarium 55. 260.
Berſmannum 58.
Jac. Strasburg. 50. 87. 224. 306.
Andream fratrem 96.
Jacobum F. 121. 177. 18. 19. ſq.
Mich. Voitium 115.
Georg. Zelerum 111. Petr. Glaſerum 105-256.
Thom. Pitſchium 106. 273
Jo. Rivium 215. gratulat. 37. ſq. Ad Siber 224.
Meurerum 18. 44. 49. 71. 76. 80. ſq. 85. 87. 96. 106. 120
193.

135. 141. 166. 167. 203. 207. 210. 214. 239. 140. 197. 301.
Epiſt. fam. F. ad Jo. de Croca 138. 161. quinque 135. ſq. aliæ 141. 157. 166. 167.
Georg Kettwig 138.
Epiſtolarum Poeticarum liber F. ineditus 244. ſq.
de Epiſtolis ad imit. Cic. ſcrib. F. 166. 168. ſq. 170.
Epithaphia F. 252. 253. ab uxore & liberis 359. 360. ab ipſo 359. Mart. Henrico 358. per Hempelium 128. 358. ſq. liberorum Fabr. 86. 87.
Ethica Chriſtiana F. in Comment. ad Geneſ. 145.
Ethnicifmum ſtili deteſtatur F. 97. ſq. retractat 98. 99. 102. 103.
Evangeliorum Dominic. ſumma F. 143. 145.
Euripidis Cyclops latin. carm. F. ineditus 244. ſq.

F.

Faber Baſil. F. familiaris 276. vita 317. Theſaurus Fab. laud. 318
Thomas F. diſcipulus 251. 274.
Fabricii Georgii filiarum vitæ 88. ſq. periculum in fodinas deſcendentis 307. ſq.
Fabricius Andreas 28. vita per Portam 4.
Fabricius Blaſius 15. obſes Wittebergam miſſus 15. quamdiu Rector Halæ 21. ſq.
Fabricius Georgius uno cum G. Sabino die & anno natus 2. nomen natali debet 1. cum Agricola comparatus 307. ſq.
Fabricius Georgius Sleſvicenſis 3. tertius adhuc Georgius 16.
Fabricius Jacobus 17.
Fanatica puella rudis Græce & Latine loquitur 57.
Fauſtus Jo. Oeconom. Miſen. ſocer. F. 80. 82. 83. vita 84.
Ferrariæ octo dies hæſit Fabr. 50.
Finckelthaus Laur. F. diſcip. 250. vita 257.
Florentiæ peregrinatur F. 53.
Fratres quinque Fabr. 11. laudati 13. ſq.
Freiberga educat F. 32.
Freiberga doctis viris clara 69.
Freibergæ deſcriptio & Annal. per F. 152. 162. ſq.

Freibergenſis Scholæ præceptor F. 69.
Friderici Wilhelmi D. Sax. hymni 194.

G.

In Geneſin Comment. Fabr. 143. 144. 146.
Gentilitiis armis a Cæſare mactatus F. 335. ſq.
Germaniæ M. præprimis Saxoniæ res memorabiles Fabr. 151.
Genuæ Carol. V. vidit F. 50.
Germanorum Poet. & Hiſtoricorum Hiſt. F. 190.
Gigas Jo. Fabr. familiaris 275. vita 285. laus 286.
Glaſerus Petrus familiaris F. 257. vita 286.
Glaſerus Theoph. diſcipulus F. 250. vita 256.
Goldſchmid G. Fabricii Pater 4.
Grammaticæ Partitiones F. 162. ſq. 166. ſq.
Grammatici veteres per F. 218. ſq.
Gratiæ tres Fabr. 197.
Gravius Valent. F. Patronus 322. vita ib. laus 325.
Gvilielmus Hadr. familiaris Fabr. elogium 53. ſq. 62.

H.

Hempel Michael F. diſcipulus 251. vita 271.
Henricus Mart. F. diſcip. 255.
Henrici Mart. epitaph. F. 347.
Heptalogus Fabricii 136.
Herlitius, David, ex ſcripſit Fabr. 173.
Heroicῶν liber. Fabr. 188. 191.
Hertelius Valent. F. Præceptor. 31. ſq. J. Rivio laudatus 33. ſq. filius ob melanchol. e ludo Miſn. erupit 34.
Hirſaugienſis Abbas vet. Muſicus 115.
Hiſtor. Sac. Fabr. elogia 149. 150.
Hiſtoriar. Sacrarum l. 10. F. 144. 147. ab Hondorffio exſcript. 148. Carminice 148. Germanice 149. ex Poetis l. 11. 147.
Hoe Matth. Buchnerum Fabr. confert. 352.

Hoff-

Hoffmannus Laur. Collega Cantor F. 80.
Horatius c. not. Acronis & Porphyr. per F. 201. 206. 209. cum Fabr. notis 208.
Hymni Fabricii 188. 191. 193. ſeq. Germanice verſi 194.

I.

Ingenia explorare iisque ſe attemperare Rectoris eſt 118.
Inſubria G. F. peragrata 49.
Iſidorus Hiſpalenſis de Claris V.T. viris per F. 231.
Italicum iter Pontific. ſuperſtitionem docet 54. ſq.
Itinera F. carminice 189. 196.
Itinerarium F. ab ipſo carmine conditum 49. ſq.
Junckeri J. G. de Wertheris epiſto.a 46.

L.

Laurea cur a Cæſare mactari deſideraverit F. 335. ſq.
Lauterbach Lud. Jo. F. diſcipulus 250. vita 258.
Lauterbach Jo. in Noſcowiz Fabr. diſc. 250.
Leopold. Wolfg. F. familiaris 276. vita 320.
Leuſchnerus in Italia peregrinaturus a F. inſtructus 54
Leuſchner Chriſtoph. F. familiaris 275. 297.
Linacer Thomas mecænas celebris 12.
Lipſiæ formantur ſtudia F. 42.
Lipſienſis ſcholæ munus renuit F. 71. ſq. cur 72.
Literariæ Reipublicæ auxiliatrices manus F. 112. ſq. 116.
de Litibus Lutheran. compon. epiſtola F. ad Melanchth. 129. ad Flacium 131.
Livius T. non fuit Patavinus patria 51.
Loſſius Fabr. Præceptor 41.
Lotichius Petr. metalla inſpicit 306. ſq. 308.
Lotichius Petr. F. familiar. 276. vita 305.
Lotichius, Poeſ. Fabr. laudator 352.

Lucretiæ effigies in numo donum nuptiale F. 78.
Lutheri Scriptorum amor Fabricii 96.

M.

Magdeburgi Job. vita & ſcripta 77. 78. 79. aliæ functiones 77.
Magdeburgus Job F. condiſcipulus 32. Collega 68. 74. 76. pietatis ſtrenuus propagator 79.
Manutii Pauli conſvetudo cum Fabr. 53. 57. ſq. ſcripta & vita 57
de Marchionibus Miſniæ F. 136. 152. 154. ſq.
Marlianus Barth. vita, ſcripta & conſvetudo cum F. Romæ 53. 62. antiquitat. indagator celebris 62.
in Mauritii Mauſoleo verſus F. 198.
Maximil. II. Cæſ. laurea & armis gentilitiis mactat F. 335. ſq.
Megapolit. Ducis Jo. Albert, gratia in F. 331. amor Cic. epiſtol. 332 eruditio 332. literæ ad F. 333.
Meibomii Henr. laus Hiſt. Fabr. 352.
Melanchthon Phil. F. familiaris 6. 11. 275. vita 276.
Melanchthonis Græca προςφώνησις ad Miſn. 278. carmen in honorem F. & Colleg. 279. ſq. epiſt. ad Fabr. 123.
Meliſſus Paul. F. familiaris 276. vita 303.
Memorabilia Germ. & Saxoniæ F. 151-154.
Metalla VII. ab Agricola prætermiſſa, per F. 238.
Metallicæ Obſervationes F. 62.
Metallicam notitiam juvat F. 113.
Metallicarum fodinarum ſcrutatio, quanti Lotichio 307. ſq. periculum exinde ib.
Methodus ſcholaſtica F. 118. ſq. 120.
Meurerus Wolfg. redeuntis Ital. F. comes 49. 51. ejus vita per Barth. Waltherum 52. F. intimus 215. ſcripta & vita 296.
Meureri Epithalamium F. retractatum 103. ſq. encom. per F. 51.
Militiæ Sacræ libri F. 188. 192.
Mimorum & ſententiarum Publii, liber per F. 213. 219. ſq.
Minquitz Euſtachius F. diſcipulus 250. vita 254.

Miſs,

Miſa, Umbriæ fl. F. mortem minatur 63.
Miſenenſis ludi fama F. ævo 246. ſq.
Miſenæ Scholæ provinc. inſtitutio & gubernatio per F. 70. 71.
primi præceptores 71.
Miſnæ Annales Fabr. 152. 154. ſq. laus per Melanchthon. 278. ſq.
Miſniæ Topographia F. MSC. 344. ſq.
Miſnicæ res, a Bernh. ad Auguſtum, per F. 151. 154.
Molleri error notatus 77.
Mordeiſenius Ulr. Fabr. pergrinantis comes 52. Patron. 322. 328.
Mortis diſcrimen in undis F. 133. 136. 137.
Muſicam callebat Fabr. 111. ſq. 115.
Muſici clari Fabricii 197.
Muſici veteres F. collecti 115.

N.

Nævii, Jo. & Caſp. Fabric. familiares 275. vitæ 289. 294.
Nævii, Pauli Epitaphium per Fabr. 204.
Jo. liberalitas 12.
Næviorum laus per F. 291.
Natalis dies F. dat nomen 1.
Nazianzeni Gr. elogium F. applicatum 349.
Neandri elogium F. 345.
Neander Michael F. famil. 276. vita 313. ep. ad Fabricios 314.
Neapolis F. ſpectata 49. deſcripta 50.
Neſſer ruſticorum Servatius 136.
Niſchwitz Nic. F. diſcip. 250. vita 223.
Nobilitatis F. diploma Cæſareum 336. ſq. 339.
Nolani Paulini Epiſtolæ per F. 231.
Nummi Reineccio a Fabr. miſſi 311.
Nuptiale F. ſcribentes carmen 82. ſq.
in Nuptias F. Princeps ſumtus dedit 85.

O.

Obſides XXIII alumni Miſen. Witteb. miſſi 15. 134. ſq.
Obtrectatores F. moleſti 133. 139. præcipui tres 140.
Odæ Fabricii 188. 191.

Onuphrius Veronenſis exſcripſit F. 184.
Orthodoxia F. infucata 90. 95. ſq.
Ovidii, Propertii elegantiæ per F. 170. 174.
in Ovidium annotationes F. ereptæ 201. 209.

P.

Pabſtii Chronologia manuſcripta 70. 356.
Pæanes Prudent. Sedulii, Venantii Honorii per F. 222. 227.
Pæanes Fabricii 188. 191.
Patavii G. F. ultra tres annos commoratur 49.
Peregrinantis inſtructio per F. 54.
Peruſium F. laudatum 50.
Peſtis Miſena in rus pellit F. 133. 135.
Pflug, Julius F. Patronus 52. ſq.
Damianus F. diſcipulus 250, vita 251.
Phœnicem ante nobilit. in annulo geſſit F. 314. ſq.
Pietas eximia F. 89-93. diſcipulis inſtillata 93-95.
Pietatis F. teſtes 53. ſq. puerilis F. libri carminice 189. præ omnibus in ſcholis habenda ratio 79.
Pindari exemplar pervetuſtum Bonamici 57.
Piſas, Græcorum coloniam vidit. F. 50. ſq.
Piſcium 40. genera F. notata 111.
Piſiſtrati Sext. Amartæ vitia ſuorum temporum per F. 244.
Pitſchius Thom. diſcipulus F. 251. vita & ſcripta 273.
Plauti elegant. F. 171. 174.
Plautus cum not. F. 212. 217. 219.
Poëmatum Fabr. collectio 188.
Poeta vere Chriſtianus F. 101. ſq.
Poëtarum & Hiſtoricorum Germ. Hiſt. F. 190. 196. ſq.
de Poëtica re Fabricius 166. 170. 173. Manuſcriptum αὐτόγραφον 171. ſq. cum verſibus in fronte 172. ab impreſſis multum differt. 172.
Poëticæ elegantiæ ex Ovid. Prop. Tib. F. 175. 180.
Poëtica F. ſcripta celebrata 187. ſq.

Poetis

Poetis abſtinet F. ne corrumpat ſtilum 122.
ex Poetis Chriſtianis Hiſtoria S. F. 175. 181.
Ponicau Jo. Patronus F. 322. vita 326.
Porphyrius in Horat. per F. 201.
Porta Conrad. Orat. de vita & morte Andr. F. 4.
Prætorius Godeſchalc. hymnos Muſic. Fabr. dedicat. 112.
Precationes carm. Fabr. 189. 193.
Profeſſionem Wittebergenſem F. oblatam renuit. 125.
de Proſodia Fabricius 171. 173.
Prudentia ſcholaſtica F. 116-124.
Publii Syri Mimi F. 213. 219. ſq.
Publii Syri Mimi & ſententiæ F. 171. 174.

Q.

Quadrupedum hiſtoriam juvat F. 113. ſq.

R.

Reineccius Rein. F. familiaris 276. vita 310. Hiſt. Sax. F. per texturus 310.
Reuſchius Jo. Collega Cantor F. 80.
Reuſnerus Nic. F. familiaris 275. vita 288. Poeticen F. extollit 349. ſq.
Rhetorica Inventio & diſpoſ. F. 165. 168. ſq. 170.
Rivii Jo. Operum Theol. catalogus 241. ſq. Philol. tomus periit 242. vita per F. 36. 242. fama apud Anglos 243. epitaphium per F. 243. Epiſtolæ ad F. 30. amicitia cum F. 40.
Rivio Miſenæ non ſucceſſit F. 72. ſq. ſed ut inſpectori ſubfuit 73.
Rivius Joh. F. præceptor 31. 35. Miſenæ ludi Inſpector. 36
Roma Fabricii 182. ſq. in Grævii theſauro 183. ej. encomia 184.
Romæ F. menſes quinque cum Werthero hæret 49.

S.

Sapientes VII. Græciæ Fabricii 197.
Saxonia illuſtrata Jac. F. F. per 156.
Saxoniæ memorabilia F. 151-154.

Saxonicarum originum l. 7. F. 152. 156. 160.
Scheffer Sebaſtian Fabric. diſcip. 251. vita 267.
Schellenberg Chriſtoph. Poeſin F. laudat 350. F. diſcipulus 251. vita & ſcripta 269.
Schlegelii Epiſt. Fabricii 6. 8. &c.
Schleinitz Jo. F. Patronus 322. vita 327.
Schleinitz Chriſt. F. diſcipulus 250. 254.
Schœnberg Laurent. F. diſcipulus 250. vita 251. ſq.
Schola puerilis Fab. libr. XI. 171. 174.
Scholaſtica prudentia Fabr. 116-124
Schraderus F. Antiquitatum prædicator 352.
Scultetus Jo. literis vindicat F. 32. 35. teſtim. ei datum 35.
Seldius Georg. Sigism. F. Patronus 322. epiſtola ad F. 330.
Senecæ Tragœdiæ c. not. F. 213. 217. ſq.
Servii Commentarios in Virg. Italia reportat F. 62.
Servius Honoratus in Virg. per Fabr. 200.
Siberi Adami epiſt. ad Andr. Mylium 75.
Siberus Adam Fabr. commilito 32. F. familiaris 276. Schœnavienſis 315. vita 315. ſq. promiſſa 316.
Sibyllæ X. Vice domini per F. 198.
Siffridi Chronici Epitome per Fabr. 234.
Smetius exſcripſit F. 173.
Somnium mirum F. mortis nuntium 305. ſq. obtrectationis nuntium 140.
Sorores tres G. F. 11.
Soſipatri Cariſii Grammat. inſtit. per F. 228. 230.
Sprembergerus Jo. F. pergrin. comes 52.
Steinius Simon F. diſcip. 250. ſq. vita 264. Calviniſmi ſuſpectus 264. ſq.
Stigelius hortatur F. ad Elegias 303. Jo. Fabr. familiaris 376. vita 303.
Strasburg Jacob. Fabric. diſcip. 350. vita 263. ſq.
Strigenizius Georg. Martin. F. diſcip. 250. 255.

Stur-

Sturmius Jac familiaris F. 65. ſq. laudatus 65.
Jo. ſui temporis Cicero 16. 17. 65. F. familiaris 175. vita 300.
Styli purioris tenax Fabricius 120-123.
de Stylo epiſt. G. F. ad Jacob. F. 19-26.
Sverinenſem Rectoratum F. renuit 127.
Sulpitii Severi Hiſt. S. per F. 231.
Syntaxis Græca Fabricii 164. 167.

T.

Terentius c. not. Fabr. 212. 214. 216.
Terentii elegant. Fabr. 171. 174-180.
Teſtimonium Scholaſticum F. a Jo. Sturmio 17.
Thomanæ Scholæ Lipſ. collaborator F. 68.
Thuanus teſtis & præco virtut. F. 40. 352.
Tibulli, Propertii elegantiæ F. 171. 175. 180.
Tituli honoris Fabricii 345. ſq.
Trepta Jo. Boruſſus affinis Fabr. 11.
Triſtium libri Fabricii 189. 193. ſq.
Tumulorum liber Fabric. 193.
Typographiam Blaſius Fabr. Argent. erigit 16. 185.

V.

Varones quinam ſint 61.
Venetiæ Fabr. ſpectatæ 50.
Victoriarum cœleſtium libri Fabricii 188. 192. 136.
Victorii Petr. conſuetudo cum Fabr. 53. 61. ſcripta & vita 61. ſq. amicus Henrico III. G. R. expetitus 62. Cicero quantum ei debeat 62.
Virgilii optimus verſus ter a fanatica recitatus 57.
Virgilius c. not. Serv. Honorati & Tib. Donati per F. 200. 201. 202. minor editio 203.
Vogelius Paul. Fabric. diſcipulus 250. 257.

W.

Wellet Hieronymus F. intimus 275. ejus vita 280. laus Fabricii 281. ſq.

Wer-

Wertheri fratres a Fabr. informati 45. nobilibus Anglis ad imitationem commendati 67.

Wertherorum gentiś hiſtoria 46. 47 laus per F. 67.

Wertherus Philipp. & Anton. Argentoratum ducti a F. 64. 65. ſq. Lipſiam & Wittebergam ib. ſq.

Theodoricus Bononiæ J. U. D. creatus 47.

Wolfgang duce F. peregrinatur 48. ſq ejus laus 48. periculum mortis 63. Pontificius 47. vita 47.

Wilckii Saxon. Nepos peſtis tempore confectus 155.

Winterus Chriſtoph. Fabr. familiaris 275. 289.

Wittslebius Henr. F. Patronus 322. vita 325. ludum erigit Roslebiæ 325.

X.

Xylander Gvilh. & Oneſimus exſcripſerunt Fabr. 208.

Z.

Ziegler Bernh. Fabr. familiaris 275. 297.

Zvvingerus Theodor. Fabr. familiaris 276. vita 304. ſq.

ERRATA.

Pag. 4. lin. 17. del. ſuo, p. 12. l. 14. docturus, p. 13. l. 2. Margaretha, p. 14. l. 29. m. Julio m. Martio, p. 26. l. 29. virum, p. 33. l. 19. ſoleo, p. 35. l. 27. caram, p. 39. l. 25. adminiſtrabis, p. 43. l. 28. Graſero, p. 48. l. 25. in eo, p. 50. l. 1. m. Majo, p. 56. l. 3. appoſuerant, p. 57. l. 9. interrogaretur, l. 10. præſtantiſſima ſcientia. l. 25. quos, p. 62. l. pen. cum, p. 68. l. 9. navaverat. p. 69. l. 8. Foroliviensis, l. 3. a 6. p. 78. l. 23. Tori, p. 88. l. 4. 1612. p. 88. l. 22. ditionis, p. 89. l. 5. Backius p. 97. l. 2. quærent, p. 100. l. pen. tentas. p. 120. l. 4. fluvii, p. 123. l. 10. ambagesque. p. 124. l. 2. duos, p. 142. l. 3 quas, p. 148. l. 13 cum, l. 16 redditas, p. 153 l. 1 tertium, l. 2 quingenteſimum, p. 157 l. 12 inchoatam, p. 162 l. 6. qui, p. 166 l. 3 Scriptoris, p. 173 l. 10 IV. p. 177 l. 22 reſtinxit, p. 180 l. ult. Fabrum. p. 185. l. 28. dele Lenti, p. 189 l. 3 elogia, p. 195 l. ult. Gravium, p. 200 l. 20 hos, p. 201 l. pen. cultu, p. 202 l. 1 Gravium, l. 21 Diomedis, p. 207 l. 17 correctorem, p. 208 l. 8 auctum, l. 7 tacetur p. 287 l. 18 Miſenam, p. 300 l. 30 multo, p. 3[illegible]. l. 3. fili.

MG2011C E 3